
7

BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
14
7 H
7 M

LIBRI SEX

de conſyderatione Dialectica. Per Fratrem Franciſcum Titelmannum, Haſſellenſem, ordinis Fratrum Minorum, ſanctarum ſcripturarum apud Louanienſes Prælectorem.

¶ Excudebat denuo, Symon Cocus, diligenti recognitione prçuia Antuerpiæ, anno a C[illegible]ſto nato. M. CCCCC.XL. M[illegible] guſto.



EPISTOLA NVNCVPATORIA.

¶Florentiſſimæ in Louanienſi academia Liberaliū Artiū facultati, Frater Franciſcus Titelmāɂ, eiuſdē humilis alūnus, debitū offert obſequiū.

Emini fere ante triennium, cum libros duodecim de cōſyderatione rerum naturalium tuo nomini mater veneranda, nuncuparem, quod tum in Phyſica diſciplina exhibebam, id & in Dialectica aliqñ me tentaturū ſpopōdiſſe, ſi modo noſter ille labor tibi non ingratus, & tuis alūnis non inutilis cōprobaretur. Quæ me promiſſio tametſi ſub dubitationis quodā moderamine, pnūciata, ſic me deuinxit, atq; etiam coſtrictum implicitūq; tenet, vt ab officio illo vel ſine mei nominis iactura, vel ſine tuæ gratitudinis offenſa nō mihi integrū videatur ceſſare. Si eñ ab imperfeda pmiſſiōe deſtitero, vel tu faſtidiuiſſe iudicaberis humile donū, vt ego a promiſſo videar illo tuo faſtidio abſolutus, futurūq; eſt vt de te male iudicēt, & aduerſū te indignētur, ſi qui forte extiterint, quibɂ prior ille noſter labor non videbatur improbandus: aut ego, tanq̄ promiſſionis immemor, leuitatis arguer ac vanitatis, audiāq; a ſubſannantibus quod aduerſum varios homines pferri ſolet. Pollicitis diues quilibet eſſe poteſt. Et illud. Parturiūt montes, naſcetur ridiculus mus. Accedit ad hanc neceſſitatē, ſtudioſorū plurimorū, tū noſtratiū, tū exterorū, pia & importuna quædā ſedulitas: qui ab eo tēpore quo prior ille labor ſub oculos hominū exijt in luce, partim verbis, partim literis promiſſi me admonere, atq; ad ſatis faciendū illi quā ex meis verbis cōcepiſſe ſe aſſerunt expectationi, perurgere atq; impellere hactenɂ nō deſiſtunt, Alijs quidem humili prece id a me fieri poſtulātibus, alijs pro communi bono & ſtudijs h[illegible] adiuuand[illegible] pia charitate efflagitantibus, non[illegible] debitum, rigoroſa quadā iuſticiæ [illegible] tibɂ. Proinde, vt matrē de me opti[illegible] qua ſuſpitione liberarē, & meū ipſ[illegible] a leuitatis & vanitatis [illegible]

BIBLIOTECA VITTORIO EMANUELE ROMA

q̄ꝗ expectationi maturius ſatisfacerē,&(quę primo loco erat cauſa ꝓferenda)ꝓmouēdis liberalib⁹ ſtudijs,hoc ſane tēpore quo ōnia ab hæreticis contaminātur & cōmiſcētur,ad Eccleſiæ & veritatis catholicæ defenſionē permaxime neceſſarijs.ꝓ mea virili nō nihil cōferrē,viſum eſt non vltra differre ꝓpoſiti ꝓmiſſiq; adimpletionē,quā neq; hactenus ꝓtraxiſſem,ſi per corpuſculi imbecillitatē, & ociū a rebus neceſſarijs,maturi⁹ præſtare quod ꝓmiſeram licuiſſet.Superiori itaq; æſtate,corporis virib⁹ vtcū q; reparatis,& ocio a rebus magis ſerijs tantiſp, vel cum gratia impetrato,vel cū iniuria quadā ſucciſo &(vt plane dicā)furtim ſubſtracto,animū adijciens Dialecticarū rerū cōſyderatiōi, ſex libris quidquid in eis videbatur eſſe præcipuū tentaui cōpræhendere,illiſq; omiſſis quæ a Dialectica ſynceritate prorſus aliena videbantur,eā quæ ad rē faciebant plane, lucideq; quātum potui,ꝓponere & explanare curaui:ne tenelli adoleſcentes rerū ſuperuacanearū prolixa multitudine & inuoluta difficultate deterriti, animū deſponderēt,relictiſq; vtilibus ſtudijs ad inania defluerēt,id quod hactenus non paucis eueniſſe cōſtat.Semper em̄ in illa fui ſentētia,quā & Socrati apud Platonē inuenio ꝓbatā,meli⁹ eſſe,pauca quædā ordinate & lucide,ꝓponere, quā multa ſine ordine cōuoluta obſcure profundere. Quo vero tuis alūnis noſter hic labor foret vtilior,illū fære in om nib⁹ ordinē ſum⁹ inſequuti,qui eſt apud Ariſtotelē M.Tul.iudicio toti⁹ Dialecticę principē:quo idē ille dicit nihil eſſe acuti⁹,nihil polici⁹,cui admirabilē tribuit ſciētiā & inuētionē,incredibilē quoq; dicēdi copiā & ſuauitatem:quē deniq; tāti ille facit,vt nec venia dignos putet Philoſophos illos,quib⁹ tantus Philoſophus e[illegible] incognitus.Vt nō immerito præ[illegible] Dialecticā tractauerūt hunc vnū [illegible] Academię cenſuerint adoleſcētib⁹ [illegible] a inſtituēdis ꝓponendū atq; prælec[illegible] auguſtā amplitudinē cōpendioſum [illegible]itatē velut introductoriam, [illegible] noſtrū in Dialecticis labo-

cis laborẽ quã tuo nomini mater venetanda,omni iure debui nũcupare,precor vt eo animo de manu ſeruuli & alumni tui ſuſcipias, quo priorem illũ in Phyſicis a te fuiſſe ſuſceptũ,certiſſimis argumentis feciſti teſtatum.Bene vale.Louanij,Anno a CHRISTO nato, Milleſimo. Quingenteſimo, Trigeſimotertio.XV.Octobris.

¶PROLOGVS APOLOGETICUS pro Dialecticę cęterarumq; liberalium artium tuenda dignitate.

GLorioſũ illud Eccľię lumẽ Aureli⁹ Auguſtin⁹,in libris,quos de ciuitate Dei, ꝓ Chriſtianę fidei firmamẽto,ĩſignes & nunq̃ ſatis laudatos ædidit de varijs Eccleſiæ pſequutionib⁹ agẽs,inter cætera de apoſtata illo Iuliano Auguſto,cui⁹ egregiã indolẽ amore dominãdi(vt idẽ ille ait)ſacrilega & deteſtanda curioſi- Auguſti
tas ꝑdidit,hoc ſignãter cõmemorat,atq; etiã digno nus libro
põdere aggrauat, quod publico edicto Chriſtianos 18.de ci-
vetuerit,artes liberales docere vel diſcere.De Iulia ui.Dei.
no(inquit)apoſtata quid dicturi ſũt? An ipſe nõ eſt Eccleſiã perſequut⁹,qui chr̃ianos liberales artes docere aut diſcere vetuit: Cui⁹ quidẽ ꝓpoſiti rationẽ 2.Cor.2
illi qui cũ Apoſtolo cogitatiões aſtuti illius Satanę nõ ignorat,in prõptu erit inuenire,atq; exponere facillimũ.Nimirũ aduertens hũani generis inimicus, per vim atq; potentiã principũ.quoꝝ furorẽ aduerſus Chr̃ianũ nomẽ ab initio naſcẽtis Eccleſię excitauerat,vſq; adeo nihil ſe ꝓmouere, vt indies magis magiſq; Chr̃iani nominis gloria clareſceret,& fides Chriſti dilatata ꝓficeret,alia exco[illegible]auit ille mille artifex perſequẽdi rationẽ:qua v[illegible]ſapientum hui⁹ ſæculi tumidos animos ir[illegible] tatẽ excitaret,illoꝝq; ſtilos [illegible] cueret,vt omnẽ ingenij vi[illegible] ad hanc oppugnandã cor[illegible]

primꝰ extitit peruerſus ille apoſtata, qui poſt abnegatũ ſacrũ Chriſti nomẽ, cuiꝰ ſacramẽtis fuerat initiatus, vim omnẽ ſuæ eruditionis atq; eloquentiæ, qua ab annis teneris egregie erat inſtituꝰ, eo contulit, vt ſemel abiuratã fidẽ pro ſua virili funditꝰ deleret, Chriſtiq; Eccleſiã quã ipſa perfuga factus iã dereliquerat, ſola equaret, radicituſq; euerteret. Id qđ luce clarius teſtantur eiꝰ virulẽtiſſima opera, in odium & oppugnationẽ fidei Chriſtianæ ædita, quorũ fragmenta aliquot in libris ſanctorũ patrũ, qui illiꝰ inſanię (diuino auxilio freti) reſtiterũt viriliter, etiã nũ viſere licet, Ex quibꝰ pauculis, facile eſt conijcere, cuiuſmodi illa fuerint plena volumina, quæ in Chriſtũ (quẽ contumeliæ gratia Galileũ) & Chriſtianos (quos ab illo Galileos nominabat) temeritas eius inſana euomuit. Is itaq; cũ videret a viris Chriſtianis ſe nec ſapiẽtia nec eloquẽtia ſœculari inferioribus, quales ab initio aliquot ſemper habuit Eccleſia validius quàm exiſtimauerat ſuis obiectionibus reſpondere, nec deeſſe qui inſana in Chriſtũ iactata conuitia in furibundũ ipſiꝰ caput aptiſſime retorquerẽt, quiq; (iuxta ſapientis verbũ) ſtulto auderent &
Pro.21. poſſent iuxta ſtulticiã ſuã reſpondere, ne ſibi ac ſuis nimiũ ſapiens videretur, facile aduertit, non effectu rũ ſe quod conceperat animo, nec poſſe voto potiri donec inter Chriſtianos vigeret ſapientia & eloquẽtia ſœculi, quibꝰ ſolis a cõſequendo ꝓpoſito ſe impediri exiſtimabat. Simplicitatem namq; Chriſtiani dogmatis facile ſuperare ſe poſſe cõfidebat, ſi ſœcularis eſſet ſapiẽtiæ præſidio deſtituta. Hoc itaq; animo, illo ſuggerente a quo poſſidebatur & agitabatur perfida beſtia, publico edicto, ne Chriſtiani liberales artes vel docerẽt vel diſcerẽt, prohibuit. Cuiꝰ quidẽ
Reg.13. impietatis figura quędã, multo ante in Philiſtæorũ aduerſus Iſrae[illegible] populum domini, iniqua machi[illegible] [illegible] eſt, qui vt populũ domini ſe[illegible] [illegible] de ſua cõtinerent, fabri[illegible] [illegible]erat cauẽtes ne Iſrae[illegible] [illegible] ibus ſe aduerſus il[illegible] [illegible]dere. Imitantur verò

ſtrenue

ſtrenue illud apoſtatæ exemplū,& Philiſtæorū figū
rā adimplent,impudentes hæretici, præcipue vero
hęreticorū magiſtri:quos experientia docet,& libe
rales artes ōnes & ſcholas in quib9 eiuſmodi tradū-
tur,ſummo odio perſequi , maledictiſq; & blaſphe-
mijs inceſſere , nō alio hauddubie prætextu quā fe-
cerat ille,ſed nec diſſimili animo. In colorē em̄ aut
fucū verius ſuæ impietatis,dicebat ille, non decere
Chriſtianā ſimplicitatē adinuentionib9 hominū in
tēdere,nec debere ſtrophis dialecticis implicari eos
qui profeſſionē tam ſimplicem vellent ſectari.Sicq;
aſtutus ille etiā gratiā videbatur repoſcere quaſi pro
inſigni beneficio,cū dolū peſſimū animo meditare
tur.Ita ſane & impij hæretici liberales artes inceſ-
ſunt conuitijs,& maledictis dilacerāt : pietatis qui-
dē fucū prætexentes,ſed aīm mala cogitatione ple-
nū geſtantes.Optarēt em̄ ſe ſolos armis eſſe muni-
tos,cæteros aūt ōnes inermes remanere ;quo facili9
in ſuæ impietatis ditionē, vi diſputationis aut per-
ſuaſionis efficacia , ſimpliciū animos pertraherent,
ſuęq; tyrannidi ſubiectos retinerent. Præ cæteris ve
ro.Dialecticā odio irrecōciliabili perſequūtur prop
terea quod inter ōnes nulla ſit adeo illoꝝ propoſito
aduerſa,quæ ſic illorū fraudes detegit,nodos diſſol-
uit,aperit laqueos,perſuaſiōes annihilat. Hac nimi-
rum ratione,vt(iuxta Comici verbū)ſemper odiū
parit veritas.Dialecticā illi criminant̄ & calūnian-
tur quaſi cū ſimplicitate Chriana pugnantē: multiſ-
q; alijs rationib9 & cōfictis falſi calūnijs , ingenuos
adoleſcentes dehortant̄,ne illi aīm dedant,ſimplici-
buſq; perſuadēt parētibus,ne ſuos liberos talibus de
ſtineāt ſtudijs.Sūt vero & alij nō pauci Dialecticæ cæ
teraꝝq; liberaliū artiū ſtudijs nō tam ex affect9 per
uerſitate,quā ex ignorantia & imperitia rerūq; inex
periētia detrahētes qui cū neq; Dialecticæ verū vſū
neq; traditionis ei9 mo[illegible] ea
gregij hoīes paſſim apu[illegible]
inexpertos adoleſcentes[illegible]
ſpinoſam,horridam,ſq[illegible]
inutilem,nomine etiā o[illegible]

Hæretici artes liberales criminā tur

lãtes.Quos ſi interroges qd Dialectica,aut quid ſo-
phiſtica,& quid abinuicẽ hę differant, mutos inue-
nies & quæ dãnauerint aut cõparauerint non intel-
lexiſſe,cõperies.Qui ſi eruditiſſimorum & ꝓbatiſſi
morũ authorũ de illa ſententiã diligenter expendiſ-
ſent,& rẽrũ iuſtã haberent experientiã, non ſic ado-
leſcentũ animos corrumperent,neq; ab optimis & vti
liſſimis ſtudijs auocarent. Cũ itaq; hac noſtra tẽpe-
ſtate quã plurimos eiuſmodi liberaliũ artiũ,peculi-
ariter vero Dialecticæ calũniatores,paſſim inueni-
ri conſtet,quorũ falſis perſuaſionib⁹ bonã partẽ ado
leſcentũ eorꝫ maxime de quibus ãplior aliqua ſpes
bonę frugis videbať expectanda,miſere perire,quoti
diana(proh dolor)experientia aperti⁹ mõſtret, quã
vt diſſimulare liceat, viſum eſt nobis,in huius no-
ſtri operis initio qđ de conſydratione Dialectica ad
cõmunẽ ſtudioſorꝫ vtilitatẽ conſcripſimus.Dialecti
cę dignitatẽ & authoritatẽ aduerſum calumniantes
tueri atq; defẽdere,nõ quidẽ ſtudio cõtentionis,ſed
eo tantũ animo,vt qui forte per ignorantiam aut in
experientiã min⁹ bene de Dialectica ſenſerint,& mi
nus recte loquuti fuerint,cognita veritate, deſinant
male ſentire,deſinãt & maledicere.Quia vero ad tã
tę rei perſuaſionẽ noſtrã orationẽ ſciebam⁹ nequaq̃
ſufficere,viſum eſt,ex clariſſimorꝫ & õniũ iudicio
eruditiſſimorũ authorꝫ ſententijs id agere,quorũ tã
ta eſt apud õnes eruditos eſtimatio,tanta authoritas
vt refragari illis nemo audeat. Proinde , annotatis
ex varijs authorib⁹ notatu dignis ſentẽtijs,q̃ ad Di
alecticæ cõmendationẽ facere videbanť,eas in hunc
locum congeſſimus,ſicq; per titulos & capita certo
quodã ordine)quantũ cõmode in tam cõfuſa diuer
ſarũ rerũ ſylua fieri potuit) digeſſimus: vt quaſi v-
na perpetua videri poſſit oratio , quæ ex tam varijs
eſt partib⁹ contexta.Poteram⁹ forſitan & nos , pro-
pria [illegible] oratione.Dialecticam vtcunq; con
m[illegible] xplicare vtilitatẽ,digni
putabamus fore vtilius
[illegible]a ex grauiſſimorũ au-
[illegible]entilium ore ꝓferrẽtur.
Obſecro

Obſecro igitur eos ad quos noſter hic labor perue-
niet, vt maturo iudicio ijs quę infra ſubijcietur ſen
tentijs expenſis, bonas artes diſcant magnifacere, de
ſinantq; ſimplices ſtudioſorū adoleſcentū animos
ab ijs quæ ex re ipſorū ſunt auertere. Quod ſi forte
ab illis nequiuero obtinere, qui animū obfirmaue-
runt aduerſus bona ſtudia, ſpero tamē adoleſcētes ip
ſos noſtra hac diligentia poſt hac cautiores futuros
& tā graui tamq; multiplici authoritate p̄monitos
non ita facile male ſuadentibꝰ aures p̄bituros. Neq;
enī tam ſine iudicio eſſe poterunt, quin facile aduer
tent, quæ a p̄clariſſimis viris tā magnopere ſunt cō-
mendata, atq; in tanto p̄cio habita, ad hominis vniꝰ
vulgaris, vel imperiti, vel inexperti iudiciū, nō eſſe
cōtemnenda. Sed nos iam ad rem accedamꝰ.

SENTENTIÆ QVÆDAM CLA
riſſimorꝝ virorū, tum Chriſtianorꝝ, tum Gentiliū ex
ipſorꝝ eruditiſſimis libris huc cōgeſte, atq; per titu-
los & capita certo quodā ordine digeſtę, pro Diale
cticæ cæterarūq; liberaliū artium tuenda dignitate.

¶CAPVT PRIMVM

Quā magnifice diuinꝰ Plato de Dialectica ſenſe
rit, ſuoq; illo ore in Philoſophia (vt Auguſtinus
ait) purgatiſſimo & lucidiſſimo p̄nūciauerit. In
dialogo qui Phedrꝰ inſcribitur, Socratē præcep-
torē ſuum introducit cum Phedro ita loquentē.

Diuinus Plato magnifice ſentit de Dialectica.

Harū ergo diuiſionū, collectionūq;, o Phedre, ami-
cus ſum, vt & intelligēdi & loquendi ſim cōpos. Ac
ſi quē aliū poſſe arbitror, tū ad vnū, tum ad multa,
pro rerum natura reſpicere huius a tergo tanq̄ Dei
veſtigia ſequor. Atq; eos quid facere poſſunt, hacte
nus voco Dialecticos, Cōſentitq; mox Phædrus, re
cte artem hanc Dialecticam appellari dicens.

In eodem dialogo, de Pericle inſigni oratore
cum Phedro colloquens Socrates.

Videtur, inquit nō iniuria Pericles oratorū omn
perfectiſſimꝰ extitiſſes, Magnę enī quęlibet artes
ercitatione dialectica, contēplationeq; ſublimiū

lecticæ & phyſicæ peritiam orator inſignis.

natura rerũ,indigent.Ipſa eñi mentis ſublimitas, & vis efficax in qualibet re perficienda,hinc quodammodo proficiſci videnť:qđ Pericles ad ingenij acumẽ adiúxit.Anaxagoræ nãq; huiuſmodi reꝝ indagatoris familiaritate fretꝰ, contẽplationi ſe tradidit vnde ad dicendi artẽ quod ipſi videbatur traduxit.

In dialogo aũt ſeptimo in republica vel de iuſto Socratẽ inducit mechanicas artes atq; etiã mathematicas cũ Dialectica cõparantẽ,vbi hæc eiꝰ cum Glaucone differentis verba leguntur.

Socrates.Nemo autẽ aduerſabitur nobis dicentibus quod differẽdi facultas dũtaxat conatur ordine certo circa vnũquodq;,quid ipſum ſit inuenire. Siquidẽ ceteræ artes(id eſt mechanicę) aut ad opiniones hoĩm cupiditateſq; reſpiciunt, vel ad generationes & cõpoſitiones,vel ad culturã eorũ quæ generãtur & corrumpũtur.Reliquæ vero,quas diximus verarum rerũ quoquo modo participes eſſe. Geometria ſcilicet eiuſq; comites,circa ipſam eſſentiã quodam modo ſomniãt,ſyncere autẽ quicq̃ ab illis cernere, impoſſibile eſt quouſq; ſuppõnibus hærent,eaſq; ratas & immobiles adeo ſeruãt,vt illarũ rationẽ reddere nequeant. Dialectica vero ſola,ſublatis ſuppoſitionibꝰ omnibꝰ,ad ipſum principiũ confirmandũ pergit,ac reuera animi oculũ cœno barbarico obrutum,paulatim ſurſum trahit ac ducit,tanquam adiutricibus ac miniſtris , quibuſdam vtens his artibus quas narrauimus.

Hoc ipſum eſt qđ in topicis ait Ariſtot. Dialecticam ad omnũ methodorum pricipia habere viam.

¶Ac deinde nonnullis interpoſitis.

Legẽ ſtatuit eſſe ferendã in republicã,qua iubeantur diſcentes eã potiſſimũ diſciplinã capeſſere , ex qua ad interrogandũ & reſpondendũ,vt ſcientem decet, aptiſſimi ſint,quę eſt Dialectica.Poſtremo(conſentiente in idẽ Glaucone) Dialecticã doctrinis omnibꝰ velut apicem eſſe præpóſitã dicit,nec vllam doctrinã [illegible]iꝰ aut eminẽtiorẽ reperiri , ſed hic iã doctri[illegible] omniũ eſſe finem. ¶In dialogo quoq; qui [illegible]atylus inſcribitur,ſiue de recta ratione nominũ, [illegible]alectici dicit eſſe officiũ , imponere rebus nomi[illegible] quod is colligere ſciat atq; diuidere , nec ab ali[illegible]

Dialect. apex &

quā a Dialectico cōmode id fieri poſſe exiſtimat.

CAPVT SECVNDVM.

Quod ſine dialectica, Philoſophia nō potuit eſſe cōſummata, quodq; Dialecticā Plato adiungens ſcientiæ naturali & morali, conſummatam effecerit Philoſophiam. Ex Auguſtino, libro tertio contra Academicos, Capite. 17.

Plato vir ſapiētiſſim⁹ & eruditiſſim⁹ temporū ſuorū, qui & ita loquut⁹ eſt, vt quæcunq; diceret magna fierent, & ea loquut⁹ eſt, vt quomodocūq; diceret parua nō fierēt, dicitur poſt mortē Socratis magiſtri ſui, quē ſingulariter dilexerat, a Pythagoricis etiā multa didiciſſe. Pythagoras autē Græca Philoſophia non cōtentus, quę tunc aut pœne nulla erat, aut certe occultiſſima, poſtq̄ cōmotus Pherecydæ cuiuſdā Syri diſputatiōibus, animū eſſe immortalē credidit, multos ſapientes etiā longe lateq; peregrinat⁹ audierat. Igitur Plato adijciens lepori ſubtilitatiq; Socraticæ, quā in moralib⁹ habuit, naturalium, Diuinarūq; terū peritiam, quā ab eis quos memoraui diligēter acceperat, ſubiungenſq; quaſi formatricem illarū partium iudiceq;. Dialecticā, quæ aut ipſa eſſet, aut ſine qua ſapiētia omnino eſſe nō poſſet perfectā dicit̄ compoſuiſſe Philoſophiæ diſciplinā. — Auguſtinus de Platone & Dialectica

His Auguſtini verbis atteſtatur Diogenis Laertij ſententia, in libro de vita Philoſophorū cuius in deſcriptiōe vitæ Platonis, hæc ſunt verba.

Vt olim in tragœdia prius quidē ſol⁹ chor⁹ agebat poſtmodū vero Theſphis vnū inuenit hiſtrionē, vt chor⁹ interdū requieſceret: ſecundū poſtea Aeſhylus adiecit, & tertiū Sophocles, atq; in hunc modū tragœdia conſummata eſt: ita & Philoſophiæ ratio dudū circa vnā tantū phiſicæ ſpeciē verſabatur. Acceſſit Socrates & adiecit Ethicen. Tertiā Plato Dialecticen addidit, & cōſummato Philoſophiæ operi extremā manū appoſuit. — Diogenes Laertius

CAP. III.

Quæ neceſſitas ad Dialecticæ artis inuctionem veteres induxerit. Ex Seuerino Boetio, in Commentarijs ſuper Topica Ciceronis.

Cum philoſophia maximis in rebus operā ſtudiūq;

Seuerini Boetius. conſumat,cunq; & in naturalib⁹ inſpectionẽ ſpecu-
lationemq; adhibeat,& in marolibus actionẽ & ſic
formare geſtiat mores,vt vera vitæ ratio perſuaſe-
rit,euenire neceſſe eſt,vt ſcd̃m id quod ratio tenen-
dum omittendumue,faciendũ quoq;, aut nõ facien
dũ eſſe decreuerit,vel iudiciũ cõſtituatur,vel exer-
cẽdæ vitę dirigatur intentio.Erit igitur neceſſariũ.
vel in naturali ſpeculatione,vł in moraliũ actionũ
cogitatione,vt certa ratio vel quod in rebus ſpecu-
landũ eſt inueniat,vel quod in actum viuendi ducĩ
oporteat ante perpendat.Hec aũt ratio,niſi via qua
dam proceſſerit, ſæpe in multos neceſſe eſt labatur
Dialecti ca diſſe- rendi ma giſtra. errores. Quod ne paſſim fieret.atq; vt certis regu-
lis tractat⁹ inſiſteret,viſum eſt antiquę philoſophiæ
ducibus,vt ipſarũ ratiocinationũ,quibus aliquid in
quirendũ eſſet,naturã penit⁹ ante diſcuterent:vt his
purgatis atq; cõpoſitis,vel in ſpeculatiõe veritatis,
vel exercendis virtutib⁹ vteremur. Hæc eſt igitur
diſciplina,quaſi diſſenrendi quędã magiſtra,quã Lo
gicen veteres Peripatetici appellauerunt,quã Cice-
ro definiens,diſſerendi diligentẽ rationem vocauit
Stoici vero dialecticam eam nuncupauerunt.

His per omnia conſonant quæ vir in Diuinis &
humanis literis egregie eruditus, Hugo a ſancto
Victore,libro primo didaſcalicæ eruditionis ſcri
bit,in hunc modum.

Hugo a ſancto Victore Cum veteres multis ſepe lapſi errorib⁹, falſa quædã
& ſibi contraria in diſputatione colligerent,atq; id
fieri impoſſibile videretur,vt de eadem re cõtraria
cõcluſione facta vtraq; eſſent vera, quæ ſibi diſcuti-
ens ratio cõcluſiſſet,cuiue ratiocinatiõi credi opor-
teret,eſſet ambiguũ,viſum eſt pri⁹ diſputationis ip-
ſius verã atq; integrã conſyderare naturã:qua cog-
nita,tum illud quoq; quod per diſputationẽ inueni
retur,an vere eſſet comprehenſum, poſſet intelligi.
Hinc igitur pfecta logicę peritia diſciplinę,quę diſ
putandi modos,atq; ipſas ratiocinatiões internoſcẽ
[illegible] vias parat:vt quę ratiocinatio nunc quidẽ vera,
nunc aũt falſa,quæ vero ſemper falſa , quæ nunquã
falſa,poſſit agnoſci,Hæc tẽpore quidẽ eſt poſtrema,
ſed ordi-

ſed ordine prima.Hæc em̃ i antibus prima le-
genda eſt,propterea quod in ... ocetur vocum atq;
intellectuũ natura,ſine quibus nullus Philoſophiæ
tractatus rationabiliter explicari poteſt.

¶CAPVT QVARTVM.

Dialecticam cæteris artibus inueniendis atque formandis eſſe neceſſariam.

¶Auguſtinus in libro de ordine. Auguſti

Illo,inquit,modo perfecta diſpoſitaq; Grammatica, admonita eſt ratio quęrere hanc ipſam vim quę pepererat artẽ.Nam definiendo,diſtribuendo colligendo,non ſolũ digeſſerat Grammaticã atq; ordinauerat,verumetiã ab omni falſitatis irreptione defenderat.Quando ergo ratio ad alia fabricãda tranſiret,niſi ſua ipſa prius machinamenta diſtinguer et,notaret digereret,proderetq; ipſam diſciplinã diſciplinarũ, quã Dialecticã vocant? Hæc docet docere,hæc docet diſcere.In hac ſeipſam ratio ſibi demõſtrat, quæ ſcit,quid velit,quid valeat. Scit autẽ ſcire,vult ſola ſcientes facere.nec ſolum vult,ſed etiam poteſt. Dialectica diſciplina diſciplinarum

Eandem ſententiam Craſſus apud Ciceronẽ primo libro de oratore pronũciat,his verbis.

Nihil eſt quod ad artem redigi poſſit,niſi ille prius qui illa tenet quorũ artẽ inſtituere vult,habeat illã ſcientiã,vt ex iis rebus quarum ars nondũ ſi artẽ efficere poſſit.Hoc video,dum breuiter voluerim dicere,dictum a me eſſe paulo obſcurius. Sed experiar, & dicam, ſi potero, planius. Omnia fere quæ ſunt concluſa nunc artibus,diſperſa & diſſipata quondam fuerunt; vt in Muſicis,& numeri & voces & modi;in Gometria,lineamenta,formæ,interuallo, magnitudines;in Aſtrologia,cœli cõuerſio,ortus obitus motuſq; ſyderũ;in Grãmaticis,Poetarum pertractatio,hiſtoriarũ cognitio,verborũ interpretatio, pronunciãdi quidã ſonus.In hac deniq; ipſa ratione dicendi,excogitare,ornare,diſponere meminiſſe,agere,ignota quędã omnibus & diffuſa late videbantur Adhibita eſt igitur ars quędam extrinſecus ex alio genere quodam,quod ſibi totum Philoſophi aſſumunt,quæ rem diſſolutam connulſamq; conglu- Cicero

nare ...

naret & ratione quadam conſtringeret.

Quod autē hāc artem Dialecticam velit dicere, ex alio eiuſdē authoris opere monſtratur apertius, quod de claris oratoribus inſcribitur: vbi de Seruio Sulpitio loquēs, hunc in modum Bruto interroganti ipſe reſpondet.

Scæuola ob dialecticæ peritiam cæteros in iuris cognitio excelluit

Sic enī (inquā) Brute, exiſtimo, iuris ciuilis magnū vſum, & apud Scæuolā & apud multos fuiſſe, artē in hoc vno: quod nunq̄ effeciſſet ipſi⁹ iuris ſciētia, niſi eam præterea didiciſſet artem, quæ doceret rem vniuerſam diſtribuere in partes, latentem explicare definiendo, obſcurā explanare interpretādo, ābigua primū videre, dein diſtinguere. Poſtremo habere regulā qua vera & falſa iudicarent, & quę quib⁹ poſitis eſſent quæq; nō eſſent conſequentia. Hic enī attulit hanc artem omniū artium maximam quaſi lucem, ad ea quæ confuſe ab alijs aut reſpondebantur aut agebantur. Dialectica mihi videris dicere, inquit, Recte inquam, intelligis.

Dialectica omnium artium maxima.

Rodolphus Agricola.

Hanc quoq; ſententiā confirmant, quæ noſtrorū fere temporū vir eruditiſſim⁹, Rodolphus Agricola, lib. ſecūdo de inuentiōe ſcribit in hūc modū. Ariſtoteles, quiq; poſt eū alij, Dialectica inſtructi fuere, facile ſuis libris oſtendūt, quā: magn⁹ ſit vſ⁹ ei⁹ & quā tractandis ōnibus reb⁹ accōmodatus, vtq; ſi ne ea non ſolum ſingula, de quibus in artiū decurſu dubitaretur explicari nequirēt, ſed ne artes quidem colligi poſſent, & in hanc quā acceperūt redigi formā. Hæc eſt illa ſcientia, quā apud Ciceronē Craſſ⁹ neceſſariā formādis artibus putauit, quāq; cupit eſſe in iurecōſultis, quo nō eſſent apud eos ōnia actorę ſimilia. Quæſitū eſt a Ticio & Labeo, ait etiam Celſus reſpondit, & apud Trebatium ſcriptum eſt.

Dial. in iureconſultis deſyderat Cicero.

Ex his obiter diſcim⁹, etiā iuris ciuilis ſtudioſis, Dialecticam apprime cōducere, maximamq; ad illud lucem adferre, id quod & Quintilianus videtur iudicare, libro duodecimo oratoriarum inſtitutionum, loquens in hunc modum.

Quid? Nonne queſtio iuris ōnis, aut verborū proprietate, aut ęqui diſputatiōe, aut volūtatis coniectura contię

ea continet: quorũ pars ad rationalẽ (Dialecticã dicit) pars ad moralẽ tractatum redundat. Ergo natura permixta eſt õnib⁹ iſtis oratio, quę quidẽ oratio eſt vere. Nã ignara quidẽ huiuſce doctrinę loquacitas erret neceſſe eſt: vt quæ vel nullos vel falſos habeat duces.

CAPVT QVINTVM.

Quanti Dialecticam fecerint veteres illi Stoici, ex Diogene Laertio, de vita Philoſophorum:

Abſq; Dialecticæ ſpeculatione ſapientem dicunt in oratione ſine lapſu nõ futurũ: Quippe ex illa dinoſci verũ atq; falſum, probabile item & quod ãbigue dicatur intelligi. Ea remota, iam nõ licet rite interrogare atq; reſpondere, ſed pertingere eã quæ in negationibus eſt temeritatẽ ad ea etiã quæ fiunt, adeo vt in abſurditatẽ ac vanitatẽ vertatur, qui phantaſias minime exercitas habet, neq; aliter acutũ & ingenioſum cautumq; õnino in dicẽdo & fore & viſum iri ſapientẽ. Eiuſdẽ eñ eſſe, recte loqui recteq; cogitare: eiuſdemq;, ad ea quæ proponuntur diſſerere, & ad ea quæ interrogantur reſpondere, quæ ſint omnia viri Dialecticæ periti. Stoicorum ſententia ex Diogene Laertio.

Ex eodem.

Huiuſmodi ſunt in logicis Stoici, vt maxime aſſerãt. Dialecticũ ſolum eſſe ſapientẽ, Omnes eñ res per eam quæ in verbis eſt ſpeculationẽ cerni quæq; ad naturam pertinent, & quæ rurſum ad mores logicæ egere adminiculo.

Ex eodem.

Enimuero Philoſophiã animãti ſimilẽ dicũt oſſib⁹ ac neruis Logicen, carnib⁹ Ethicen, animę Phiſicẽ cõferentes. Siue rurſ⁹ ouo: eſſe quippe ſuperficiem (id eſt, teſtã) Logicen, ſequentia Ethicen, intima & penit⁹ abſtruſa Phyſicen. Sunt qui agro frugifero: quippe circũiectam ſepem Logicen, fructũ Etichẽ, humũ ac arbores Phyſicen. Nonnulli ciuitati muris optime ſeptæ, ac pulchre ex dignitate adminiſtratæ. Stoicorũ pulchra cõparatio. ¶In qua Stoicorũ cõparatione illud eſt diligenter notandũ, Dialecticã vbiq; cõparari ijs per quę alia cõtinentur, corroborãtur, ſuſtentantur, finiuntur, munitũtur, & defendũtur, vtpote oſſibus & neruis, teſtę oui, ſepi agrum aut muro ciuitatẽ circũdanti. Videlicet vt indicetur his comparationib

Rodol. Agrico.

quod aperte aſſerit Rodolphus, Dialecticameſſe du cem,directricem,atq; ſtabilitricem cæterarum artium, & ſine cuius præſidio tueri fines ſuos reliquæ non ſatis commode poſſent.

Apud Ciceronē libro tertio de finib⁹ bonoꝝ Cato refert,Dialecticā & phiſicā a Stoicis inter virtutes eſſe enumeratas,& rationē ei⁹ reddit aperti⁹

Dialecticam & Phiſicā Stoici ꝟtutes appellāt.

Ad eas,inquit ꝟtutes de quibus diſputatū eſt,Dialecticā etiā Stoici adiūgūt & Phyſicā,taſq; ābas virtutū nomine appellant.Alterā quod habeat rationē ne cui falſo aſſentiamur,neue vnq̄ captioſa ꝓbabilitate fallamur, eaſq; quæ de bonis & malis dicerem⁹ tenere tueriq; poſſim⁹.Nā ſine hac arte,quēuis arbitramur a vero abduci falliq; poſſe.Recte igiť ſi omnibus in rebus temeritas ignoratioq; vitioſa eſt, ab his ea quæ tollit hæc virtus nominata eſt. Phyſicæ quoq; nō ſine cauſa idē tribut⁹ eſt honos. ¶Hactenus Stoicoꝝ de dialectica ꝓtulimus ſententiā: quā illi quidē tanti fecerunt,cum nō niſi altera ei⁹ pars, & ea quidē naturæ ordine poſterior,ab eis fuerit cognita,id quod manifeſtiſſime Cicero teſtaur in Topicis,ad Trebatium ita ſcribens.

Ex Cicerone in Topicis.

Cice.de duabus Dialecticæ partibus.

Cū oīs oratio diligēs diſſerendi duas habeat partes alterā inueniēdi, alterā iudicandi , vtriuſq; princeps (vt mihi quidē videť)Ariſtoteles fuit. Stoici aūt in altera elaborauerūt.Iudicādi em̄ vias diligenter perſcrutati ſunt,eā ſciētiam quā Dialecticē appellant.Inueniēdi vero artē,quæ Topice diciť,q̄ ad vſum potior erat,& ordine naturę certe prior,totā reliq̄runt

Idem libro.4.de finib⁹ bonorum,Catoni qui de Stoicorum ſecta erat,reſpondens,ſic ait.

Cato. Stoicus Diaľ,& Phyſicā inter virtutes numerat

Cum duę ſint artes quib⁹ ꝑfecte ratio & oratio compleať,vna inueniēdi,altera diſſerendi,hanc poſteriorem & Stoici & Peripatetici , priorē aūt hi egregie tradiderūt,illi oīno ne attigerūt quidē. Nam e quibus locis quaſi e theſauris argumēta depromerētur veſtri ne ſuſpicati quidē ſunt, ſuperiores autē artificio & via tradiderūt.Hęc ille, ¶Quāto ergo plu nūc eſt faciēda Dialectica,quę pręter illā Stoicorum diſciplī

rũ diſciplinã, alterã cõtinet,& quaſi nouã inuenien di artẽ,vſu potiorẽ,& natura priorem,quã Ariſtotеles pluribꝰ libris tradidit, & de qua ſola noſtris fere temporibꝰ,homo doctiſſimus Rodolphus Agricola,tres libros,conſcripſit,ab eruditis oibus maxime laudatos.

CAPVT SEXTVM.

Quod Dialectica admodum coniũctam habeat eloquentiam artemq; dicendi. Ex Quintiliano libro ſecundo oratoriarum inſtitutionum.

Duo(inquit)genera ſunt orationis, altera perpetua quæ Rhetorice dicit,altera conciſa,quæ Dialectica: quas quidẽ ita Zenõ cõiunxit,vt hanc cõpreſſæ in pugnum manus,illã explicitæ diceret ſimilem. Quinti

In eandem ſententiam & Cicero ſcribit libro ſecundo de finibus bonorũ & malorum.

Zenonis eſt,inquã.hoc Stoici, omnẽ vim loquendi in duas tributã eſſe partes dicere, Rhetoricã palmę,Dialecticam pugno ſimilem eſſe dicebat: quod latius loquerentur Rhetores,Dialectici autem contractius. Cicero

Idem in libro de perfecto oratore.

Zeno quidẽ ille a q̃ diſciplina.Stoicorum eſt,manu demõſtrare ſolebat qd inter has artes(Dialecticã & Rhetoricã)intereſſet. Nã cum compreſſerat digitos pugnumq; fecerat,Dialecticã aiebat eiuſmodi eſſe: cum aũt diduxerat & manum dilatauerat, palmæ illius ſimilẽ eſſe eloquentiã dicebat. Atq; etiam ante hunc Ariſtoteles,in principio artis Rhetoricę dicit, illam artẽ quaſi ex altera parte reſpõdere Dialecticæ vt hoc videlicet differant inter ſe,quod hæc ratio dicendi latior ſit,illa loquendi contractior. Apta zenonis cõparatio. Ariſtote

CAPVT SEPTIMVM.

Quod abſque Dialectica & Philoſophia nemo perfectam aſſequi poſſit eloquentiam,nec Rhetor eſſe ſine Philoſophia, Ex Cicerone in libro de perfecto oratore.

Platonis & aliorũ Philoſophorum diſputationibus & exagitatus maxime orator eſt,& adiutus Omnis enĩ vbertas & quaſi ſylua dicendi, ducta ab illis eſt. Orator debet eſſe Philoſophus.

Ac rurſum.

Poſitum ſit igitur imprimis, quod poſt magis inte

 liget-

ligetur, ſine philoſophia nõ poſſe effici, quẽ quærimus eloquentẽ. Nam nec lati⁹ nec copioſi⁹ de magnis varijſq; rebus, ſine Philoſophia poteſt quiſquã dicere. Nec vero ſine Philoſophorum diſciplina genus & ſpeciẽ cuiuſq; rei cernere, neq; eã definiendo explicare, nec tribuere in partes poſſumus, nec iudicare quæ vera quæ falſa ſint, neq; cernere cõſequentia, repugnãtia videre, ambigua diſtinguere.

Expreſſius etiam & diſtinctius poſtmodum iſta declarat, cum poſt multa eodem in libro de Oratore tractata, iſta ſubiungit.

Orator ſit Dialecticus

Eſſe igitur perfecte eloquentis puto, non eam ſolũ facultatem habere quæ ſit eius propria, fuſe lateq; dicendi, ſed etiam vicinam eius atq; finitimam Dialecticorum ſcientiam aſſumere.

¶Et rurſum poſt pauca.

Nam & ipſe Ariſtoteles tradidit precepta plurima differendi, & poſtea qui Dialectici dicuntur ſpinoſiora multa pepererunt. Ergo eũ cenſeo qui eloquentiæ laude ducat̃, nõ eſſe earꝫ rerum omnino rudem ſed vel illa antiqua, vel hac Chryſippi diſciplinã inſtitutus, nouerit primũ vim, naturã, genera, verborum & ſimpliciũ & copulatorꝫ. Deinde, quot modis quidq; dicat̃, quã ratione verꝫ falſumue ſit iudicetur, quid efficiat̃e quoq;, quod cuiq; conſequens ſit, quodq; contrariũ. Cumq; ambigue multa dicantur, quõ, quidq; eorum diuidi explanariq; oporteat

Hęc oĩa ſola docet Dialectica

Hæc tenenda ſunt oratori, ſæpe em̃ occurrunt: ſed quia ſponte ſua ſquallidiora ſunt, adhibendus erit in his explicandis quidã orationis nitor. Et quoniam in õnibus quæ ratione docent̃ & via primũ conſtituendum eſt, quid quidq; ſit(Niſi em̃ inter eos qui diſceptent cõuenit, quid ſit illud de quo ambigitur, nec recte differi, nec vnq̃ ad exitum perueniri poteſt) explicanda eſt ſæpe verbis mens noſtra de quaq; re, atq; inuolutæ rei notitia definiendo eſt aperiẽda. Siquidem definitio eſt oratio, quæ quid ſit id de quo agitur oſtendit breuiſſime. Tũ vt ſcis, explicato genere cuiuſq; rei, videndũ eſt, quæ ſint eius genera, ſiue formæ, ſiue partes, vt in eas diſtribuatur

omnis

omnis oratio. Erit igit hæc facultas ei quem volu=mus eſſe eloquentẽ, vt diffinire rẽ poſſit. Idemq; e=tiam cũ res poſtulabit genus vniuerſum in ſpecies certas, vt nulla neq; prætermittatur neq; redundet partietur ac diuidet.

Quam denicq; ſententiam ita concludit.

Nec vero Dialecticis modo ſit inſtructus, ſed habe=at omnes Philoſophiæ notos & tractatos locos.

Suprapoſitæ Marci Tullij ſẽtẽtię aperte ſubſcri=bit Quintilianus, lib .12. oratoriarũ inſtitutionũ de ſcientia Diuinarũ humanarũq; rerũ loquens.

Quæ quidẽ, inquiens, cũ ſit in tres diuiſa partes na=turalem, moralẽ, & rationalẽ, quæ tandem non eſt cũ oratoris opere cõiuncta? Nam (vt ordinem retro agam) de vltima illa quæ tota verſat in verbis, ne=mo dubitauerit, & proprietates vocis cuiuſq; noſſe & ambigua aperire, & perplexa diſcernere, & de fal=ſis iudicare, & colligere ac reſoluere quæ velis, ora=toris eſſe: quanquam non eſt tam minute atq; con=ciſe in actionib9 vtendum, quã in diſputationibus. Quinti.

Ac poſt pauca quam velit artem proprio nomi=ne apertiſſime explicans, ſubiungit.

Pars hec (inquit) Dialectica, ſiue illam dicere mali mus diſputatricẽ, vtilis eſt ſępe & finitionib9 & cõ=prehenſionib9, & ſeparandis quæ ſunt differentia, & reſoluenda ambiguitate, & diſtinguẽdo diuiden=do, illiciendo amplicando. ¶CAP. VIII.

Quod Oratorũ præclariſſimi Philoſophię, & pe=culiariter Dialecticæ ſtudia coluerint. Quintili=anus oratoriarum inſtitutionum libro.xij.

Quæ deniq;, inquit, intelligi ſaltẽ poteſt eloquentia hominis optima neſciẽtis? Hæc ſi ratiõe manifeſta non eſſent, exemplis tamẽ crederemus. Siquidẽ & Periclẽ, cui9 eloquẽtiæ & ſi nulla ad nos monumen=ta venerũt, vim tamen quandã incredibilẽ, tum hy=ſtorici, tum etiã liberrimũ genus hoim Comici ve=teres tradunt, Anaxagoræ Phyſici conſtat auditorẽ fuiſſe, & Demoſthenẽ principẽ omniũ Græcię ora=torum dediſſe operam Platoni. Nam M. Tulli, non tantum ſe debere ſcholis Rhetorũ, quantum Aca=

Quinti. Pericles. Demoſthenes. Cicero.

miæ ſpatijs, frequẽter ipſe teſtat⁹ eſt. Neq; ſe tãta in eo vnq̃ fudiſſet vbertas, ſi ingeniũ ſuo concepto fori, non ipſius reꝝ naturæ finibus terminaſſet.

Cice. de Philoſophia magis q̃ de rhetorica gl'iat.

Qđ hic vltio loco dicit Quintilianus ipſe de ſe Cic. veꝝ eſſe teſtat̃, in pręfatione libri de oratore Ego aũt (inquit) & me ſæpe noua videri dicere intelligo, cũ per vetera dicam, ſed inaudita pleriſq;: & fateor me oratorẽ (ſi modo ſim, aut etiam quicunq; ſim) non ex Rhetoꝝ officinis, ſed ex Academiæ ſpatijs extitiſſe.

Locus is eit quẽ ſupra citauimus.

Eodem in loco & quę de Pericle dicta ſunt atq; Demoſthene, confirmat his verbis.

In Phędro Platonis hoc Periclẽ præſtitiſſe cæteris dicit oratoribus Socrates, quod is Anaxagorę phyſici fuerit auditor, a quo cenſet eũ, cũ alia præclara quædã & magnifica didiciſſet, vberẽ & fœcundum fuiſſe, gnarũq; (quod eſt eloquẽtiæ maximũ) quibus orationis modis, quæq; animorũ partes pellerentur Quod idẽ de Demoſthene exiſtimari poteſt, cuius ex epiſtolis intelligi licet, quam frequens fuerit Platonis auditor.

In libro vero de claris oratorib⁹, cum Bruto ſuo colloquens, etiam præceptoris ſui nomen expriniit, quo in Dialectica eſt vſus.

Diodorus Ciceronis in Dialactica pręceptor.

Eram, inquiens, cũ Stoico Diodoto, qui cum habitauiſſet apud me, mecunq; vixiſſet, nuper eſt domi meæ mortu⁹, a quo cũ alijs in rebus, tum ſtudioſiſſime in Dialectica exercebat, quæ quaſi contracta & aſtricta quædã eloquentia putãda eſt, ſine qua etiam tu Brute iudicauiſti te illã iuſtam eloquentiã quam Dialecticam dilatatam putant conſequi non poſſe.

CAPVT NONVM

Lactantius de Epicuro Dialecticęs contẽptore.

Quõ ſui contemptũ vlciſcat̃ Dialectica, vel in vno Epicuro fœdiſſimæ voluptatis aſſertore (ſic eũ Lactantius Firmianus digno appellat noĩe) luce clari⁹ cernit: qui illã prorſus cõtemnens, & vt tranſuerſum agentẽ (quõ Diogenes Laertius ait) prorſus repudians, in fœdos lapſus eſt errores, de quo Tullius libro ſecundo de finibus bonorũ & malorum, Torquato colloquens, ita ait.

Dum

Dum Dialecticã. Torquate, contẽnit Epicurus, quę
vna continet omnẽ; & perſpiciendi quid in quacq; re
ſit ſcientiã & iudicãdi quale quidcq; ſit, hac ratione
& via diſputãdi ruit in dicendo, vt mihi quidem vi-
detur, nec ea quæ dicit vlla vult arte diſtingui.

Cice. Epicuri errores im putat cõtemptui Dialecticæ.

Confirmant hanc Ciceronis ſententiam, quæ ab
Hugone a ſancto Victore ſcribuntur libroprimo
didaſcalicæ eruditionis, in hunc modum.

Cæteræ artes prius repertæ fuerant, ſed neceſſe fuit
Logicã quocq; inueniri, quoniã nemo de rebꝰ cõue-
nienter diſſerere poteſt, niſi prius recte loquendi ra-
tionem agnouerit. Nã, ſicut dicit Boetiꝰ, cũ primi-
tus antiqui circa rerũ naturas & morum qualitates
inueſtigãdas operam impenderent, neceſſe fuit ſepe
falli eos, quia vocũ & intellectuũ diſcretionem nõ
habebant: vt in multis euenit Epicuro, qui atomis
mundũ conſiſtere putat, & honeſtũ voluptate me-
titur. Hoc autem iccirco huic atq; alijs accidiſſe, ma-
nifeſtũ eſt, quoniam diſputando quicquid ratiocina-
tione cõprehenderãt, hoc in res ipſas quocq; eueni-
re arbitrabantur. Hic vero magnus eſt error. Necq; e-
nim quicquid ſermonũ decurſus ratiocinãdo inue-
nerit, id in natura fixum tenetur. Quare neceſſe eſt
falli eos, qui abiecta ſcientia diſputandi, de rerum na-
tura perquirerent. Niſi em̃ prius ad ſcientiam vene-
rit, quæ ratiocinatio, verã teneat ſemitã diſputandi
quæ veriſimilẽ agnouerit, & quæ fida & quæ poſſit
eſſe ſuſpecta, rerum incorrupta veritas ex ratioci-
natione non poterit inueniri.

Hugo a ſancto Victore

Atq; illud etiã magis Dialecticæ in veri inueſti-
gatione neceſſitatẽ indicat, quod hi quocq; qui e-
ius videri volebãt contẽptores, aliquid ipſi ſimi-
le confingebãt, quo eiꝰ loco ſe vti dicerent. Id qđ
de Epicureis aperte teſtat̃ diuus Auguſtinꝰ lib. i.
contra Creſconiũ Grammaticũ, capite. ꝗ.

Noſti, inquit, q̃ maxime apud Stoicos viguiſſe Dia-
lecticã, q̃uis & ipſi Epicurei, quos imperitia libe-
raliũ diſciplinarũ non ſolũ non pudebat, verume-
tiam delectabat, quaſdã quaſi diſputãdi regulas qui-
bus quiſq; vſus minime falleret, ſe potiꝰ tenere

Auguſti de Epicureis.

docere iactabant.Quid eñ eſt aliud Dialectica quã peritia diſputandi?

Errores autẽ Epicuri in quos per inſcitiam ratiocinandi videtur incidiſſe,Lactantius Firmianus libro tertio Diuinarum inſtitutionum ſummãtim enarrat,his verbis.

Lactãtius de erroribus Epicuri.

Archipirata quiſquã, vel latronũ ductor, ſi ſuos ad graſſandũ cohortetur,quo alio ſermone vbi poteſt, quã vt eadẽ dicat quæ dicit Epicurus? Deos nihil curare,non ira.non gratia tangi,inferoꝝ pœnas non eſſe metuendas,quod animæ poſt mortem occidãt nec vlli omnino ſint inferi,voluptatẽ eſſe ſumnum bonum,nullam eſſe humanã ſocietatẽ,ſibi quemq; conſulere,neminẽ eſſe qui alterũ diligat niſi ſui cauſa.Eſt plane,cur quiſquã putet hãc vocẽ eſſe viri ſapientis,quæ poteſt aptiſſime latronibus accommodari?

¶CAPVT X.

Quod naturæ non ita ſit fidendum, vt propter eã ars ipſa Dialecticæ vel contẽnatur vel negligatur,id quod pleriq; faciunt. Ex Cicerone libro quarto,de finibus bonorũ,atq; malorum.

Ars natura certior.

Quod & ſi ingenijs magnis præditi quidam dicẽdi copiam ſine ratione conſequuntur,ars tamẽ eſt dux certior quam natura.Aliud eſt enim,Poetarum more verba fundere,aliud eã quæ dicas ratione & arte diſtinguere.

In dialogo quoq; Platonis qui Phædrus inſcribitur,Socrates de Rhetorica(quę tamen minus videtur arte indigere)idem pronunciat:vbi a Phædro interrogatus;quomodo & vnde veri oratoris artem ſibi poſſet vendicare ita reſpondet.

Plato

Conſentaneũ eſt,o Phœdre,forte etiam neceſſariũ, queãdmodũ in cæteris rebus,ita & in hoc certamine peragendo perfectum eſſe.Quippe ſi tibi natura vt ſis orator tribuerit,accedente doctrina & exercitatione excellens eris orator.Si quid vero horũ tibi defuerint,mancus eris.

Conſentit & Quinti,li.2.oratoriarũ inſtitutionũ Conſummatos ,inquiens.in arte,plus doctrinæ dere,quã naturæ putabo;ſicut in ſolo fœcundo plus

cultor

cultor q̃ ipſa per ſe bonitas ſoli efficiet.

Pulchre quoq; hac de re generali ſermone, quantum ad õnes artes, diſſerunt vir eximius Hugo a ſancto Victore libro primo didaſcalicæ eruditionis, cuius eo in hæc ſunt verba

Omnes ſcientię prius erãt in vſu q̃ in arte. Sed conſyderantes deinde homines vſum poſſe in artẽ conuerti, & quod vagũ fuerat ac licẽtioſum prius, certis regulis & præceptis poſſe reſtringi, cœperunt cõſuetudinẽ quæ partim natura, partim vſu exorta fuerat, ad artẽ reducere, quod prauum habebat vſum emendantes, quod minus habebat ſupplentes, quod ſuperfluũ habebat reſecantes, & de cæteris ſingulis certas regulas ac præcepta præſcribentes. Huiuſmodi fuit origo omniũ artium. Priuſquã eſſet Grãmatica & ſcribebant & loquebant homines. Priuſquã eſſet Dialectica, ratiocinãdo verum a falſo diſcernebant. Priuſquã eſſet Rhetorica, iura ciuilia tractabãt Priuſquam eſſet Arithmetica, vſum numerandi habebant. Priuſquã eſſet Muſica, canebant, Priuſq̃ eſſet Geometria, agros menſurabãt Priuſquã eſſet Aſtronomia, per curſus ſtellarũ temporum diſcretiones capiebãt. Superuenerũt artes, quæ licet ab vſu principium ſumpſerunt, vſu tamẽ meliores ſunt.

Hugo a ſancto Victore

Ars vſu melior.

Eandẽ hanc quæſtionẽ prolixe ſimul & erudite tractat Rodolphus Agricola li. 2. de inuentione cap. 5. Cuius etiã verba (vt certior ſit veritati n oſtris atq; veteribus comprobaræ, fides) hic non pigebit annotare. Primũ itaq; quæſtionẽ mouet

Quid ergo? dicit aliquis. Nõne & ante inuẽtã Dialecticen fuerũt artes, & diſputatũ eſt, & inuentũ eſt verũ? Et nũc quoq; quotuſquiſq; eorũ qui diſputãt Dialecticen tenet? Deinde quæſtioni reſpondet. Non eſt, inquiẽs, quod negẽ, hæc ita eſſe. Illi tamen q̃d Dialectica docet, & faciũt, & fecerũt, multo commodi⁹ ſi hãc didiciſſent, fortaſſe facturi. Quẽadmodũ & ante traditã Rhetoricẽ diſerti viri fuerunt, & priuſq̃ literis cõprehẽſa eſt muſice cecinerunt homines. Nec Hippocrates, vt primus in artis imaginem medicinã coegit, ſic & prim⁹ cognouit morbũ. pro

Rodolphus Agrico. de vſu & arte.

futura meditat⁹ eſt,ęgrū leuauit.Facta ſunt hęc,antequā artes fierent,& ob idipſum quod crebro ſunt facta,longa recte ſecuſq; factorū annotatione artes eſſe cœpere.Prouenere deinde præclara ingenia,quā diſperſa colligerēt,confuſa diſponerēt, explerent imperfecta,rudia perpollirēt,& ōnia complecterentur nō modo quę facta eſſent,ſed quę fieri etiā poſſent Sic quod caſus ante fuerat, cœpit deinde ratio eſſe Et ſequutū eſt,vt non quia factū iam eſſet aliquid debere fieri,ſed quia deberet fieri, crederent eſſe faciendum.Qui priores ergo fuerunt artibus, ſimilia his ipſis quæ nunc præcipiunť, ſi quando recte fecerunt,ſequuti ſunt,ſicut hodie plerīq; faciunt quod artis eſt;ſed non ex arte,quippe quā nullam habent ſed vel longa obſeruatione,vel ingenij quodā præſtante vigore.Quanto rectius tamē,quanto melius expedirent illa,ſi certa artium ratione ducerenť?Duratura em̄ ſœculis ingenia, & quib⁹ non præſentes ſolum plaudant,ſed quæ omnis poſteritas miretť,ea tum demū fiunt,quoties cū optima natura ars perfecta coniungitur.Sic, quod Dialectices eſt,inuenerunt argumenta homines,& errorē male inuentorum aliquando deprehenderunt,antea quam eſſent omnia præcepta illius in artis formā collecta. Ariſtoteles tamē,quicq; poſt eū illa inſtructi fuere,faciſe libris ſuis oſtendunt,quā magnus ſit vſus eius,& quā tractandis omnibus rebus accōmodatus:vtq; ſine ea non ſolū ſingula de quibus in artium decurſu dubitareť explicari nequirent,ſed ne artes quidē colligi poſſent, & in hanc quā acceperūt redigi formā

Sententia notatu digniſſima.

CAPVT XI

Quod eruditio Dialecticę cęterarūq; diſciplinarum liberaliū,a Chriſtiana profeſſione nō ſit aliena,nec percipiende veritati præbeat impedimētum. Auguſtinus libro tertio contra Academicos,capite decimooctauo.

Auguſti de libera[...]

Eruditio,inquit,artiū liberaliū, modeſta ſane atq; ſuccincta,& alacriores & perſeuerantiores & comptiores exhibet amatores amplectendæ veritati,vt & ardentius appetant, & conſtantius inſequantur & in hæc

& inhærent poſtremo dulcius.

Idem libro primo contra Creſconium Grammaticum, capite vigeſimo.

Hãc artem quã Dialecticã vocant, quæ nihil aliud docet quam conſequentia demonſtrare, ſeu vera veris, vel falſa falſis, nunq̃ doctrina Chriſtiana formidat: ſicut eã in Stoicis non formidabat Ap̃ls, quos ſecũ volentes conferre non reſpuit. Et ipſa eñ fatet & verũ eſt, nemine diſputando ad concluſionẽ falſam conſequenter impelli, niſi pri⁹ conſenſerit falſis quibus eadẽ concluſio velit nolit efficitur. Ac per hoc, qui cauet ne ſe loquente conſequant falſa quæ non vult, volens falſa caueat quę præcedunt. Si autem præcedentibus veris inhæſerit, quæcunq; cõſequentia perſpexerit, q̃ falſa exiſtimabat, vel de quibus dubitabat, admonitus ampleƈtat, ſi veritati eſt pacatiſſimæ amicior quã contẽtioſiſſimæ vanitati. ¶ Eodẽ in libro per multa capita oſtendit, & Chr̃m & Ap̃m Paulũ, ac cæteros. vſos eſſe Dialectica in diſputando, neq; quemq̃ Dialectice volentẽ agere cũ Chriſtianis, eſſe reſpuendũ. Donatiſtas quoq; illos nõ rationabiliter agere oſtendit, qui dicerent ſe nec velle nec debere cũ eo in diſputationẽ congredi, eo quod eſſet Dialectica arte inſtruƈt⁹, eaq; inter diſputandũ vteret, ac proinde fugiendum magis & cauendũ quam refellendũ reuincendũq; cenſerent.

Clemens ſucceſſor Petri inſignis ante Chriſtianiſmum Philoſophus, lib. 1. recognitionum, vbi a Petro interrogatus reddidiſſet ea quæ pridie ab eodem audierat, eaq; tam euidenter narraſſet, vt Petr⁹ gaudio perfuſus teſtaret a Clemente illa euidenti⁹ eſſe reddita, quàm a ſe expoſita fuerant, ita præceptori ſe collaudanti reſpondit. Sanctus Clemẽs.

Narrandi ordinẽ & lucidi⁹ ea quæ res expetit proferendi, eruditio nobis contulit liberalis; quaſi vtamur in antiquitatis erroribus, in perniciem vitæ verborum decore ac ſuauitate decidim⁹. Si vero ad aſſertendam veritatẽ, eruditionẽ ſermonis & gratiã conferamus, puto ex hoc non parũ vtilitatis acquiri.

Rupertus abbas Tuitienſis, Vir Diuinarum pariter

riter & humanarum literarum peritiſſim⁹ cuius mul
ta extãt in Diuinas ſcripturas præclara volumi-
na in libro.7.de operib⁹ ſpiritusſancti ita ſcribit.

Rupert⁹ abbas Tuitienſis.

Paulus Apoſtolus,nõ ſtudia condẽnat vel ſcholas
Grammaticorum,Dialecticorum,Rhetorũ, Arith-
meticorum,Geometricorum,Muſicorum,Aſtronomorum
ſed hoc in eis culpat,quod non quęſierunt ex eis ſa-
pientiæ fructũ,propter quem artes iſtæ a Deo datæ
ſunt.i.in notitia habere Deum & glorificare ſicut
Deum. ¶Et rurſum
Reuera Dialecticæ ars veritatem non perſequitur,
nec verbo Dei nectit vinculum, ſed potius verita-
tem ſequitur,& verbum Dei verum fidis argumen
tationibus comprobat, ſi quis legittime vtatur illa
Proceſſum ſacræ ſcripturæ diligenter aſpiciat Dia-
lecticæ ſimul & Rhetoricæ ſtudioſus pariter & be-
neuolus:& videbit,quod eam tanquã dominam fa
mulæ perſequuntur. CAPVT XII.

Quod etiam ad ſcripturas exactius intelligendas
plurimum cõducat peritia Dialecticæ. Auguſti-
nus libro ſecundo de doctrina Chriſtiana, capite
trigeſimo primo.

Dial. ad ſcriptura rum ĩtel lectum vtilis

Diſputationis diſciplina,ad õnia genera quęſtionũ
quæ in literis ſacris ſunt penetranda & diſſoluenda
plurimũ valet.Tantũ ibi cauenda eſt libido rixandi
& puerilis,quædam oſtẽtatio decipiẽdi aduerſariũ.
¶Et iterum capite.37.

Auguſt.

Scientia cõcluſionum & definitionũ & diſtributio
num,plurimũ lectorẽ ſcripturarũ adiuuat: tantum,
abſit error,quo videntur homines ſibi ipſam beatæ
vitæ veritatẽ didiciſſe,cum iſta didicerint.

Rupertus Tuitienſis,libri.7.de operibus ſpiritus-
ſancti capite.13.

Primũ hoc aſſerere licet, quia gen⁹ & differẽtia ſpe-
cies & propriũ atque accidẽs quæ ſapiẽtes ſæculi pro
magnis atque arduis habẽt,quaſi prima Diuinę ſcrip
turę incipiẽtis elemẽta ſunt. Vbi verſus aliquot ex
1.capite Geneſæos proferens, in quibus generis &
ſpeciei fit mentio,ſic proſequit.Genera iſta & ſpeci-
es ſine dubio ſunt,de quibus apud Philoſophos ſer
mo eſt.

mo eſt. ¶Ac deinde.

Dicamus ergo, quod in ipſa ſanctæ ſcripturæ litera, & ſimplices ſit quod mulceat, & ſapiētes aut Philoſophos quod exerceat. Arbitramur em̄, non minus ad hanc ſcripturā, quā ad eam quæ eſt apud Ariſtotelē prædicamentorū doctrinā, eſſe neceſſariū, ſcire quid ſit genus, & quid differētia, & quid propriū & quid accidēs. Quæ deinde particulatim author iſte prolixo ſermone proſequitur. Poſtremo, huius capitis ſermonē ita concludit, Huius artis vtilitas & virtu⁹ tota oſtenditur in ſyllogiſmis, quoꝝ concluſio plurimū lectorē adiuuat, ad veritatē inueſtigandam: tantum, vt abſit illi error decipiendi aduerſarium, per ſophiſmata falſarum cōcluſionum. Quis autē omniū ſæcularium, ita vt hæc ſancta ſcriptura fortiter aut ſuauiter nouit ac potuit nodoſum texere aut ſtringere ſyllogiſmum?

De omnibus vero artibus liberalibus quod earū ſit in ſcriptura ſancta bonus vſus, generalem profert ſententiam capite decimo in hæc verba.

Ingreſſæ ſunt ergo ſeptē artes liberales, tanq̄ famulæ in ſacrū & reuerendū dominæ ſuæ ſapiētiæ triclinīū: & quaſi de triuijs licētioſis, ad diſtrictū & ſæuerū verbi Dei magiſteriū diſpoſitæ, & aſſidere iuſſæ ſunt. Vagabanť em̄ pri⁹ per circuitū laſciuæ, garrulæ & verboſe puellulæ, nihil operātes, ſed curioſe agētes ſolūmodo, vbi negotioſæ magis eſſe videbantur circa creaturā diſcutiendā curſitātes, ipſum autē creatorē negligētes. Miſſæ ſunt ergo in opus, vt nō iam quod ſuperfluum erat de creatura mundi fabularentur, ſed ſerio fideliterq; quod expediret, de creatore loquerentur, bonumq; ad honorē eius ſermonem opere ſplendido texentes, operarentur, id eſt, vt iam nō res verbis, ſed verba rebus ornarentur.

¶CAPVT XIII.

Quod Dialectica ad euertendos ſæcularis ſapiētiæ errores egregie valeat, ſi quis ea recte vtatur Hieronimus in Cōmentarijs ſuper Ezechielem.

Vere quicquid in ſæculo peruerſorū dogmatū eſt, quicquid ad terrenā ſcientiam pertin... & putatur eſſe... Hieroni

eſſe robuſtũ, hoc Dialectica arte ſubuertiť & inſtar incendij in cineres fauillaſq; diſſoluiť : vt probetur nihili,quod putabatur eſſe fortiſſimum.

Auguſtinus in libro de cognitione vere vitę eã dem cõfirmat ſententiã,dicens,ad oĩa quidem hu mana potentẽ eſſe Dialecticã,tametſi ad Diuini tatis perfectionẽ,vt in ſe eſt,non poſſit pringere.

Auguſt. Dialectica,inquit,differendi potens, potenter dubia quæq; diffiniens,cunctas ſcripturas euibrãs,& euiſcerans,cunctam humanã ſapientiam annihilans,cũ in Diuinitatem intendit,tantæ maieſtatis luce pa uidum caput tremefacta reflectit. ¶Hoc ipſum vi

Lactãti⁹ detur velle Lactantius Firmianus, cũ libro quarto Diuinarũ inſtitutionũ dicit, Philoſophiam humanam ſuis armis eſſe confectam,quia nimirũ diſputã di officio(quod ipſa docet)quicquid a Philoſophia humana nõ recte.i.non conſone ad Chrianam ſapi entiam diciť,potenter deſtruiť, & falſum eſſe Dialectica diſputatione conuinciť. CAP XIIII

Quod ſic Deo placitũ ſit,per liberales artes hæreticorum figmenta diſſoluere.Rupertus libri.7. de operibus ſpirituſſancti capite nono.

Inſtructos liberalib⁹ artib⁹ vult De⁹ eſſe fidei Catholicæ defenſores. Amplius aũt & hoc non erit prætereundum , quia quos Eccleſiaſticę fidei defenſores habere,quorum lingua cõtra hæreticos , vel ad erudiẽdam Eccleſiã ſuã Domin⁹ vti dignaretur,ipſe egit,ipſe prouidit vt prius artibus liberalibus inſtruerentur,& in maris periculũ ad pugnandũ deſcenſuri in nauib⁹,prius quaſi circa littora leuioribus ludis exercerentur.

¶Et rurſum eodem in loco.

Grata viciſſitudo hęc erat,vt fideles qui liberalium facultates habebãt artiũ bene vtendo illis,cõtra hæreticos eiſdẽ artibus male vtentes,veritatẽ defenderent,quod erat potare Ieſum fatigatũ , & ſitientem atq; hoc facientibus daret ipſe aquã viuã, magis ac magis aperiendo illis ſenſum , ad veritatẽ ſcripturarum intelligendam.Factumq; eſt hoc modo amicũ

Ioan.4. pulchrũq; cõmerciũ.ipſi quã de Philoſophicis hau ſerant puteis,poſtulanti. Domino porrexerũt aquã de qua ipſe dicebat. Omnis qui biberit ex aqua hac

ſitiẽt iter

ſitiet iterũ. & acceperunt eb eo aquam viuã, de qua qui biberit (ait idem) non ſitiet vnquam.

¶CAPVT XV.

Quod hæretici in ſuis erroribus ſtabiliendis plurimum vtantur Dialectica. Hieronymus in diſputatione contra Luciferianos de Arriana hæreſi id manifeſte teſtatur, dicens.

Arrij hæreſis magis cũ ſæculi ſapiẽtia facit & argumentationũ riuos de Ariſtotelis fontibus mutatur. Arrij hęreſis Dialectica ſe fouere nitebat.

Idem in enarratione Pſalmi 143. ſcdm myſticũ ſenſum verbũ illud enarrans. Non eſt ruina maceriæ neq; tranſitus.

Difficile hęreticos iuuenies imperitos. Omnes enim magiſtri inſtructi ſunt ſcientia ſæculari. Non habent rete Apſicum, ſed carenulas Dialecticas. Nõ eſt ruina macerię neq; tranſit9. Si quando ſunt in diſputationibus, ſi quando tecũ cœperint diſputare, ſic verba eorũ breuia ſunt, ſic artifici ſermone cõcluſa vt euadere inde difficile ſit, Cum oẽm ligauerint te ſyllogyſmis ſuis, & te clauſerint, & quaſi maceriem tibi ſyllogiſmũ texuerint, & edificauerint, non potes conuertere, non potes tranſire, teneris incluſus. Cũq; te tenuerint quaſi quodã gyro incluſum, tunc non eris in anguſta via quæ ducit ad vitam, ſed in lata quæ ducit ad mortem. Hæretici plærũq; vtunt Dialectica.

Idem ſuper illo Pſalmi Et cynifes in omnibus finibus eorum.

In cynife, inquit. Dialecticæ artis ſtimulus intelligitur, quæ licet paruum habere videatur ſeductionis aculeum, grauiſſime tamen fauciat mẽtes humanas

¶CAPVT XVI

Quod nimiũ in hoc iniqui ſunt & improbi hæretici, cũ ipſi ad oppugnationẽ veritatis libenter & frequenter vtanť & Dialectica & Rhetorica & cæteris liberalib9 artibus, nolint tamen hæc a veritatis aſſertorib9, ad veritatis defenſionẽ vſurpari, & eos qui illis vtunť, hac ratione criminãtur tanquã Sophiſtas, & Chriſtianę ſimplicitatis expertes. Auguſtinus libro primo contra Creſconium Grammaticum.

Dialecticã,inquit,mihi obijcere voluiſti,q̃ſi Chriſtianæ nõ cõgruat veritati,& ideo me doctores veſtri velut hoiem Dialecticũ merito fugiendũ potius & cauendũ,quã refellendũ atq; reuincendũ cenſuerũt. Q.d cũ tibi nõ perſuaſerint(nã te aduerſus nos etiã ſcribẽdo diſputare nõ piguit)tu tamẽ in me Dialecticã criminat⁹ es,quo falleres imperitos, illoſq; laudares qui diſputãdo mecũ cõgredi noluerãt. Sed tu videlicet Dialectica nõ vteris,cũ cõtra nos ſcribis? Vt quid te ergo in tantũ diſputãdi periculũ proieciſti,cũ diſputare nõ noueris?Aut ſi noſti,cur Dialectic⁹ Dialecticã criminaris?ita vel temerarius vel ingrat⁹,vt aut imperitiã qua vinceris non refrenes, aut doctrinã qua iuuaris accuſes. Inſpicio ſermonẽ tuũ iſtũ ipſum,quẽ ad me ſcripſiſti.Video te quædã copioſe ornateq; explicare,hoc eſt,eloquẽter,quædã vero ſubtiliter arguteq; differere hoc eſt dialectice: & tamen eloquentiã Dialecticãq; reprehendere. Si noxia ſunt,quare,hoc facis?Si nõ ſunt , cur arguis?

Hæretici Dialecticã in Orthodoxis criminant.

Apud Hieronymũ quoq; in Dialogo aduerſos Luciferianos,idẽ in promptu eſt videre ; vbi Luciferianus hæreticus, cum ab orthodoxo vi argumentorum vrgeri ſe conſpiceret,nec vllũ ſibi ſupereſſet effugium iterũ iterumq; poſtulat,Chriſtiane ſecum non Philoſophice agi.

Oro te(inquit ad Orthodoxum)vt Philoſophorũ argumẽtatione depoſita,Chriſtiana mecum ſimplicitate loquaris ; ſi tamen non Dialecticos ſequatis, ſed piſcatores. ¶Et iterum.

Iã & ſuperi⁹ rogaui,vt nõ Philoſophice , ſed Chriſtiane mecũ loquaris.Nimirũ quod ita metuant hæretici Dialecticos neruos, virtutẽ ipſius artis & efficaciam teſtat ; cui ſe non poſſe reſiſtere metuunt, ſibi male conſcij.Et(iuxta Saluatoris verbum) Omnis qui male agit odit lucẽ, & ad lucẽ venire formidat ne arguant opera eius.Huc etiã pertinet impietas illa Iuliani,quam in principio prologi huius cõ memorauimus. ¶CAPVT XVII.

Non ob hoc eſſe dãnandam Dialecticã aut fugiendam, quod plærīq; ea ad captiones ſophiſticas

aut deceptiones abutanť,cum nihil ſit ita bonum quo non praui abutantur. Auguſtinus lib.1.contra Creſconium Grammaticum. Auguſt.

Neq; enim pro patria non eſt miles armandꝰ quia cõtra patriam nonnulli arma ſumpſerũt:aut ideo vti non debent boni doctiq; medici medicinalibus ferramentis ad ſalutem,quia his ad perniciē etiam indocti peſſimiq; abutuntur. Quis em̃ neſcit:ſicut vtilia vel inutilia fuerint quæ quærũtur, ita peritiã facultatemq; dicendi,ſic eſſe vtilem vel inutilem vt fuerint vtilia vel inutilia quæ dicuntur?

Rodolphus Agricola libro.2.de inuentione. Rodolphus Agricola.

Dialecticē vtilem eſſe certum eſt,ſi falli,decipi,vera pro falſis,falſa pro veris accipi,inutile putamꝰ. Fallitur tamē nonnunq̃ Dialecticus & pro veris falſa tradit,Euenit id quidē ſed & nauē aliquãdo gubernator euertit & medicus aliquãdo perimit. Hominum ſunt iſta non artiũ. Atq; vel eo magis fatendũ erit vtilē Dialecticē,cũ & qui oratiõe ſeducũt, aſtu id,perſæpe nulla etiam inſtructi arte faciant, & qui fallitur,ſi artem calleret vel nequaq̃ id,vł minꝰ vtiq; pateretur.Sane ſicut reliquæ artes quæ remedio ſunt inuentę humanis neceſſitatibus nõ poterant ſuccurrere incommodis niſi prius ea detegerent,ſic Dialectice cum magna ex parte in eo ſit poſita quo pacto laqueos captionum fraudũq; in dicendo vitemus.neceſſe habuit aperire inſidias & oſtẽdere quã varie quis capi poſſet.Quę ſi quis inde deprompta vtenda ſibi putauit,nõ artis hoc eſt culpa vitare fugienda monſtrantis,ſed improbitatis ſectari fugienda cupientis. Aperienda em̃ ſunt vt caueantur alia & nemo artifex tantum remedia nouit.

Simile quiddam diuus Auguſtinus lib.2.de doctrina Chriſtiana capite.36.de eloquẽtia dicit, his quidem verbis.

Sunt etiam quædam pręcepta vlterioris diſputationis quę iam eloquẽtia nominatur,quę nihilominus vera ſunt quãuis eis poſſint etiam falſa perſuaderi, Sed quia & vera eſſe poſſunt, non eſt facultas ipſa culpabilis ſed ea male vtentium peruerſitas. Auguſt.

¶Ex hoc

EXHORTATIO AD INGENVOS ADOleſcentes, vt Dialecticæ cæterarumq; liberalium artium ſtudio, dum per ætatem licet diligenter incumbant, neq; ab honoſtis & vtiliſſimis ſtudijs vllo deterreantur labore.

PRopoſitis eruditiſſimorum virorum ſententijs, quibus Dialecticæ cæterarumq; liberaliũ artiũ dignitatẽ, vtilitatem ac neceſſitatẽ exiſtimam⁹ abũde demonſtratam, vnũ hoc ſupereſſe videbať, adoleſcentes optimi, aduerſus laborẽ qui in primo liberaliũ artiũ aggreſſu maxime autẽ in ipſo Dialectices prio limine ſeſe offerre & oſtentare ſolet, infirmos veſtros & laboris impatientis animos cõfirmare, pauidaq; pectora breui exhortatiuncula conſolari: ne forte labore aut difficultate principiorũ deterriti, a capeſſendis bonarum artiũ ſtudijs, quibus hac ſane ætate nihil vobis proponi poſſit vtilius, vlla ratione deſiſtatis. Principio enĩ illud vobis certiſſime perſuaſum eſſe debet, qđ apud Platonem Socrates de huiuſmodi ſtudijs loquens ait, eũ qui Philoſophiæ ſactis ſit initiandus, ad labores ſuſcipiendos nequaq̃ claudũ eſſe debere ita vt eos partim quidem adeat, partim recuſet, ſed magno & inuicto animo ad ſuperandum quicquid in eis occurrere poſſit laboris paratũ ſeſe offerre, & infatigabilẽ. Verũ exaduerſo laborẽ iſtũ conſolatur & lenit moleſtiã: primũ quidẽ illud quod in omni opere vſu venire docet ex periẽtia, vt peculiarẽ difficultatẽ habeat aggreſſus, progreſſus vero rẽ faciat leuiorẽ. Cui ſentẽtiæ apud Platonẽ Socrates aſtipulatur dicens omnis operis maximũ quid eſſe principium, præſertim inueni cuiq; & tenero. Vt non immerito cecinerit Poeta, dimidiũ facti habere eum, qui bene

Socrates apud Platonẽ.

qui bene cœperit. Deinde & hoc peculiare habet Dialecticæ ſtudiū,quod progreſſus non ſolū leuiorem reddat laborē, verumetiā ſuauitatē magnā adferat:adeo vt ſtatim poſt prima limina tranſita,ſingularis quædā ſentiri incipiat in diſcēdo voluptas interiorq; ſuauitas:quę animū laboris moleſtia grauatum , ſua blandicie demulcet ſibiq; reſtituit atq; ad vlteriorē progreſſum inuitat:ita vt iam vltro in pœnitiora currere geſtiat,qui pauloante vix ad ſubeunda prima limina,vel improbis hortatibus potuit impelli.Adeoq; tēporis ſucceſſu, & ſtudij profectu illa increſcit ſuauitas, vt etiā periculi nōnihil ab ea immineat,ſi non modū(qui in omnibus rebus,iuxta.Poetā,eſt virtus pulcherrima)illi per rationem adhibeas.Huius rei veritatē apertiſſime teſtat Aulus Gellius,Atticarū noctium lib.16.Is eīm capite nono eius libri,vbi ex Dialectica breue libamentū(vt ipſe ait)dediſſet,quibuſdā explicatis quæ ad illius determinationē pertinent , nimirum quid ſit quod a Græcis ἀξίωμα axioma,a noſtris pronunciatū vel proloquiū eſt appellatū,quid item pronunciatū adiunctum ſiue connexū,quid coniunctū vel copulatum,quid diſiunctū,& quæ ad huiuſmodi pronūciatorum veritatē requirantur,eaq; omnia appoſite & copioſe,adhibitis ad ſingula exēplis , diſſeruiſſet (vt vel ex vno hoc loco teſtatiſſimū ſit virum illū Dialecticæ artis nequaq̄ fuiſſe imperitū) tādem caput hoc finiturus,ſuā de Dialecticæ ſtudio ſententiam protulit,quā hic ad verbum citare, quo certior eſſet fides,duximus operæpreciū.Sed hoc iam breue,inquit,ex Dialectica libamentū dediſſe non ſatis erit.Atq; illud ſolū addendū admonendūq; eſt , q̄d huius diſciplinæ ſtudiū atq; cognitio in principijs quidem tetra & aſpernabilis inſuauiſq; & inciuilis videri ſolet:ſed vbi aliquantulum proceſſeris,tū demum,& emolumentū eius in animo tuo dilucebit & ſequet quædam diſcēdi voluptas inſatiabilis:cui ſane ſi modū non feceris,periculū non mediocre erit,ne vt plæriq; alij,tu quoq; in illis Dialecticę gyris atq; meādris, tanq̄ apud ſyrenæos ſcopulos con-

Aulus Gelli. de ſtudio Dialecticæ.

ſeneſcas. Hæc ille. Quib⁹ ſane verbis quod poſſit di ci aperti⁹? aut aduerſus laborẽ & horrorẽ qui in ip- ſius Dialecticæ ſeſe oſtẽtat principijs quid proferri potuit efficati⁹. Neq; vero illa tantum, quæ in ipſo diſcẽdi exercitio ſtatim poſt principia ſeſe offert ſua uitas, moleſtiã iſtam cõſolat, verumetiã multo ma- gis fructus ille multiplex & copioſus quẽ huiuſmo di proferũt ſtudia, & quæ ex eis abũde magna pro- uenit vtilitas, ad ſuſcipiendũ tantillũ laborẽ, tædiũ- q; illud quãtulũcunq; deuorandũ, merito debet in- ducere. Et plane quod apud Cicero. 1. lib. de oratore Craſſus de iuris ciuilis cognitione ait, nobis nõ mi nori iure liceat dicere. Caſtigem⁹, inquit ille, ſegniti em hoim atq; inertiã. Nã ſi eſſet iſta cognitio iuris magna ac difficilis, tamẽ vtilitatis magnitudine de beret homines ad ſuſcipiendũ, diſcẽdi laborẽ impel- lere. Liceat & nobis hoc exẽplo, o delicati adoleſcẽ- tuli, ſi non deſidiã inertiãq; veſtrã caſtigare, certe ti- morem vanũ quo veſtrũ plærıq; a ſtudijs vtiliori- bus auocanť, blanda oratione depellere. Profecto e- nim ſi cognitio iſta Dialecticæ magna & difficilis videať, tamẽ vtilitatis magnitudine imo & neceſſi- tatis cõſyderatione, deberet vos ad ſuſcipiendũ diſ- cendi laborẽ impellere. Quã eñ ſit huius cognitio vtilis, neq; vtilis tantum, verumetiã neceſſaria ad omnẽ Diuinarũ humanarũq; rerũ cognitionem, ea quæ pauloãte ex eruditiſſimorũ hominũ libris pro tulimus, clariſſime demonſtrarunt, neq; eadẽ hic re- petere operæpreciũ fuerit. Memineritis itaq;, o ado leſcẽtes, ſi quãdo labore fatigemini, veriſſimi illius

Plato. Apophthegmatis quod Platoni frequẽs erat in ore Difficilia eſſe quæ pulchra. Ac rurſum illius quod Diogenes Laerti⁹ refert Ariſtotelẽ ſuis diſcipulť di-

Ariſto. cere ſolitũ, liberales ſciẽtias radices quidẽ habere a- maras, ſed fruct⁹ ſuaues. Sicq; cõſyderatione futuræ vtilitatis, præſentẽ laborẽ leuiter ferre aſſueſcite. Il- lud ſubinde Virgilianũ animo reuoluẽtes, atq; etiã (ſi licebit) ore hilari cantillãtes. Forſan & hæc olim meminiſſe iuuabit. O paſſi grauiora, dabit De⁹ his quoq; finẽ. Durate o iuuenes, durate & voſmet re- bus ſer-

bus ſeruate ſecundis.

QVia non omnium ingeniorum æqualis eſt captus, ſed alij plurium & maiorũ, alij paucorum & minorũ ſunt capaces, iuxta vetus illud. Non omnia poſſumus omnes, viſum eſt nobis, in ſequentib⁹ ſignorum quorundam diſtinctione, ea quę in Dialectica cognitione habentur præcipua, ab alijs quæ non ita omnib⁹ ſunt neceſſaria cognitu, ſeparare: vt pro vario captu adoleſcentũ præceptores, vel omnia, vel plura, vel pauciora creditis ſibi diſcipulis proponant atq; ediſcenda tradant. Vbicunq; igitur ſignum huiuſmodi triplex ✠ ✠ ✠ ad marginẽ cõſpexeris, ſcito, ea quæ ab illo loco habẽtur, vſq; dum ad manum indicem perueniatur, non omnibus eſſe neceſſaria, poſſeq; ab ijs qui tantũ præcipua & quaſi capita rei Dialecticæ quærũt omitti ac trãſiliri. Porro definitiones & regulas Ariſtotelicas ad verbum ex Ariſtotele Porphyrioq; deſumptas, maiori charactere deſcribi curauimus: cęteris autẽ quibus nõ eſt tanta authoritas, duplicatam huiuſmodi notulam „ ad marginem affiximus, in omnib⁹ veſtro commodo bene conſulere cupientes. Bene valere.

LIBRI SEX

DE CONSYDERATIOOE DIALecticæ per Fratrem Franciſcum Titelmannum, Haſſellenſem.

 ¶Præfa-

¶PRÆFATIO.

Dialectica conſyderatio recto ordi
ne a ſimplicioribꝰ ad compoſita
procedẽs, primum quidem circa
ſimplices voces & incompoſita
vocabula verſat̃. Quæ Dialecti-
cæ cõſyderationis pars, libris du
obꝰ (quorũ alter de quinq; gene-
ribus vniuerſalium, alter de decẽ
tractat prædicamẽtis) tradit̃. Poſt vero hanc ſimpli-
cium contemplationẽ, proximũ eſt, vt quæ priꝰ ſe-
paratim cõſyderata ſunt, in cõpletas enunciationes
atq; propoſitiones cõponantur, quibus verũ aut fal
ſum pronunciat̃: quã rem liber Tertius (qui de enũ-
ciatione inſcribit̃) expediet. Subſequit̃ deinde poſt
ſimpliciũ enunciationũ tractatũ, vt doceat̃, quõ ad
inuicẽ certis debitiſq; modis illę valeãt connecti, ſic
vt ex altera alterã ſciamus vera certaq; ratiocinati-
one inferre, atq; ex alia aliã vel aſtruere vel deſtrue-
re. Hic eñ finis eſt & præcipua vtilitas Dialecticæ
diſciplinæ. Ad hanc autẽ rem, primo neceſſe eſt cer-
tas præſcribi formas argumentationũ, ſcdm quas fi
eri debeat illatio, bonaſq; formas a malis diſtingui:
quas liber Quartꝰ (qui de quatuor erit ſpeciebus ar
gumentationũ) deſcribet. Deinde neceſſe eſt, vt lo-
ca certa deſignent̃, ex quibꝰ argumentationũ ſuma
tur materia, & ad concluſionẽ quamlibet congrua
adferant̃ argumẽta. Atq; hæc Quintus liber (cui de
locis Dialecticis erit titulus) deſignabit. Poſtremo,
aduerſus ſophiſticas captiones liber Sextus cõſtitu-
etur, in quo latens illarũ falſitas & apparentis cauſa
deceptionis manifeſtabitur. De demonſtratione au
tem librũ ſpecialem nõ faciemus, ſed quę de ea dice
re volumus, in Quarto libro, oportuno loco
conſtituentur. Nunc itaq; ad id quod pri
mum eſt propoſitum, id eſt, de quin-
q; vniuerſalium determinatio-
ne agamus.

¶CAPVT PRIMVM

¶De indiuiduo & vniuerſali in genere.

¶Illud

Illud in primis aduertendũ eſt, in vniuerſa Dialectica determinatione, principaliter fieri ſermonem de vocibus ſiue ſimplicibus ſiue cõpoſitis: nõ tamẽ de ipſis quatenus nudæ voces ſunt, ſed quaten⁹ ſignificatiuę ſunt rerũ ad quas ſignificãdas ſunt impoſitæ. Atq; hinc fit, vt frequẽter nũc de vocibus ſignificantibus, nunc de rebus ſignificatis permixtũ loquamur, & quæ de vocibus dicunt, ea ſuo quodã modo rebus etiã ſignificatis competere atq; ecõtratio. Atq; ita in ſequentibus, de indiuiduo, de genere, de ſpecie, de differentia, de proprio & accidente, nunc de rebus, nunc de vocabulis, velut permixtim ſermo habebit. Primo vero oĩm ſcire oportet, quõ indiuidua diſtingui debeãt atq; ſeparari ab vniuerſalibus. Sunt eñ indiuidua termini ſingulares, vnã tantũ rem ſingularẽ & particularẽ ſignificãtes. Vniuerſalia vero ſunt termini communiores, multas res generali & cõmuni ſignificatione deſignantes. Definitur eñ indiuiduum hoc modo.

Indiuiduũ eſt, qd' de vno ſolo pdicat. Definitio indiuidui.

¶Cui⁹ definitionis hic eſt ſenſus. Indiuiduũ eſt vocabulum, quod ex ſuę ſignificationis quã habet proprietate, nõ poteſt de pluribus rebus diuiſim prædicari: idq; vniuocẽ, id eſt, ſecundũ vnam eandemq; ſignificationẽ. Exempli gratia, Ioannes indiuiduũ eſt, quoniã non niſi de vno poteſt ſecundũ vnam ſignificationẽ prædicari, dicendo, Hic homo eſt Ioãnes. Quod ſi aliũ quẽlibet ab hoc demonſtrato deſignaueris, dicens, Etiã iſte Ioannes eſt, hoc manifeſtũ eſt non ſecundũ eandem, ſed ſecundũ variatã ſignificationem ſic dici. Indiuiduũ enim ex ſuæ ſignificationis natura, ſecundũ vnã ſignificationẽ, non niſi vnã rem ſingularẽ poteſt ſignificare: ac proinde ſecũdũ vnam ſignificationẽ nõ poteſt niſi de re vna ſingulari prædicari. Dicitur autẽ indiuiduũ ſecundũ hãc rationẽ (iuxta interpretationẽ nominis) quod ita ſit ſingulare, vt diuidi non poſſit in plura particularia de quibus poſſit prædicari. ¶Per contrariũ vero vniuerſale definitur, hoc modo.

Definitio vniuerſalis.

Vniuerſale eſt, qđ pđicat de pluribꝰ.

¶ Quā definitionē, ſic intellige. Vniuerſale eſt vocabulū eiuſmodi, quod ſcđm generalitatē ſuæ ſignificationis quā habet, de pluribꝰ diuerſis rebꝰ poteſt diuiſim ſiue in diuerſis propoſitionibꝰ prædicari, id eſt vniuoce.i.in eadem ſignificatione. Verbi gratia, homo, vniuerſale eſt·qm̄ & de Petro prædicat, dicēdo. Petrus eſt homo, & ſimiliter de Paulo, Iacobo, ac cæteris ōnibꝰ particularibꝰ hominibꝰ ſigillatim poteſt prædicari. In his autē omnibꝰ, vocabulū homo, eandē ſemper habet ſignificationē, de quocunqꝫ indiuiduo prædicet. Vna em̄ eadēqꝫ ſignificatione, vox homo vniuerſos homines particulares in humana natura cōmunicātes ſignificat. Neqꝫ aliam habet ſignificationē cū dico: Ioānes eſt homo, q̄ cū dico: Petrꝰ eſt homo. Vtrobiqꝫ em̄ generaliter oēs homines particulares ſub generalitate ſignificat. ¶ Vocatur autē vniuerſale alio nomine prædicabile. Secundū rem em̄ illa cōuertunt, quoniā quicquid eſt vniuerſale, eſt & prædicabile, & ecōuerſo. Diuerſa tamē ratione aliquid dicitur vniuerſale & prædicabile. Vniuerſale em̄ dicitur, quatenus rem vniuerſalem ſiue generalē & communē atqꝫ participabilem multis principaliter ſignificat. Vt (verbi gratia) homo principaliter & primario ſignificat humanā naturā, in qua conueniunt, & cōmunicāt, quamqꝫ participant ōnes particulares homines. Sic animal naturam animalē cōmunē omnibus animātibus. Atqꝫ has vocāt naturas communes atqꝫ vniuerſales. De quibus a nonnullis ſolēt plurimæ & difficillimę in ipſo Dialecticæ determinationis ingreſſu moueri quæſtiones, quæ tamē quoniā ad Methaphyſicā potius ſpectant nequaquā huic loco inſerenda arbitramur. Sunt em̄ ſuis locis dicenda tractandaqꝫ ſingula, vt non ſub onere ſuccūbant recentia atqꝫ tenella diſcipulorū ingenia, & hoc maxime prouidendum eſt liberalium diſciplinarū tractatoribus, iis potiſſimum quibus mollis ætas ac tenera eſt inſtituenda, ne rerum ſublimiū ac puerilis tenuitatis captū longe ſupe

ge ſuperantiū nimia difficultate in ipſis ſtatim fori-
bus propoſita, animū deſpondeant tanti laboris im
patientes adoleſcentuli. Prædicabile vero dicit̃ qua
tenus de pluribus poteſt propter ſignificationis ſuæ
generalitatem prædicari. Quod autẽ terminus qui-
libet poſſit de pluribus prædicari inde habet, quia
vniuerſalẽ aliquam & multis comunem vel cõmu-
nicabilem naturam ſignificatcum qua ſimul & om
nia indiuidua vel inferiora in illa natura communi
cantia, velut ſecundaria ſignificatione, includit. At-
q; ob hanc cauſam videtur prędicabile ſic conſequi
ad vniuerſale, quomodo riſibile conſequitur ad ho-
minem, ſicut proprium ad ſubiectum, de quibus la-
tius in ſequentibus vbi de proprio agetur.

CAPVT SECVNDVM

De quadruplici indiuiduo, & primum de indiuiduo determinato.

SVnt autem indiuidua quędã quæ vocant̃ deter
minata, vocabula ſcilicet ad ſignificandũ deter
minatam & certã rẽ ſingularẽ ex arbitrio impo
nentiũ inſtituta. Atq; hæc potiſſimũ inueniunt̃
in angelis, tã bonis quã malis, & in hominibus, atq;
etiã in nõnullis animalib⁹ domeſticis In angelis vt
Michael, Gabriel, Raphael, Beelzebub, Aſmodeus,
Lucifer. In hominib⁹, vt Adã, Noe, Abrahã, Dauid
Petrus, Paul⁹, Eua, Sara, Noemi, Maria, Catherina.
In domeſticis animãtibus, patet ex appellationibus
equorum, vaccarũ, canũ & ſimiliũ, quibus pro ſuo ar-
bitrio domini nomina imponũt, ad quæ ita etiã aſ-
ſuefaciunt animalia, vt mox ad auditũ ſui nominis
accurrãt, id quod experiẽtia notũ facit Habẽt quoq;
fluuij & montes ſua nomina, & præter vrbes, pro-
uincias, ac regiones, etiã loco alia quouis modo in
ſignia. Nomina fluuiorũ ſunt, Moſa, Dilia, Timera
Schalda, Sequana. Nomina montiũ, vt Sinai. Tha-
bor, Hermon, Monſpeſſulanus, Monſroſelanus, &
ſimilia. In his autẽ determinatis indiuiduis hoc
eſt diligenter aduertendũ quod plærumq; ſecundũ
vim ſuę originis & radicẽ ſuę ſignificationis cõmu
nia & vniuerſalia ſunt. Quemadmodũ (exẽpli grã)

Indiuiduũ determinatum.

Adam ſi reſpiciamus ad originalẽ hebrææ vocis ſignificationẽ commune nomẽ eſt terrenũ ſignificans, ſiue eũ qui de terra factus eſt. Cui ſignificationi alludens beatus Apoſtolus, & Adã veterẽ cum Chri-
1.Cor.15. ſto nouo Adã conferens, ait. Primus homo, de terra terren⁹, ſcdm̃ quem reſpectũ omnes homines recte Adã dici poſſunt, idq; prorſus vniuoce Omnes em̃
Gene.3. de terra nati, terreni ſum⁹, iuxta illã vniuerſo generi humano definitã firmatãq; ſententiã. Terra es, & in terrã reuerteris. ❡Sic Abrahã ſecundũ partiũ ſignificationẽ, patrem gentiũ ſignificat, eo quod Dominus voluit Abrahã fieri patrẽ multarũ gentium iuxta illud Geneſis. Patrẽ multarũ gentiũ poſui te.
Gene.17 Hæc autẽ ſignificatio, etiam Apoſtolorũ cuilibet recte cõpetit, & iure ſingulos eorũ vocare poterimus Abrahã, quoniã patres ſunt ſecundũ ſpiritũ multarum gentium, & principes populorũ, quos Chro genuerunt per Euangeliũ. De quibus & in Pſal. dicit Principes populorũ congregati ſunt cũ Deo Abraham. &c. ❡Sic Petrus dictus eſt a petra, propter firmitatem fidei, dicẽte ad illum Dño, Ego dico t.bi quia tu es Petrus, & ſuper hanc petrã ædificabo Eccleſiam meã. Atq; hoc pacto petri ſumus, quicunq; ſupra petrã dominũ in firma fidei cõfeſſione fundati ſumus. ❡Hæc ergo omnia ex vi quidẽ ſuæ originalis ſignificationis cõmunia ſunt vocabula ſunt tamen ad determinate ſignificandũ ſingulares perſonas impoſita: atq; ideo, donec vt indiuidua accipiuntur, non niſi vnã rem determinate & particulariter ſignificant, vna ſignificatione, Cum vero ſecũdum illam ſuæ originis ſignificationẽ accipiuntur non iam indiuidua, ſed vniuerſalia ſunt.

CAPVT TERTIVM.

❡De indiuiduo ex demonſtratione

Indi- uiduũ ex de- mon- ſtratis

„ Alia vero ſunt indiuidua ex demonſtratiõe „ cũ videlicet terminũ cõmunẽ cũ pronomi„ ne demõſtratiuo ſumimus, ad vnũ aliquid „ particulare deſignandũ. Velut cũ dicimus, „ hic homo, illa arbor, iſtud aurũ, ego debilis, tu for„ tis. Et interdũ quidẽ terminus ſic apertè exprimitr, interdũ

interdũ vero ſubintelligiť.Atq; id rurſum vel propter contemptũ,quemadmodũ accuſantes Chriſtũ Iudæi dicebãt,Hunc inuenim⁹ ſubuertentẽ gentem noſtrã. Vel propter honoris æſtimationẽ. Vt cum dicerẽt populi eundẽ pauloante magnificãtes. Hic eſt Ieſus propheta a Nazareth Galilææ, Interdũ vero tantũ propter claritatẽ ſententiæ,eo quod ex natura pronominis ſatis conſtet quid ſubintelligitur, abſq; vlla expreſſione:queãdmodũ fere ſemper euenit in pronominib⁹ ego & tu.Hæc eñ ex ipſa pronunciatione monſtrãt id de quo fit ſermo.Ego eñ loquentẽ reſpicit,tu vero illũ ad quẽ dirigiť ſermo. Vt ego dixi, tu dixiſti, nos vidimus, Vos audiſtis. &c. ¶Illud vero de his indiuiduis notandũ eſt, non poſſe fieri(quod & de determinatis prius diximus)vt in vna ſignificatione plura atq; diuerſa ſimul ſignificent.Cũ eñ pronominis demonſtratiui ſignificatio ſit ipſa eius demonſtratio, manifeſtũ eſt toties variari ſignificationẽ,quoties variať demonſtratio.Vnde conſequitur ſicut plura diuerſa ſimul nõ poſſunt vna demõſtratione demõſtrari, ita neq; vna ſignificatione poſſe plura diuerſa ſignificari, ¶Notandũ eſt inſuper,non omnia indifferenter demonſtratiua pronomina facere indiuidua ex demõſtratione,ſed tantũ ea quæ ſunt primitiuæ ſpeciei, Quæ eñ ab alijs primitiuis deriuata ſunt, nequaq̃ indiuidua componunt,cum terminis communibus coniunguntur.Cum enim dico,|veſtis mea domus tua.Hortus noſter,veſtrũ prædiũ communia ſunt hæc,quia de multis ſecundũ vnã eandẽq; ſignificationem prædicanť,non aũt ſingularia aut indiuidua. Si enim domos plures poſſideas,de vnaquaq; vere dixeris.Hæc dom⁹ mea eſt,idq; ſecundũ vnam eandemq; ſignificationem. ¶Huiuſmodi aũt indiuidua ex demõſtratione magis prõpta ſunt & obuia, magiſq;|vulgari vſu frequentata,q̃ indiuidua determinata.Nã in omnib⁹ generib⁹ & ſpecieb⁹ per hũc demonſtrãdi modũ deſignam⁹ particularia tã in accidentibus q̃ in ſubſtantijs & indiuiduoꝝ determinatorum locum hæc ſupplent,vbi illa defuerint. Dicimus eñ

mus em̃ iſtũ hominẽ,iſtũ aſinũ,illũ leonẽ,hunc vt ſum,hanc ſtellã,hoc metallũ,illud argentũ,hanc arborẽ,hoc cœlũ,hanc ſubſtantiã, hanc quantitatem, hanc qualitatẽ,hanc actionẽ,& ſic de õnibus prædicamentis. ¶Et eſt iſtud de natura pronominis demonſtratiui ſatis admiratione dignũ, quod tantę ſit potẽtiæ & efficacię ad conſtringendũ & contrahendum,vt tã facile,& nihil min⁹ ſingulare efficiat, additum generaliſſimo termino,quã ſi adderet̃ infimę cuilibet ſpeciei. Vt(verbi gratia) tã eſt ſingulare & indiuiduum quod dico,hæc ſubſtãtia,hæc qualitas, quã ſi dicã,hic homo,hæc albedo. Æque em̃ vtraq; nõ niſi vnum valent ſimul ſuppoſitum demonſtrare aut ſignificare.

CAPVT QVARTVM

¶De indiuiduo vago.

Indiuiduum vagũ

„ PRædictis vero adijciunt vaga quædam indiuidua:quæ ſcilicet vſurpantur ad vnum aliquid particulare ſingulariter ſignificandũ,nõ tamẽ determinant neq; determinate indicãt,neq; ex nominis impoſitione,neq; ex demõſtrandi ratione quod ſit illud ſingulare de quo fit mẽtio. Vt cũ Ariſtoteles in predicamentis , aliquẽ hominẽ, & aliquẽ equum,dicit eſſe primas(id eſt,ſingulares)ſubſtantias,manifeſtũ eſt,terminos illos res particulares ſignificare.Quia tamẽ in vago & cõfuſo hoc tantũ faciunt,non indicando certũ ſuppoſitũ.Iccirco vagũ nuncupat̃,quaſi ſignificatione indeterminatum ad quodlibet particulare ſuppoſitũ. ¶Quaſi per vagũ indiuiduũ Saluator loquebat̃,cũ mittens Petrũ & Ioannẽ ad parandũ paſcha, dicere,Ite in ciuitatẽ ad quendã,& dicite illi. Manifeſtũ eſt em̃ quod de vno particulari loquebat̃: tamen ex ipſo loquẽdi modo nõ determinat hæc loquutio,quiſnã ille eſſet.Ita fere accipere poſſumus in ſcripturis , cũ legimus,virquidã,homo quidã,quidã Paterfamilias,die quadã & huiuſmodi.Per hæc indiuidua loquimur,cũ dicimus.Sanctũ aliquẽ elige,cui⁹ patrocinijs cauſas tuas cõmendes.Amicũ aliquẽ tibi quære,cũ quo tua conſilia cõmunices.Aduoca mihi miniſtrũ aliquẽ, adiunge mihi ſocium aliquẽ,& his ſimilia.

Mat.16.

¶ His autẽ vagis indiuiduis adijcere ſolent nõnunquã determinata, ad indicandũ certum ſuppoſitum de quo fit mentio. Quemadmodũ cũ legimus. Vir quidã erat in terra Hus, nomine Iob. Itẽ, Vir quidã nomine Ananias: Legiſperitus quidã, nomine Gamaliel, Decurio quidam, nomine Ioſeph: Phariſeus quidã, Nicodemus nomine. Mulier quædã, Martha nomine. Nõnunquã alia quædã adijciunt, ex quib9 diſcerni poteſt, quod illud ſit particulare, de quo fit mentio. Quemadmodũ Actuum tertio. Vir quidã qui erat claudus ex vtero matris ſue, quẽ ponebant quotidie ante portã templi, vt peteret eleemoſynã. &c. Actũ.3. ¶ Sicut autẽ indiuiduis ex demonſtratione maximæ vtimur in rebus præſentibus & notis quas demonſtrare poſſum9, ita his vagis vtimur potiſſimum in rebus abſentibus & incognitis, cum illi cui loquimur, per demonſtrationẽ non poſſumus ſufficienter notum facere particulare ſuppoſitũ de quo loqui intendimus.

" ¶ Aliter quoq; (cũ de rebus ſit ſermo) vagũ appella-
" tur indiuiduũ, res ſingularis quæ ſub genere aliquo
" ponit, & ſub nulla determinata eius ſpecie. Queadmodum dicũt de embrione in vtero matris. i. de fœtu in vtero cõcepto, antequã formã vltimã habeat. Fœt9 eñ in vtero matris cõceptus, ſecundũ Phyſicorum opinionẽ, pri9 videt habere tantũ animã vegatatiuã, non etiã ſenſitiuã aut rationalẽ. Deinde, animam acquirit ſenſitiuã. Poſtremo, tẽporis ſucceſſu, formã acquirit vltimã, id eſt, animã rationalem. Donec ergo fœtus ille tantũ habet animã vegetatiuam, videtur vtiq; ſub genere eſſe, corpus animatũ. Sub nulla tamẽ ſpecie corporis animati videtur conſtituend9, quoniã neq; animal videtur eſſe, neq; plãta Deinde, cũ etiam ſenſitiuã nactus fuerit animam ſed nõdũ rationalẽ, videtur iam ſub genere animal cõtineri, nõ tamẽ ſub aliqua ſpecie animalis. Nõ eñ eſt homo, quia animã rationalẽ non habet. Nec brutum videt, quoniã nulli9 bruti formã aut ſpeciẽ habet. Recte igitu. hac ratione indiuiduũ iſtud vagũ dicitur, quaſi certũ in nulla ſpecie locum habens. Indiuiduũ vagum rea le.

¶ Caput

¶CAPVT QVINTVM

¶De indiuiduo ex Hypotheſi.

Indiui „ duum „ ex hy „ pothe „ ſi. „ ADdunt quoq; prædictis indiuiduũ quod ex hypotheſi.i.ex ſuppoſitione,nominant, qđ videlicet in ſe quidẽ,quantũ ex ſignificatio nis ſuæ natura,vniuerſale & cõmune eſt,fa cta tamẽ hypotheſi,& ſuppoſitione aliqua,non niſi de vno particulari prædicat. Quemadmodũ(exem pli gratia)Mariæ fili9,ex ſe quidẽ eſt terminus com munis,& generaliter ſignificat:quia tamẽ iuxta ve ritatem vt res ſe modo habet nõ niſi vni competit, quia non niſi vnus eſt Mariç filius,idcirco ſecundũ hanc ſuppoſitionẽ & hypotheſim quodãmodo in diuiduũ dicitur.Vnde & pro eodẽ accipimus, ſiue dicamus Ieſum(quod indiuiduũ determinatũ eſt) ſine peccato natũ,pro peccatorib9 mortuũ,ſiue Ma riæ filium.De eadẽ em̃ re ſingulari loquimur. ¶In hoc tamẽ eſt differentia,quod illud nomẽ eſt deter minatum a parte,digniſſimo illi homini qui Chrs dictus eſt,proprie impoſitũ,& ab angelo denuncia tum,ad ipſum Chriſtũ dñm particulariter & deter minate ſignificandũ. Nomẽ autẽ hoc Mariæ filius, quantũ,ex ſua ſignificatione cõmune eſt: & ſi habu iſſet Maria alios filios poſt Chriſtum(vt impie aſſe runt impij Eluidiani)de eiſdem vniuoce potuiſſet prædicari.Ita Abrahæ filius,indiuiduũ ex ſuppoſi tione eſſet,facta hypotheſi quod vnicus eſſet Abra hę filius ipſe videlicet Iſaac.Similiter & Bethſabeę fili9,pro Salomone facta ſimili hypotheſi, ꝙ vnicũ filium genuiſſet Salomonẽ. ¶CAP. VI.

¶De alia quadam definitione indiuidui.

PRæter definitionẽ indiuidui ſuprapoſitã, quæ vocib9 potiſſimũ cõuenit,alterã aſſignat Por phyrius,quæ ipſis rebus magis proprie vide tur applicanda,in hunc modum.

Scđa de finitio in diuidui. Indiuiduum eſt,quod conſiſtit ex ꝓ prietatibus,quarum collectio nũquã in alio erit eadem.

¶Cuius

¶Cuius definitionis hic eſt ſenſus. Indiuiduũ reale eſt ſingulare aliquid, quod ſub certis quibuſdã proprietatibus conſiſtet .i. per ſe ſubſiſtens determinatas quaſdã habet conditiones indiuiduantes vel ſingularizãtes, quæ omnes ſimul ſumptæ nunq̃ inueniri poſſunt eædẽ numero in vllo alio ſingulari.

¶In quo manifeſte differt indiuiduum ſingulare, a natura vniuerſali ſiue cõmuni: quoniã proprietates quas habet natura vniuerſalis ſiue generica, ſiue ſpecifica, eædẽ inueniunt̃ in omnibus ſpeciebus vel indiuiduis, ſub generẽ illo aut ſpecie illa cõtẽtis. Quẽadmodũ (exẽpli gratia) riſibilitas & flebilitas ac diſciplinæ ſuſceptibilitas, proprietetes ſunt ipſius naturæ humanæ: ſunt aũt eædem in omnib⁹ hominib⁹ quemaemodũ poſteri⁹ ſuo loco in tractatu de proprio declarabit̃. Secus eſt de proprietatib⁹ ſingularibus indiuiduoꝵ. Habent eñ ſingula ſuas proprietates, quas etiã conditiones indiuiduales ſiue indiuiduantes appellant. Et hæc quidẽ de indiuiduo dicta ſufficiãt. Nunc ad vniuerſalis ſpecies conſyderãdas recto ordine tranſeamus. ¶CAP VII.

¶De quinq; ſpeciebus vniuerſalis, & primum de genere.

Diuiditur autẽ vniuerſale in quinq; ſpecies, nempe in genus, ſpeciẽ, differentiam, proprium, & accicens. De quibus ſuo ordine nunc eſt ſigillatim pertractãdum. Et primum quidem de genere, quod in ſignificatione quæ Philoſophis cõmoda eſt, ſic a Porphyrio definitur.

Genus eſt, quod prædicat̃ de plurib⁹ differentibus ſpecie, in eo qđ quid eſt. Definitio gñis.

¶Quã definitionẽ ita intellige. Genus eſt vniuerſale eiuſmodi, quod ſecũdũ ſuam ſignificationem ita eſt generale & cõmune, vt vere prædicari poſſit de plurib⁹ diuerſis ſpeciebus, aut indiuiduis diuerſarꝫ ſpecierꝫ, idq; eſſentialiter & (vt ita loquamur) quidditatiue, hoc eſt, ſic vt ad interrogationẽ factam per quid reſpectu illoꝵ ſpecie differentiũ, recte & vere valeat

valeat reſponderi. Exẽpli gratia, animal, eſt genus, quoniã ita generalẽ habet ſignificationẽ, vt ſecũdũ eã prædicari poſſit de pluribꝰ diuerſis ſpeciebus ſub ſe cõtentis, dicendo. Homo eſt animal, equus itẽ eſt aĩal, ſimiliter & leo & vrſus, atq; ita in cæteris ſpeciebus, quæ ſub animali ſunt. Aut de indiuiduis diuerſarum ſpecierum dicẽdo. Petrus animal eſt, & hic leo animal eſt, & itẽ hic vrſus, atq; ita in cæteris. ¶Prædicatur autẽ de his in eo quod quid eſt, i. in prædicatione (vt ſic dicamꝰ) quidditatiua, rei quidditatẽ ſiue quid res ſit explicãte, quoniã ſi quis roget, quidnam ſit homo, vel equus, vel aſinꝰ, conuenientiſſime reſpondebit, ea eſſe animalia. Et qui hominem dicit eſſe aĩal, exprimit hõminis quidditatẽ, hoc eſt, quidnam ſit ipſe. Sic arbor genꝰ eſt pomi, piri, pruni, mori, oliuæ, & ceterarum ſpecierum ſuarum. Sic metallũ ad aurum, argentũ, cuprũ, ſtannũ, es, ferrum. ¶In hac igitur generis definitione, vniuerſale genꝰ eſt definitũ, per quod excludunt ſemel õnia indiuidua, quorum nullũ genus eſſe poteſt. Quæ aũt ſequunt ſimul coaceruata differẽtiæ locũ obtinẽt. Nã prædicari de pluribus ſpecie differentibꝰ, excludit a definitione gñis ſpeciem: quæ (vt poſteriꝰ dicet) non prædicatur de pluribus ſpecie differentibꝰ, ſed tantũ pluribꝰ differentibus numero, de indiuiduis ſub ſe cõtentis. Quod autem ſequit, in eo quod quid eſt, excludit differẽtias ꝓpria & accidẽtia quorum nullũ in eo quod quid eſt prædicat ſed tantũ in eo quod quale eſt, vt ex ſequẽtibus patebit.

¶CAPVT VIII.

¶De aliȷs duabꝰ acceptionibꝰ vocabuli genꝰ.

POnit autem Porphyrius & alias duas generis acceptiones ſiue ſignificationes, quarum priorẽ ita deſcribit.

Genus primo modo

Genus vno modo dicitur, aliquorũ quodammodo ſe habentiũ ad vnum aliquid & ad ſeinuicem, collectio.

Cuiꝰ definitionis hic eſt ſenſus. Genꝰ primo modo ſiue in prima ſignificatiõe, dicit collectio ſiue multitudo ali

tudo aliquoꝝ habētiū ſe certa quadā habitudine ad vnū aliquid tanq̄ ad vnū ipſoꝝ cōmune principiū. ſiue pductiuū, ſiue cōſeruatiuū, itē & ad ſemuicē tā quā ſimul ab codē principio pductoꝝ vel cōſeruatoꝝ, videlicet p modū quendā cognationis, hoc eſt (vt ita loq̄mur) cōſanguinitatis aut cōterrancitatis ¶ Secundū hanc ſignificationē, tota generatio ſiue populus Iudeoꝝ dicūtur genus ipſius Abrahæ, Iſa ac, & Iacob patriarchaꝝ, a quib⁹ deſcenderūt. Iſmahelitæ ōnes gen⁹ ſunt Iſmahelis, Idumæi ipſius Edom ſiue Eſau. Ammonitæ reſpectu Ammō patris ipſoꝝ. & Moabitæ reſpectu patris Moab. Itē & reſpectu Saræ, ōnes ab ea deſcendentes, ipſius genus dicuntur, ſicut reſpectu Abrahæ & Agareni ōnes. ipſius Agar ancillæ dicuntur genus. Nihil em̄ refert, vir an mulier ſit principium ad quod eſt habitudo. Nam vt vir eſt principiū productiuū, ita & mulier ille quidē actiuum, hæc paſſiuū. Simul em̄ ad generationem concurrant neceſſe eſt, vir & mulier, ¶ Inſuper & reſpectu loci dicitur genus primo modo. Eſt em̄ locus principiū conſeruatiuū, rerū quæ in ipſo naſcunt̄ natiuas quaſdā proprietates in illas influēs, & certa cōplexione diſponēs: propter quod merito principij nomē habet. Sic Ægyptios dicim⁹ genus reſpectu Ægypti. Troianos reſpectu Troiæ, Brabātos a Brabantia, Gallos a Gallia, Germanos a Germania, atq; ita in cæteris. ¶ Proprie vero non dicitur genus primo modo, niſi reſpectu principij talis quo vna collectio diſtingui poſſit ab alia, id qđ in textu ſatis aperte videtur indicare Porphyrius. Vt collectio quæ ab Abrahā deſcēdit, per ipſum ſuum hoc principiū diſtinguitur ab ōnib⁹ alijs populis & gentibus, quæ non deſcēderunt ab eodē. Item gens Troianoꝝ, per ſuæ originis locū hunc, diſtinguitur ab alijs ōnibus gentib⁹. Huiuſmodi aūt vocari poſſunt principia diſtinctiua. Vnde proprie loquēdo vniuerſitas hominū non dicetur genus ipſi⁹ Adæ aut Euę, eo qđ non ſunt principia diſtinctiua: neq; reſpectu totius mundi vel aeris dicetur genus vniuerſa hominū collectio, eo quod locus ſit com-

munis omniũ hominũ,per quẽ non diſtinguit̃ collectio a collectione. Sic neq; reſpectu Dei,vniuerſitas hominũ videtur dicenda genus: tametſi minus proprie id dici poſſet,quẽadmodũ ex Poeta in Actibus Apoſtolorũ Paulus adducit,dicẽs.Ipſius em̃(nẽpe Dei)& gen⁹ ſumus.Gen⁹ ergo cũ ſimus dei &c. ¶Secũdo autẽ modo genus dicit̃ ipſum principiũ tale multorũ deſcendentiũ ab eo, habentiũ ſe certo modo cognationis ſiue cõſanguinitatis , vel(vt ita dicã)conterraneitatis, ad inuicẽ, & ad vnum illud principiũ Definit̃ autem a Porphyrio,hoc modo.

Act.17.

Genus ſecundo modo

Altero modo dicitur genus quod eſt vniuſcuiuſq; generationis principiũ vel ab eo qui genuit,vel a loco in quo quis genitus eſt.

Quã definitionẽ ita intellige.Genus ſcđo modo dicitur principiũ alicui⁹ generationis ſiue alicui⁹ collectionis & multitudinis,quæ deſcendit ab ipſo , tãquam a principio productiuo vel conſeruatiuo.Sic Abrahã Iſaac aut Iacob dicunt̃ ſinguli genus Iſraelitici populi.Sic Rhoma Rhomanorũ eſt gen⁹ Germanorũ Germania,atq; ita in cæteris. Cuius definitionis intellectus ex priore ſatis patet. Sunt aũt genus primo modo & ſecundo modo adinuicẽ relatiua,quoniam adinuicẽ referunt̃,ſicut pater & filius. Quõ em̃ pater dicit̃ pater reſpectu filij,& ecõtrario ſic gen⁹ primo modo dicit̃ reſpectu generis ſecũdo modo,& econtrario. ¶In his autẽ duabus ſignificationib⁹ non eſt vocabuli huius vſus apud Philoſophos,ſed ad Poetas magis & Oratores ſpectat. In priore ſignificatione eius vſum inuenim⁹ apud Virgiliũ,in ipſo ſuæ Eneidis exordio,.de Troiano Enea ita loquentẽ.Inferretq; Deos latio genus vnde latinũ.Quod Serui⁹ Virgilij Cõmentator interpretatur;, a loco non a perſona .i. a Latio non ab Enea,genus dici latinũ.Vel aliter ,ab Eneo qui antiquum

quum Latinorū nomē reliquit,& ſuis dedit,qđ mutare potuiſſet,& a ſeEnęadas nominare.Qua appellatione Dido Troianos appellat,ita eos alloquens. Quis gen⁹ Enęadū,aut quis Troiæ neſciat vrbem? In eadē fere ſignificatione vocabulo hoc vtitur,in oratione Neptuni,quē introducit vētis ita loquentem.Tanta ne vos generis tenuit fiducia veſtri?Videlicet ſignificare volēs(iuxta Seruiū atq; Donatū) vētos gen⁹ eſſe gigantū,qui Diis bellū inferre moliti ſunt,atq; ab eis eſſe natos(iuxta Poetarū figmentum)ex Aſtreo videlicet vno de Titanib⁹ & aurora,vt videant hanc audaciā habere ex paterna hęreditate.Similis eſt ſignificatio cū a Troianis Didoni dicit.Parce pio generi,& propius res aſpice noſtras Se quippe piū gen⁹ appellāt,quod a piis parentibus deſcēderint.In ſcđa autē ſignificatione,hoc vocabulo vtit maxim⁹ ille Ilioneus.pro Enæa Troiano,& pe eo apud Latinū regē loquens,in hæc verba. Ab Ioue principiū generis,Ioue Dardana pubes. Gaudet auo rex ipſe Iouis de gente ſuprema Troius Enęas, tua nos ad littora miſit. Videlicet ſignificare volēs.Enæā habere principiū ac gen⁹ ſuū,ipſum ſūmum Iouē per matrē Venerem,ex qua dicit ab Anchiſe patre genit⁹.Et alibi ipſe Enæas loquit, dicēs. Italiā quæro patriā & gen⁹ ab Ioue ſummo. Italiā ſignificās ſuū eſſe gen⁹,& patriā ex parte aui ſui Iouis.Apud Philoſophos vero(vt ſupra diximus)harum ſignificationū nullus eſt vſus,ſed tantū illi⁹ in qua primo loco genus eſt a nobis definitum.

¶CAPVT NONVM. ¶De ſpecie.

INter quinq; prædicabilia,ſcđm iure obtinet locum ſpecies,propterea quod cū genere plus cæteris cōueniat.Idē em̄ eſt vtriſq; prædicandi modus.Nā & gen⁹ & ſpecies ſimiliter prædicant in eo quod quid eſt.Queádmodū autē duas poſuim⁹ generis acceptiones ſcđm quás nō eſt in vſu Philoſophis,ſic & ſpeciei vnam aſſignat Porphyri⁹ acceptionem quæ non eſt vſui Dialecticis.Sic em̄ ait.

Species dicitur vniuſcuiuſq; forma.

❡Scd̄m hanc ſignificationē dicimus.Priami ſpeciē
dignā eſſe imperio.Dicim⁹ itē ſcd̄m hanc ſignifica
tionem,mulierē eſſe honeſta & liberali vel inhone
ſta & illiberali ſpecie,venuſta quo \ & inuenuſta,
decora & indecora ſpecie.Vnde & ſpecioſos homi
nes dicim⁹ quos alio noīe æquiualēti formoſos vo
camus.❡Scd̄m aliam autē acceptionē,quæ vſui eſt
Dialecticis definit̄ ſpecies a Porphy.in hūc modū.

Species prædicabilis.

**Species eſt,qđ p̄dicat̄ de plurib⁹ diffe
rētibus numero in eo quod quid eſt.**

❡Hoc eſt,vniuerſale eiuſmoni,quod ſcd̄m ſuā ſig
nificationē(quā habet ſtrictā quidē & anguſtā, licet
non ōnino vt indiuidua ſingulare)tā eſt ſpeciale, vt
poſſit tantū de diuerſis indiuiduis eiuſdē ſpeciei ve
re prædicari,nō etiam de diuerſis ſpecieb⁹ aut diuer
ſarum ſpecierū indiuiduis:id ꝑ eſſentialiter & quid
ditatiue,ad interrogationem.ſ.factā per quid. Verbi
gratia,homo ſpecies eſt reſpectu ſubiectorū ſibi in
diuiduorū,quoniā de ſuis indiuiduis prædicat̄. Pe
tro videlicet Paulo,Ioanne , & cæteris particulari
bus indiuiduis.Et de his quidē in eo quod quid eſt
prædicat̄,quoniā roganti quid ſit Petrus aut Augu
ſtinus,mox aptiſſima reſpōſione dicetur, homo eſt.
Eſt eñ ſpecies ſuorū indiuiduorū quidditas,ſicut
gen⁹ quidditas eſt ſuarū ſpecierū. Et ſicut ad inter
rogationē de ſpecie factā per interrogatiuum ſignū
quid cōmode adhibetur reſponſio generis de ſpecie
(quēadmodum præcedenti capitulo dictum eſt)ita
ad interrogationē de indiuiduo ſub eodem ſigno fa
ctam.adhibenda eſt reſponſio ſpeciei & proxima &
promptiſſima.Prædicatur itaq; homo de pluribus
differentibus numero,in eo quod quid eſt. Verum
tam anguſtæ ſignificationis eſt,vt nō niſi de differē
tibus numero hoc modo prædicari poſſit,nō etiam
de multis differentibus ſpecie, id eſt,diuerſis ſpecie
bus aut de indiuiduis diuerſarū ſpecierū . Neq; enī
vlla ſpecies inferior ſub homine eſt , de qua poſſit
prædicari,neq; vlla alia indiuidua niſi particulares
homi

hominesqui omnes vnius eiuſdẽq; ſpeciei ſunt,nẽpe humanæ & ſolo numero differunt. ¶Ex qua declaratione patet,ꝙ definitio prędicta ſecundũ excluſionem debeat intelligi,hoc modo. Species eſt vniuerſale,quod ſolũ de numero differentib⁹ prædicatur,in eo quod quid eſt. Alioquin & genera de indiuiduis eiuſdẽ ſpeciei(quæ numero differunt)prædicãtur in quid,vt animal de Petro & Paulo. Sed nõ de his tantum differentibus numero prædicaẽ, verum etiam de differentibus ſpecie, vtpote homine, equo,aſino:&c.

¶CAPVT X.

¶De identitate & diuerſitate.

QVoniã autẽ iam diximus de numero & ſpecie differentibus,oportune hic conſiderandum eſt(ne in ignotis verſemur nominib⁹) quid ſibi velint iſta vocabula. Sciendũ itaq; eſt tripliciter aliqua differre. Quædam eñ ſolo numero differũt,quædam ſpecie,quædam etiam genere.

Differẽtia nũero.

¶ Numero eñ differunt, diuerſa indiuidua,ſub eadem proxima ſpecie poſita: quæ numero quidem differre dicuntur,propter diuerſitatẽ indiuidualem quæ numerũ conſtituit. Solum autẽ numero differũt,quia maior differentia quã numeralis inter illa quæ ſub eadem ſpecie ſpecialiſſima poſita ſunt, non poteſt reperiri. In prima eñ eſſentia quæ ſuperior eſt,nẽpe natura ſpeciei, mox cõuenientia inuenitur. Omnia eñ indiuidua eiuſdem ſpeciei,ex æquo naturã ſpeciei participãt,& æqualiter communicãt in ea,multo aũt magis in natura generis. Relinquitur ergo vt ſolo numero differant.

Differẽtia ſpecie.

¶ Differunt autẽ ſpecie,quæ vel ſunt ſpecies diuerſæ,vel diuerſarum ſpecierũ indiuidua, vt equus & homo ſpecie differunt,ſimiliter leo & vrſus,pomus & pirus, aurum & argentũ,albedo & nigredo,& ita in cæteris. Rurſum hic homo,& hic equus, iſte leo, & iſte vrſus: Hæc pomus & hæc pir⁹. Huiuſmodi autẽ ſolũ ſpecie differũt,quæ in proximo genere cõmunicãt. Vt homo & equus in animali,qđ ſup ipſa eſt proximũ Aurũ & argentũ in metallo, albedo & nigredo in colore. Similiter hic homo & hic equus in proximo

gener-

Diffe- rentiæ gene- re. " genere cõmunicant, quapropter nõ niſi ſpecie differunt. ¶ Differunt vero genere, quæ vel ſunt diuerſa genera, vel ſpecies, aut indiuidua ſub diuerſis generib⁹ conſtituta, vt brutũ & arbor genere differũt quia duo ſunt diuerſa genera, equ⁹ vero & pir⁹ quoniã diuerſorũ generũ ſunt ſpecies. Deinde etiã hoc animal, & hæc arbor quia indiuidua ſunt ſub diuerſis generib⁹ poſita. Inter hæc aũt per ſe euidẽs eſt ea q̃ tertio modo differũt, maxime: q̃ primo minime, quæ vero ſcd̃o mediocriter differre. ¶ Quoniã vero (ſcd̃m vſitatiſſimã illã Ariſtotelis regulã) tot modis dicitur vnũ oppoſitorũ, quot modis & reliquũ

Nũero eadem. " poſſunt ſimiliter tres modi identitatis aſſignari. Primũ eñ dicim⁹ idẽ nũero, quãdo nec ſecũdũ numerũ inuenit differentia, vtpote cũ inueniri nõ poteſt indiuidualis diuerſitas, quæ numerũ debet cõſtituere. Sic homo quilibet heri & hodie, idẽ eſt numero, Et quęlibet res eadẽ eſt cũ ſemetipſa. Eadem eñ res quotieſcũq; ſumat vel replicet, ſcd̃m nomẽ aut cõſyderationẽ, nõ poteſt numerũ conſtituere. Oportet eñ diuerſa accipere indiuidua vt minimũ duo priuſquã conſurgat numer⁹.

Spe- cie ea- dem " ¶ Specie vero dicunt eadẽ quæ ſub eadẽ ſpecie proxima & ſpecialiſſima inueniunt poſita, Vt õnes particulares homines cũ ſeinuicẽ ſunt ſpecie idẽ, & õnes leones cũ ſeinuicem.

Gñre eadẽ. " ¶ Eadẽ vero genere ſunt, quæ ſub eodẽ genere ponuntur. Vt homo, equus, aſin⁹, leo, & horũ indiuidua, Quãto aũt gen⁹ iſtud ad quod fit ſpecierũ comparatio fuerit generali⁹ generaliſſimoq; vicini⁹, & ab vltima ſpecie remotius, tãto minor eſt huiuſmodi ſpecierũ idẽtitas. Nihil eñ dubiũ eſt, quin homo & equus ſint magis generẽ idẽ quã equus & arbor. Homo eñ & equ⁹ in animali cõueniunt, equ⁹ aũt & arbor nõ conueniũt niſi in corpore aniato, quod gen⁹ a ſpecie ſpecialiſſima eſt elõgatius & generaliſſimo primoq; generi magis appropinquat. ¶ Quẽadmodũ aute ſupradictũ eſt, illa minie differre, quæ nũero tantũ differũt, illa autẽ maxime quæ genere, ſic per oppoſitũ de idẽtitate dicendũ eſt, maximã eſſe numeralẽ, minimã genericã, ſpecificã vero medio

modo

modo ſe habentē. Nunc vero ad ſpeciei pertractatio-
nem redeamus. ❡CAPVT XI.

❡De ſpeciei varia acceptione.

Aduertendū autē eſt, vocabulū ſpeciei vario modo a Dialecticis vſurpari: & nōnunquā quidem ad ſubiecta indiuidua, alias vero ad ſuppoſita genera referri. Secundū priorē acceptionē notant ſpeciē prędicabilē, quā etiā ſupra definiuim⁹ ſolū de differētib⁹ numero prędicari. Atq; hęc eſt ſpecies ſecunda vniuerſalis. Secundū vero poſteriorem cōnſyderationē, ſubijcibilem ſpeciem appellāt, quam ita definiunt, duplici definitione.

Species eſt q̄ ſub genere ponit̄: & de qua genus in eo qđ quid eſt prędicat̄ — Species ſubijcibilis.

❡Hoc eſt vniuerſale eiuſmodi aut dictio vniuerſalis quæ ſub alio ſuperiori genere in prędicamentali ordine, aut ordinata prædicatiōe ſubijcit̄, & de qua ſuperi⁹ gen⁹ quidditatiue, ſiue in reſponſione ad interrogationē quid eſt, prædicat̄. ❡Iuxta hanc autē acceptionē non ſolū vltimæ ſpecies ac ſpecialiſſimę & quæ de ſolis numero differentibus prædicant̄, dicendæ ſunt ſpecies: verū etiā genera ōnia quæcūq; inter generaliſſimū gen⁹ & vltima ſpeciē ſunt intermedia. Nā & animal hoc modo eſt ſpecies corporis animati, & corpuſanimatū ſpecies corporis, & corpus ſubſtātiæ. Neq; vocabulū ſpeciei ſecundū hanc acceptionē haberi poteſt pro ſecūda ſpecie vniuerſalis, quonia vniuerſale reſpectū notat ad ſubiecta de quib⁹ ſecundū rectā & ordinatā prædicationē dici poteſt. Sed eſt correlatiuū generis: quēadmodū fili⁹ correlatiuū eſt patris. Sicut em̄ pater ōnis eſt pater filij, ita gen⁹ reſpectu ſubiectæ ſibi ſpeciē dicit̄ gen⁹ & viciſſim ſpecies hoc modo ſumpta, eſt alicui⁹ ſupraſtātis generis ſpecies, vt ōnis fili⁹ eſt patris ſui filius. Species autē prædicabilis, ad indiuidua referri debet. ❡CAPVT DVODECIMVM.

❡De ſpecialiſſima & ſubalterna ſpecie, itemq; de genere generaliſſimō & ſubalterno.

HAnc autē ſpeciē prædicabilē quā ſupra diximus ſolū prædicari de differētibus numero vocamus etiā ſpeciē ſpecialiſſimā, eo quod vltima ſit & infima, indiuiduiſq; proxima, & immediata. Definitur autem hoc modo.

Species ſpecialiſſima.

Specialiſſimū eſt, qđ cū ſit ſpecies, nō eſt genꝰ, vel etiā quod cū ſit ſpecies, nō diuiditur in ſpecies. Hoc eſt, qđ quidē eſt ſpecies cōparatione ad ſubiecta indiuidua, nullas tamē habet ſub ſe ſpecies quarū cōparatione queat dici genus, aut in quas poſſit diuidi, ad eū modū q̄ genus eſſentiali diuiſione ſecat̄ in ſpecies. Huiuſmodi aūt ſpecies ſpecialiſſimę ſunt oēs q̄ indiuiduis ꝓximę ſūt & ſub quibus nō eſt reperire niſi indiuidua. Sic ꝑ oppoſitū definit̄ genus ḡnaliſſimū hoc modo.

Genꝰ generaliſſimum.

Generaliſſimū genꝰ eſt, quod cum ſit genus nō eſt ſpecies, & iterū ſupra qđ non eſt aliud ſuperueniens genꝰ. Hoc eſt, qđ ita eſt ſcđm ſuā ſignificationē ḡnale & eminēs, vt ſupra oīa alia ḡna ſui ordinis vel p̄dicamēti emineat, ipſū vero nihil ſuperius ſe & ḡnalius agnoſcit in ſuo p̄dicamētali ordine cui ſubijciat̄. Exempli ḡra. Subſtātia ḡnaliſſimū genus eſt, qm̄ genus ita ḡnale & eminēs, vt ſuper oīa cōſtituat̄ quę in ordine ſunt p̄dicamēti ſui, tanq̄ oīm ſubſtantiarū genꝰ, ipſū vero in eodē ordīe nihil ſe habet ſuperius. Animal vero genus quidē eſt, ſed nō ḡnaliſſimū, quoniam ſupra ſe habet alia ḡna in eadē p̄dicamētali coordinatiōe. Habet eīm ſupra ſe corpuſanimatū corpus & ſubſtātiā altiora ḡna, quibus neceſſario ſubijcitur. Imo vero corpus taetſi genus ſit admodū ḡnale, & multo ḡnalius q̄ aīal, nequaq̄ tamē ad hoc pertingere valet vt ḡnaliſſimū genus dicat̄, qm̄ vnū habet ſupra ſe genus, nēpe ſubſtātiā cui ſupponit̄. Hæc aūt ḡnaliſſima, vocamꝰ pria atq; ſuprema ḡna, eo quod nihil ſit illis ḡnalius aut prius, quēadmodū ſpecialiſſima dicimꝰ. Vltimas ſpecies, eo qđ nullū vniuerſa

ſe ſit

le ſit ſub illis ſpecialius aut poſterius. Sola enim habẽt ſub ſe indiuidua. Quę vero ſimul gen⁹ ſũt & ſpecies hęc ſubalterna recte appellant, eo quod ſub alijs ſũt poſita gña, Dicimuſq́ huiuſmõi vel gña ſubalterna vel ſpecies ſubalternas. Quę a Porphyrio ita definiunt.

Subalterna ſunt, quorũ vnũquodq́ genus & ſpecies eſſe poteſt, ad aliud quidem, & ad aliud ſumptum. Subalterna.

Ex pdictis vero manifeſtũ eſt gñaliſſimũ ſolũ vnã habere habitudinẽ ſiue reſpectũ vnicũ ad ea q̃ inferias poſita ſunt gña & ſpecies, nẽpe habitudinẽ gñis non aũt ſpeciei. Speciẽ quoq́ ſpecialiſſimã ſimiliter habere vnicã habitudinẽ, nẽpe ſpeciei tantũ, nõ aũt gñis. Subalterna vero duplicẽ habere habitudinẽ, alterã quidẽ generis qua ſe habẽt erga ſubiectas ſpecies, & ad illas referunt, dũ illarũ dicunt genera: alteram vero ſpeciei, qua ſe habent erga ſuprapoſita genera, & quã ad illa referunt, vt dicant eorũ ſubijcibiles ſpecies. Quæ õnia in ſubiecta ordinatione ſubſtantialiũ generũ & ſpeciorũ ad oculũ patent.

Generaliſſimũ genus.

Differẽtiæ			Differentiæ
		Subſtantia	
Corporea	Genera ſubalterna.		Incorporea cõſtituit ſpiritũ.
		Corpus	
Animatũ			Inanimatũ
		Corp⁹ aïatũ	cõſtituit corpus animatum.
Senſibile		Animal.	Inſenſibile conſtituit plantã
Rationale			Irrationale
		Homo	conſtituit brutũ

Species ſpecialiſſima.
ſub qua ſola ſunt indiuidua

modo aliter ſe habere. Nõ em̃ quia modo calidꝰ ſũ qui mox fuerã frigidus, idcirco aliud ſum quã ante modicũ tẽporis fuerã. Idẽ em̃ ſum & nõ aliud priꝰ calidꝰ, & poſt frigidus. Neq; aliud eſt homo cicatricẽ habẽs, aſeipſo priꝰ illam nõ habẽte. Imo neq; homo ab equo aliud eſt, propter diuerſã figurã. Faciũt tamẽ illæ priores differẽtiæ rẽ alteratã, vel quodammodo alterã dici.i.aliter ſe habentem. Qui em̃ ante modicũ calidus, nunc factꝰ eſt frigidus. Per hoc adueniẽs frigꝰ recte alteratꝰ dicet̃ vel aliquo modo alter a ſeipſo priꝰ calido.i.aliter ſe habẽs q̃ priꝰ: differentia aũt magis propria, nõ facit rem alteram tantum aut alteratã.i.aliter ſe habentẽ, ſed etiam aliud facit, & eſſentialẽ diuerſitatẽ inter ſpeciẽ & ſpeciem conſtituit. ¶Differentia em̃ eſt, quæ genericę naturæ adueniens ipſam contrahit, & limitat ad certã ſpeciem conſtituendã. Nam genꝰ per ſe ſumptũ, indifferens eſt ad ſingulas ſpecies: quapropter ex genere non poteſt ſpecierꝫ ſubiectarꝫ ſumi diuerſitas, ſed per aduenientẽ differentiã quaſi ſtringit eius indifferentia, & ad certã ſpeciẽ componendã cogitur. Quãobrem ex differentijs iſtis ſumi debet eſſentialis ſpecierꝫ diuerſitas. Fiat aũt exemplo clarũ, quod dicimꝰ. Animal genus eſt, homini & bruto ex ęquo cõmune, neq; quantũ ad eſſe animal vlla inter hominem & brutũ differentia eſt. Tam em̃ animal eſt brutum, q̃ homo. Verum rationale accedens ad animal, ipſum contrahit & cõſtringit ad conſtituendã vna ſecum certã ſpeciem, quæ eſt homo. Similiter irrationale ex altera parte, contrahit animal, ad cõponendum cũ ipſo certã ſpeciem, quæ eſt brutũ. Nã ſpecies ſimul ex genere & differentia cõponitur & eſſentialiter cõſtituit̃, eſtq; genus cũ differentia, tota eſſentia ſpeciei. Homo em̃ eſt animal rationale, & brutũ animal irrationale. ¶Sic corporeũ adueniens ſubſtãtiæ, ipſã cõtrahit ad cõponẽdã ſpeciẽ quæ eſt corpꝰ, & ex aduerſo incorporeũ, ad cõponẽdum ſpiritũ. Rurſum differẽtia animatum, cõtrahit genꝰ corpꝰ ad cõſtituendũ corpuſanimatũ. Hęc em̃ ita ſecundum compoſitã figurã in ſignificatione ſimplici accipi

accipim⁹, propter nominū ſimplicium inopiā. Rurſum corpori animato adueniēs differentia ſenſibile vel ſenſitiuū, contrahit ipſum ad cōſtituendū anial. ex aduerſo autē inſenſitiuū, ad cōponendā plantam Poſtremo aduenies animali rationale (vt diximus) cōſtituit hominē, ex aduerſo aūt, irrationale brutū componit. ¶ Atq; hæ quæ modo numeratæ ſunt fere ſunt ōnes differētiæ quas habem⁹ cognitas, & ſuis proprijs nominib⁹ deſignatas. Et licet in alijs ſpeciebus nō habeam⁹ nomina cognita, neq; etiā ipſas differētias perſpectas, hoc tamē conſtat omnē ſpeciē quæcunq; ſub genere ponit̃ habere eſſentialē differentiā quæ ipſam ſimul cū genere eſſentialiter componit. & pars eſt eſſentiæ ei⁹. Impoſſibile eñ eſt, intelligere ſpeciē ſine differētia & ſine genere, queadmodū neq; homo viuēs eſſe poteſt ſine anima. Ratio aūt, quare tā paucas cognoſcam⁹ rerū differentias eſſentiales, eſt hebetudo noſtri intellect⁹, & noſtræ naturæ rationalis imperfectio, quæ res vt in ſe ſunt non valet cognoſcere, neq; intime eas penetrare & vt in ſeipſis ſunt intelligere, ſed circa exteriora occupatur, & ex illis rationando debet interiora quæ poteſt cognoſcere. ¶ Deus aūt qui res vt in ſe ipſis ſunt intuet̃, ſimiliter & intelligētiæ abſq; materia, cuiuſmodi ſunt beati ſpirit⁹ qui rerū eſſentias intelligunt, & ſecundū ſe cognoſcūt, optime cognitas habent & perſpectas ſingularū ſpecierū eſſentiales differentias, & eſt illis iucundiſſimū ſpectaculū, videre quō inter tā varias rerū ſpecies ſingulæ ſecundū propriam ſuā eſſentiā diuiſæ ſint atq; diſiunctæ a ſingulis, ita vt ab vna in aliam non poſſit vnquam fieri commutatio.

¶ CAPVT XV.

¶ Declaratur per analogiam, quomodo genus contrahatur per differentiā ad componendum ſpeciem

Vt autē clarius fiat quod dicimus, genus per ſpeciem contrahi, & differentiā limitare genus ad certę ſpeciei cōpoſitionē: gen⁹ ipſum materiæ cōparabimus, & differentiā formæ, ſpeciē vero toti ipſi compoſito, quod ex mater[illegible] & forma componit̃, Habet eñ gen⁹ ratienē ma[illegible]

dif

differētia ratione formæ;& ſpecies ratione cōpoſiti .i.ſimilitudinē:ſecūdū quē ſenſum dicit Porphyri9 gen9 eſſe proportionabile cū materia,& differen'iā cū forma.i.cōparabile vel aſſimilabile ¶Quemadmodū itaq; materia(vt in phyſicis pleni9 declarat) indifferens eſt ad cōpoſitionē vel hui9 vel illi9 naturalis cōpoſiti,ſic & gen9 ad cōſtitutionē hui9 vel illius ſpeciei.Et quēadmodū forma adueniēs cū materia certū compoſitū efficit(vt cū aīa rationalis in materiā aduenerit homo efficit)ſic differētia generi adueniēs ſpeciē cōponit.Et quēadmodū cōpoſitū ex corpore ſimul & aīa conſtat,ſic ſpecies ex ſuperiore genere & adueniēte differētia. ¶Clari9 quoq; hoc ipſum videm9 ad oculū in maſſa cerę,quod ex ſe fit indifferēs ad ſuſcipiendā impreſſionē ſigillarē, quācunq; attulerit adueniēs ſigillū:ſed ſigilli ſculptura impreſſa maſſæ iā ipſam conſtringit & limitat ad certę imaginis repręſentationē.Eſt aūt gen9 quō maſſa ceræ indifferēs,& differētia quō ſigillaris illa figura,determinant maſſæ indifferentiā. Patet itaq; ex prædictis,quēadmodū differētia magis propria (iuxta Porphirij dictū)facit aliud:differetię aūt priores,tātū alteratū,quapropter & noſtro propoſito nō ſunt accōmodæ,ſed tantū magis propria.

¶CAPVT XVI.

¶Differentias conducere ad diuidendum & definiendum.

OMnes vero differētiæ iſtæ magis propriæ ad duo ſunt vtiles,nēpe ad diuiſionē generis,& cōſtitutionē ſpecierū. Diuidūt eīm genus & ſpecies cōſtituunt:vnde & diuiſiuę generū vocant, & conſtitutiuę ſpecierū. Vt (verbi gratia) rationale & irrationale diuidūt animal,cōſtituunt aūt ſub ipſo ſpecies,illud quidē hominē,hoc vero brutū. Ad eundē modū ſenſibile & inſenſibile diuidūt corpus animatū ſed cōſtituunt ſub eo duas ſpecies animal & plāta atq; ita in reliquis facile eſt conſyderare. ¶Quō autē dixim9 differētias iſtas cōducere ad ſpeciei conſtitutionē,ita etiā dicimus eas ad definiendā [illegible] cōducere.Definit eīm ſpecies per gen9 & differentiam

ferentiã, quæ ſunt tota eiꝰ eſſentia. Eſt em̃ homo animal rationale: brutũ animal irrationale, aĩal, corpus animatũ ſenſibile, corpꝰ ſubſtãtia corporea: ſpiritus, incorporea ſubſtãtia, & ita in alijs. ¶ Inſuper & hoc eſt notandũ, quod generaliſſima genera differẽtias habẽt tantũ diuiſiuas, nõ autẽ conſtitutiuas ſpecies verò ſpecialiſſimæ, cõſtitutiuas habẽt, non diuiſiuas. Quæ vero intermedia ſunt ſubalterna genera differẽtias habent & diuiſiuas & cõſtitutiuas: diuiſiuas quidẽ, per quas in inferiores ſpecies diuiduntur, cõſtitutiuas aũt, ex quibꝰ cũ ſuperioribꝰ generibus eſſentialiter conſtituuntur. Generaliſſimũ em̃ cum ſit primũ genꝰ non habet cõſtitutiuã differentiã. Alioqui primũ genꝰ non eſſet, ſed oporteret aliud aliqđ genꝰ eſſe ipſo ſuperiꝰ, quod per hanc differentiã cõtraheretur, ad eius cõpoſitionẽ. Specialiſſimũ vero cum ſit vltima ſpecies, nõ poteſt habere alias diuiſiuas differẽtias. Alioqui oporteret poſt ipſam eſſe alias ſpecies inferiores, quę ex his differentijs cũ illis ſpeciebꝰ conſtituerentur. Sunt autẽ hæc plane abſurda & impoſſibilia. ¶ De intermedijs autẽ generibꝰ mõſtratum eſt, nihil ſequi incõmodi, ſi & conſtitutiuas habeãt & diuiſas differẽtias. Imo neceſſariũ ſimpliciter eſt intermedijs generibꝰ, vt vtraſq; habeãt. At tamẽ illud notandũ eſt, licet õnia intermedia habeant & diuiſiuas & cõſtitutiuas differẽtias, nõ poſſe tamẽ fieri, vt eadẽ differentia eiuſdẽ ſpeciei ſit diuiſiua, & conſtitutiua. Impoſſibile em̃ eſt, eandẽ differẽtiam eſſe huiꝰ ſpeciei cõſtitutiuã, & ſimul eiuſdem ſpeciei eſſe diuiſiuã: ſed neceſſariũ eſt, ſi huius ſit generis diuiſiua, vt inferioris ſpeciei ſit cõſtitutiua: & ſi huiꝰ ſpeciei ſit conſtitutiua, neceſſe eſt ſuperioris gñris eã eſſe diuiſiuã. Vt (verbi gratia) rationale eſt hominis conſtitutiua differẽtia, atq; iccirco eſt generis ſuperioris (nẽpe animalis diuiſiua differentia, & ſenſibile diuiſiua eſt differẽtia corporis animati, atq; iccirco eſt cõſtitutiua ſubiectæ ſpeciei. ſ. aĩalis. Neceſſe tamẽ eſt, omnẽ differentiã diuiſiuã eſſe cõſtitutiuam, & ecõtrario, verũ reſpectu diuerſorũ, nimirum diuiſiuã ſuperioris generis, & cõſtitutiuã inferioris

ſpeci.

ſpeciei. ℭ CAPVT XVII.

ℭ Specificam differentiam dici dupliciter.

SCiendũ quoq; eſt,differentiã ſpecificã dici dupliciter.Cũ em̃ ſpecifica dicaꝛ,quæ facit ſpeciẽ, ſpecies vero dicaꝛ dupliciter,videtur etiam ſpecifica differẽtia hac ratiõe dupliciter accipi. Primũ em̃ a ſpecie ſubijcibili dicitur,quæ videlicet ſpeciẽ ſubijcibilem cõſtituit ſub certo genere. Atq; ita hactenꝰ ſpecificã differentiam appellauimꝰ; eſtq; hoc modo omnis differentia magis propria,ſpecifica differẽtia neq; incõueniens, eſt eandẽ differentiã ſpecificã ſimul & genericã eſſe,etiã reſpectu eiuſdẽ,quẽadmodum idem hoc modo poteſt eſſe ſpecies & genus.

ℭ Nonnunquã tamen ſpecificã differentiã accipimꝰ ſtrictiꝰ,à ſpecie ſpecialiſſima: pro ea videlicet differentia,quæ ſpeciẽ ſpecialiſſimã conſtituit, quẽadmodum eſt rationale. Atq; ita contra genericam diſtinguitur. Non em̃ poteſt eadẽ differentia generica eſſe.i.generis conſtitutiua, & ſimul ſpecifica i.ſpeciei ſpecialiſſimæ cõſtitutiua,neq; reſpectu vniꝰ,neq; reſpectu diuerſor:. Vna em̃ differentia non poteſt niſi vnũ conſtituere,ſiue genꝰ illud ſit ſiue ſpecies:ita vt ſi conſtituat ſpecialiſſimã ſpeciẽ non poſſit conſtituere genus; & ſi genus,non poſſit talem efficere ſpeciem. ℭ CAPVT XVIII.

Ponunꝛ definitiões differẽtiæ magis ꝓpriæ.

DEfiniꝛ autẽ differẽtia iſta magis propria pluribus definitionibus.Primũ quidem ſic.

Pria deſinitio differentiæ. Differẽtia eſt,q̃ abũdat ſpecies a gñe.

ℭ Id eſt,ſecundũ quã ſpecies eſſentialiter plꝰ habet &(vt ita loquãr)ditior eſt quam ſuum genus,Nam ſpecies homo quia eſſentialiter in ſe includit rationale,vtpote partẽ ſuæ eſſentiæ, ſupra animal,ipſum vero genꝰ animal in ſe nõ eſſentialiter includit rationale(aduenit em̃ ei quaſi per accidentis modum) iccirco per eã ſpecies homo abundat,eſtq; ditior ſua genus animal. Sic animal abundat ſupra genus ſuum corpus animatũ,per differentiã ſenſibile & ita in reliquis omnibus. Quicquid em̃ habet genꝰ,habet etiã

bet etiã generis ipſi⁹ ſpecies, & vltra totum hoc habet ſpecies differentiam in ſe, vt eſſentialem ſui partem quã ſic nõ habet genus. Vnde conſequitur, per differentiam omnẽ conſtitutiuã, ſpeciem abundare præ ſuo genere. ¶ Altera definitio eſt.

Scđa definitio differentiæ.

Differentia eſt, quę diuidit ea quę ſub eodem genere poſita ſunt.

¶ Hoc eſt, quę ſpecies ſub eodẽ genere poſitas ab inuicem ſecat, diſiũgit ac ſeparat, eſſentiali diſiunctione. Atq; id quomodo fiat, in præcedentib⁹ dictũ eſt manifeſtius. Veruntamẽ hę definitiones nõ videnẽ explicare rationẽ vniuerſalis, neq; differentiã deſcribunt ſcđm rationẽ prædicabilis. Oportet ergo aliã ſubiungere, quæ differentiã recte definiat ſcđm rationem huiuſmodi, quaten⁹ videlicet tertiũ prædicabile eſt, & vniuerſalis tertia ſpecies. ¶ Ea eſt hæc.

Tertia definitio differentiæ.

Differẽtia eſt, q̃ de plurib⁹ & ſpecie differẽtib⁹, in eo qđ quale eſt prędicaẽ.

Hoc eſt, vniuerſale eiuſmodi qđ de multis ſiue ſpecie ſiue numero differentibus prædicari natũ eſt, ad interrogationem factam de re qualis ipſa ſit, qualis (inquã) eſſentialiter non accidentaliter. Quomõ eñ ſupra dictũ eſt, genus cõuenienter reſponderi ad interrogationẽ quid eſt factã de ſpecie, & item ſpeciẽ ad interrogationẽ quid eſt de indiuiduo: ſic interrogãti de indiuiduo vel de ſpecie, quale quid ſit (eſſentialiter intelligẽdo) reſponderi poteſt & debet differentia. Si eñ interrogaueris, quale anĩal ſit homo? reſpõdebitur proculdubio, rationale. Aut ſi ſimpliciter interrogetur: qualis eſt homo ſecũdum eſſentiam? reſpondebitur, rationalis eſt. ¶ Diximus aũt in definitione, de pluribus ſpecie differentibus, quoniam ſolũ datur definitio de differẽtijs genericis, niſi quis adijciat, vel numero, quod Porphyrij exemplis in veritate non repugnat. Ratio autẽ quare differentia prædicatur in eo quod quale eſt, & quare ad huiuſmodi interrogationem apte reſpondeatur,

eſt quę

eſt,quoniã(vt diximꝰ)differentia rationẽ habet formæ,& eſt eſſentialis quædã qualitas:propter quod, etiã a Philoſophis rationalitas ipſa qualitas rationalis nuncupatᷣ:ſecundũ quẽ etiã modũ,ipſam animalis naturã poſſumꝰ appellare quidditatẽ hominis. ¶Recte autẽ adiectũ eſt,in eo quod quale eſt eſſentialiter,vt excluderentᷣ a definitione,differẽtiæ communis & propria,quæ licet in quale prædicẽtur de ſuis ſubiectis,non tamẽ niſi in quale accidentaliter quemadmodum in conſequentibus declarabitur.

¶CAPVT XIX.

¶De quatuor acceptionibus proprij.

Quartam vniuerſalis ſpeciẽ aſſignant proprium,cuius etiã quatuor ponunt modos.

Propriũ primo modo. Propriũ primo modo eſt, quod accidit ſoli,alicui ſpeciei,ſed non omni.

¶Hoc eſt,quod quantũ ad aliquã ſpeciem, ſoli illi conuenit,ita vt nulli extra eã,ſed non omni tamen eius ſpeciei indiuiduo.Vt grammaticũ eſſe aut prudentem,ſoli conuenit humanæ ſpeciei, non tamen omnes homines huiuſmodi ſunt.Sic proprium eſt homini,per fidem Deũ cognoſcere,& ratione Deũ colore,veruntamen non omnes id faciunt,

Propriũ ſecundo modo. Secũdo modo propriũ dicitur,quod omni,& non ſoli accidit.

¶Hoc eſt,quod alicuius ſpeciei omnĩ quidẽ indiuiduo conuenit,attamen nõ illi ſoli ſpeciei conuenit neq; ei eſt peculiare.ſed etiã extra eam in alijs poteſt inueniri Vt homini duos habere pedes aut duos oculos.Nã hæc etiã extra humanã ſpeciẽ licet inueniri,in alijs animãtibus.Sic ſupernæ beatitudinis capacem eſſe,omni quidẽ homini cõuenit,ſed non ſoli humanæ ſpeciei.Nam & angelicę naturæ id cum homine commune eſt.

Tertio modo dicitur proprium,qđ

omni

omni,ſoli,& aliquando accidit. 3.modo.

¶Hoc eſt,quod conuenit quidē ſoli alicui ſpeciei, & inſuper ōni illius ſpeciei indiuiduo,ſed certo tantum ac definito tēpore, nō tamen ſemper. Vt caneſcere,ſoli humanæ ſpeciei cōuenit ſecundū proprietatem loquēdo,& omni homini cōuenit:ſed tantū in ſenectutis tempore,ita vt qui ad tempus illud attigerint,caneſcant. Ita & augeri conuenit omni viuenti,& ſoli viuenti,verum non ſemper ſed vſq; dū in perfectum robur & ſtaturam excreuerit,ſimiliter & diminui decreſcente robore.

Quarto autem modo proprium dicitur quod omni ſoli,& ſemper accidit. Propriū 4.modo

¶Hoc eſt,quod cōuenit alicuius ſpeciei omni indiuiduo,& ſoli illi ſpeciei,atq; etiā ſemper, nō aliquo tantū determinato tempore. Vt homini ōni,& ſoli, & ſemp cōuenit eſſe riſibilē & flebilē.i. natū ridere & flere:ſic omni homini,& ſoli,& ſemper cōuenit, per exteriorē inſtructionē eſſe ſuſceptiuū diſciplinæ Cū autē propria huiuſmodi aſſignanť, proponi debent non ſcđm actum ſed ſecundū aptitudinē. Non ēm ridere propriū eſt homini quarto modo cū non ſemper homini cōueniat actu ridere,ſed riſibile proprium eſt eius quod potentiā quandā.i.naturalē aptitudinē & propenſionem ſignificat ad ridendū. Sic non omnes homines diſciplinā ſuſcipiunt,imo quidam nec poſſe videnť:quemadmodū moriones furioſi & donec abſq; ratione ſunt pueri,idq; propter defectū vſus rationis & inſtrumentorū interiorum in diſpoſitionē,& organorum inhabilitatē. Quotquot tamē homines ſunt,ex naturali aptitudine diſciplinæ ſunt ſuſceptibiles. ¶CAPVT XX

¶Quō proprij natura fluat ex cōiunctione differentiæ cum genere.

AD intelligenda autē plenius naturā proprij, ſciendū eſt,huiuſmodi ꝑpria quarto modo ſignificare naturales quaſdam proprietates ſeu apti-

 tudines

Differentiæ genere.

genere cõmunicant, quapropter nõ niſi ſpecie differunt. ¶ Differunt vero genere, quæ vel ſunt diuerſa genera, vel ſpecies, aut indiuidua ſub diuerſis generib⁹ conſtituta, vt brutũ & arbor genere differũt quia duo ſunt diuerſa genera, equ⁹ vero & pir⁹ quoniã diuerſorꝝ generũ ſunt ſpecies. Deinde etiã hoc animal, & hæc arbor quia indiuidua ſunt ſub diuerſis generib⁹ poſita. Inter hæc aũt per ſe euidẽs eſt ea q̃ tertio modo differũt, maxime; q̃ primo minime, quæ vero ſcđo mediocriter differre.

Nũero eadem.

¶ Quoniã vero (ſcđm vſitatiſſimã illã Ariſtotelis regulã) tot modis dicitur vnũ oppoſitorũ, quot modis & reliquũ poſſunt ſimiliter tres modi identitatis aſſignari. Primũ em̃ dicim⁹ idẽ nũero, quãdo nec ſecũdũ numerũ inuenit differentia, vtpote cũ inueniri nõ poteſt indiuidualis diuerſitas, quæ numerꝝ debet cõſtituere Sic homo quilibet heri & hodie, idẽ eſt numero, Et quęlibet res eadẽ eſt cũ ſemetipſa. Eadem em̃ res quotieſcũq; ſumat vel replicet, ſcđm nomẽ aut cõſyderationẽ, nõ poteſt numerꝝ conſtituere. Oportet em̃ diuerſa accipere indiuidua vt minimũ duo priuſquã conſurgat numer⁹.

Specie eadem

¶ Specie vero dicunt eadẽ quæ ſub eadẽ ſpecie proxima & ſpecialiſſima inueniunt poſita, Vt õnes particulares homines cũ ſeinuicẽ ſunt ſpecie idẽ, & õnes leones cũ ſeinuicem.

Gñre eadẽ.

¶ Eadẽ vero genere ſunt, quæ ſub eodẽ genere ponuntur. Vt homo, equus, aſin⁹, leo, & horũ indiuidua, Quãto aũt gen⁹ iſtud ad quod fit ſpecierꝝ comparatio fuerit generali⁹ generaliſſimóq; vicini⁹, & ab vltima ſpecie remotius, tãto minor eſt huiuſmodi ſpecierũ idẽtitas. Nihil em̃ dubiũ eſt, quin homo & equus ſint magis genere idẽ quã equus & arbor. Homo em̃ & equ⁹ in animali cõueniunt, equ⁹ aũt & arbor nõ conueniũt niſi in corpore aĩato, quod gen⁹ a ſpecie ſpecialiſſima eſt elõgatius & generaliſſimo primoq; generi magis appropinquat. ¶ Quẽadmodũ autẽ ſupradictũ eſt, illa minie differre, quæ nũero tantũ differũt, illa autẽ maxime quæ genere, ſic per oppoſitũ de idẽtitate dicendũ eſt, maximã eſſe numeralẽ, minimã genericã, ſpecificã vero medio

modo

modo ſe habentē. Nunc vero ad ſpeciei pertractationem redeamus. ¶CAPVT XI.

¶De ſpeciei varia acceptione.

Aduertendū autē eſt, vocabulū ſpeciei vario modo a Dialecticis vſurpari; & nōnunquā quidem ad ſubiecta indiuidua, alias vero ad ſuppoſita genera referri. Secundū priorē acceptionē noiant ſpeciē prędicabilē, quā etiā ſupra definiuim⁹ ſolū de differentib⁹ numero prędicari. Atq; hęc eſt ſpecies ſecunda vniuerſalis. Secundū vero poſteriorem cõſyderationē, ſubijcibilem ſpeciem appellāt, quam ita definiunt, duplici definitione.

Species eſt q̄ ſub genere ponit: & de qua genus in eo qđ quid eſt prędicat. Species ſubijcibilis.

¶Hoc eſt vniuerſale eiuſmodi aut dictio vniuerſalis quæ ſub alio ſuperiori genere in prędicamentali ordine, aut ordinata prædicatiōe ſubijcit, & de qua ſuperi⁹ gen⁹ quidditatiue, ſiue in reſponſione ad interrogationē quid eſt, prædicat. ¶Iuxta hanc autē acceptionē non ſolū vltimæ ſpecies ac ſpecialiſſime & quæ de ſolis numero differentibus prædicant, dicendæ ſunt ſpecies; verū etiā genera ōnia quæcūq; inter generaliſſimū gen⁹ & vltima ſpeciē ſunt intermedia. Nā & animal hoc modo eſt ſpecies corporis animati, & corpuſanimatū ſpecies corporis, & corpus ſubſtātiæ. Neq; vocabulū ſpecies ſecundū hanc acceptionē haberi poteſt pro ſecūda ſpecie vniuerſalis, quoniā vniuerſale reſpectū notat ad ſubiecta de quib⁹ ſecundū rectā & ordinatā prædicationē dici poteſt. Sed eſt correlatiuū generis: quēadmodū fili⁹ correlatiuū eſt patris. Sicut em pater ōnis eſt pater filij, ita gen⁹ reſpectu ſubiectæ ſibi ſpeciei dicit gen⁹ & viciſſim ſpecies hoc modo ſumpta, eſt alicui⁹ ſuprāſtātis generis ſpecies, vt ōnis fili⁹ eſt patris ſui filius. Species autē prædicabilis, ad indiuidua referri debet. ¶CAPVT DVODECIMVM.

¶De ſpecialiſſima & ſubalterna ſpecie, itemq; de genere generaliſſimo & ſubalterno.

 ¶Hanc

Hanc autē ſpeciē prædicabilē quā ſupra diximus ſolū prædicari de differētibus numero vocamus etiā ſpeciē ſpecialiſſimā, eo quod vltima ſit & infima, indiuiduiſq; proxima, & immediata. Definitur autem hoc modo.

Species ſpecialiſſima.

Specialiſſimū eſt, qđ cū ſit ſpecies, nō eſt gen⁹, vel etiā quod cū ſit ſpecies, nō diuiditur in ſpecies. Hoc eſt, qđ quidē eſt ſpecies cōparatione ad ſubiecta indiuidua, nullas tamē habet ſub ſe ſpecies quarꝫ cōparatione queat dici genus, aut in quas poſſit diuidi, ad eū modū q̄ genus eſſentiali diuiſione ſecať in ſpecies. Huiuſmodi aūt ſpecies ſpecialiſſimę ſunt oēs q̄ indiuiduis ꝓximę ſūt & ſub quibus nō eſt reperire niſi indiuidua. Sic ꝑ oppoſitū definiť genus gn̄aliſſimū hoc modo.

Gen⁹ generaliſſimum.

Generaliſſimū gen⁹ eſt, quod cum ſit genus nō eſt ſpecies, & iternm ſupra qđ non eſt aliud ſuperueniens gen⁹. Hoc eſt, qđ ita eſt ſcđm ſuā ſignificationē gn̄ale & eminēs, vt ſupra cia alia gn̄a ſui ordinis vel p̄dicamēti emineat, ipſū vero nihil ſuperius ſe & gn̄alius agnoſcit in ſuo p̄dicamētali ordine cui ſubijciať. Exempli grā. Subſtātia gn̄aliſſimū genus eſt, qm̄ genus ita gn̄ale & eminēs, vt ſuper oīa cōſtituať quę in ordine ſunt p̄dicamēti ſui, tanq̄ oīm ſubſtantiarꝫ gen⁹, ipſū vero in eodē ordie nihil ſe habet ſuperius. Animal vero genus quidē eſt, ſed nō gn̄aliſſimū, quoniam ſupra ſe habet alia gn̄a in eadē p̄dicamētali coordinatiōe. Habet eīm ſupra ſe corpuſanimatū corpus & ſubſtātiā altiora gn̄a, quibus neceſſario ſubijcitur Imo vero corpus tāetſi genus ſit admodū gn̄ale, & multo gn̄alius q̄ aīal, nequaq̄ tamē ad hoc pertingere valet vt gn̄aliſſimū genus dicať, qm̄ vnū habet ſupra ſe genus, nēpe ſubſtātiā cui ſupponiť Hæc aūt gn̄aliſſima, vocam⁹ pria atq; ſuprema gn̄a, eo quod nihil ſit illis gn̄alius aut prius, quēadmodū ſpecialiſſima dicim⁹. Vltimas ſpecies, eo qđ nullū vniuerſa

ſe ſit

le ſit ſub illis ſpecialius aut poſterius. Sola em̃ habēt ſub ſe indiuidua. Quę v͛o ſimul geo͛ ſūt & ſpecies hęc ſubalterna recte appel ant̄, eo qđ ſub alijs ſūt poſita gn̄a, Dicimuſq; huiuſmōi vel gn̄a ſubalterna vl̄ ſpecies ſubalternas. Quę a Porphyrio ita definiunt̄.

Subalterna ſunt, quorū vnūquodq; genus & ſpecies eſſe poteſt, ad aliud quidem, & ad aliud ſumptum. Subalterna.

Ex p̄dictis vero manifeſtū eſt. gn̄aliſſimū ſolū vnū habere habitudinē ſiue reſpectū vnicū ad ea q̄ inferias poſita ſunt gn̄a & ſpecies, nēpe habitudinē gn̄is non aūt ſpeciei. Speciē quoq; ſpecialiſſimā ſimiliter habere vnicā habitudinē, nēpe ſpeciei tantū, nō aūt gn̄is. Subalterna vero duplicē habere habitudinē, alterā quidē generis qua ſe habēt erga ſubiectas ſpecies, & ad illaa referunt̄, dū illo͞r dicunt̄ genera: alteram vero ſpeciei, qua ſe habent erga ſuprapoſita genera, & qua ad illa referunt̄, vt dicant̄ eo͞r ſubijcibiles ſpecies. Quæ ōnia in ſubiecta ordinatione ſubſtantialiū genero͞r & ſpecie͞r ad oculū patent.

Generaliſſimū genus.

Differētiæ	Genera ſubalterna.	Differentiæ
	Subſtantia	
Corporea	Corpus	Incorporea conſtituit ſpiritū.
Animatū	Corp' aīatū	Inanimatū conſtituit corpus animatum.
Senſibile	Animal.	Inſenſibile conſtituit plantā
Rationale	Homo	Irrationale conſtituit brutū

Species ſpecialiſſima.

ſub qua ſola ſunt induuidua

ec

¶CAPVT DECIMVMTERTIVM.

¶De differentia.

POſtquā de genere & ſpecie breuis abſoluta eſt determinatio, ad tractatū differētiæ bono ordine nobis eſt procedēdū. Vbi primū oīm notādum eſt, differentiā eſſe triplicē, nēpe cōmunē, ꝓpriam, & magis propriā. Sic quoq; tripliciter dicit̃ alterum differre ab altero nēpe cōmuniter, proprie, & magis proprie. Quæ ita apud Porphyriū definiunt̃.

Cōmuniter differre.

Cōmuniter differre alterū ab altero dicitur, quod alteritate quadā differt quocūq; modo, vel a ſeipſo, vel ab alio

¶Quā definitionē ſic intellige. Cōmuniter illa differunt, quæ ſcd̃m ſeparabile accidens (quā Porphyrius nominat quandā alteritatē) differūt, vt homo calidus differt a frigido, Petr⁹ ſtans, a Paulo ſedēte aut ambulāte. Atq; hoc modo non ſolū ab altero, verū etiā idem a ſeipſo ſecundū diuerſa tēpora differre dicitur. Vt (exēpli gratia) Petr⁹ iā ſedens differt a ſeipſo, qui mox ambulabat, homo ꝓbe pot⁹ a ſeipſo prius ſobrio. Hæc aūt cōmunis differētia nominat̃, eo quod nō ſit ſecundū aliquā fixē inherentē rei ꝓprietatem. Secundū hunc autē modum, vt maxime frequēter, ita minime certo diſtinguere ſolēt homines & differētias ponere. Maxīe quidē frequenter, quod maxime pateant ſenſui, minime autē certo, eo quod nulla eſt inſtabilitas eius differentiæ, quæ ſecundū hæc accidentia ſumitur.

Proprie differre.

Proprie differre alterum ab altero dicitur, quod ab aliquo inſeparabili accidente differt.

¶Vt coru⁹ niger ab albo cigno proprie differt, per ſuā nigredinē. Sic differunt quoq; alter albos, alter glaucos habet oculos aut capillos. Atq; hoc modo etiā idē a ſeipſo poteſt differre, Petrus cū iam cica-

tricem

tricem firmatã habẽs, a ſeipſo differt prius illam nõ habẽte, & iã morbilloſus, a ſeipſo pri⁹ bene ſano. Dicimus aũt inſeparabile accidẽs, quod ſecundũ naturam, vel õnino nõ poteſt, vel certo nõ niſi admodũ difficulter poteſt, a ſubiecto emigrare, cui ſemel inſederit, abſq; ſubiecti ſui corruptione. Quę vero facile abſcedũt, ea ſeparabilia dicim⁹, vt calor in homine aut frig⁹ loquendo de exteriori mẽbrorũ calore aut frigore. Nã huiuſmodi calor facile emigrat, vbi in ventũ aut aerẽ frigidũ quis fuerit ingreſſus, & facile pellit̃ frigus, vbi ad ignẽ corpus admouerit. Cæterum, calor vitalis ſine quo viuere nõ poteſt homo, accidẽs ſeparabile nõ eſt. Hæc autẽ differẽtia, priore certior & firmior eſt, ac proinde recte propria in cõparatione ad priorẽ nimis cõmunẽ appellat̃. Quid aũt ſit differre magis proprie ita definit Porphyri⁹.

Magis proprie alterum ab altero differt quãdo ſpecifica differẽtia differt.

Differre magis proprie.

¶ Vt homo a bruto differt per rationalitatẽ, quam Porphyrius vocat obſcurius rationalẽ qualitatem. Specifica autẽ differẽtia dicit̃, quæ ſpeciẽ conſtituit & cõponit, queq; interſecat inter ſpecies ſub eodem genere poſitas, & ſpeciẽ a ſpecie diuidit atq; diſtinguit eſſentialiter. Loquimur aũt hic, nõ tantum de ſpecie ſpecialiſſima, ſed etiã de ſpecie ſubalterna. Eſt enĩ rationale ſpecifica differentia hoĩs, qua differt a brutis, & nihilomin⁹ ſenſitiuũ, differẽtia eſt ſpecifica animalis, qua differt a plãta inſenſitiua; animatũ, corporiſaĩati, qua nimirũ differt a corporib⁹ inanimatis. Corporeũ corporis quoq; eſt ſpecifica differẽtia, qua differt corpus a ſpiritu, qui eſt incorporeus.

¶ CAPVT XIIII.

¶ De diſtinctione huius triplicis differentiæ.

Circa has autẽ differẽtias aduertendũ eſt quod duę primę nõ faciũt aliud. i. eſſentiã & ſubſtãtiam rei nõ diſtinguũt, neq; ſpeciẽ conſtituũt aut ſpeciẽ a ſpecie eſſentialiter diſtinguũt ſed faciunt tantũ alteratũ. i. ſubiectũ ſolũ faciũt aliquo

modo aliter ſe habere. Nō eñ quia modo calid⁹ ſū qui mox fuerā frigidus, idcirco aliud ſum quā ante modicū tēporis fuerā. Idē eñ ſum & nō aliud pri⁹ calid⁹, & poſt frigidus. Neq; aliud eſt homo cicatricē habēs, a ſeipſo pri⁹ illam nō habēte. Imo neq; homo ab equo aliud eſt, propter diuerſā figurā. Faciūt tamē illæ priores differētiæ rē alteratā, vel quodammodo alterā dici. i. aliter ſe habentem. Qui eñ ante modicū calidus, nunc fact⁹ eſt frigidus. Per hoc adueniēs frig⁹ recte alterat⁹ dicet vel aliquo modo aliter a ſeipſo pri⁹ calido. i. aliter ſe habēs q̃ pri⁹: differentia aūt magis propria, nō facit rem alteram tantum aut alteratā. i. aliter ſe habentē, ſed etiam aliud facit, & eſſentialē diuerſitatē inter ſpeciē & ſpeciem conſtituit. ¶ Differentia eñ eſt, quæ generic; naturæ adueniens ipſam contrahit, & limitat ad certā ſpeciem conſtituendā. Nam gen⁹ per ſe ſumptū, indifferens eſt ad ſingulas ſpecies: quapropter ex genere non poteſt ſpecierū ſubiectarū ſumi diuerſitas, ſed per aduenientē differentiā quaſi ſtringit eius indifferentia, & ad certā ſpeciē componendā cogitur. Quaobrem ex differentijs iſtis ſumi debet eſſentialis ſpecierū diuerſitas. Fiat aūt exemplo clarū, quod dicim⁹. Animal genus eſt, homini & bruto ex equo cōmune, neq; quantū ad eſſe animal vlla inter hominem & brutū differentia eſt. Tam eñ animal eſt brutum, q̃ homo. Verum rationale accedens ad animal, ipſum contrahit & cōſtringit ad conſtituendā vna ſecum certā ſpeciem, quæ eſt homo. Similiter irrationale ex alterā parte, contrahit animal, ad cōponendum cū ipſo certā ſpeciem, quæ eſt brutū. Nā ſpecies ſimul ex genere & differentia cōponitur & eſſentialiter cōſtituit, eſtq; genus cū differentia, tota eſſentia ſpecici. Homo eñ eſt animal rationale, & brutū animal irrationale. ¶ Sic corporeū adueniens ſubſtātiæ, ipſā cōtrahit ad cōponēdā ſpeciē quæ eſt corp⁹, & ex aduerſo incorporeū, ad cōponēdum ſpiritū. Rurſum differētia animatum, cōtrahit gen⁹ corp⁹ ad cōſtituendū corpus animatū. Hæc eñ ita ſecundum compoſitā figurā in ſignificatione ſimplici accipi

accipim⁹,propter nominũ ſimplicium inopiã. Rur ſum corpori inanimato adueniẽs differentia ſenſibile vel ſenſitiuũ,contrahit ipſum ad cõſtituendũ anial. ex aduerſo autẽ inſenſitiuũ,ad cõponendã plantam Poſtremo adueniẽs animali rationale(vt diximus) cõſtituit hominẽ,ex aduerſo aũt, irrationale Brutũ componit. ¶ Atq; hæ quæ modo numeratæ ſunt fe re ſunt õnes differẽtiæ quas habem⁹ cognitas,& ſu is proprijs nominib⁹ deſignatas.Et licet in alijs ſpe ciebus nõ habeam⁹ nomina cognita,neq; etiã ipſas differẽtias perſpectas,hoc tamẽ conſtat omnẽ ſpeciẽ quæcunq; ſub genere ponit habere eſſentialẽ diffe rentiã quæ ipſam ſimul cũ genere eſſentialiter com ponit.& pars eſt eſſentiæ ei⁹.Impoſſibile eñ eſt, in telligere ſpeciẽ ſine differẽtia & ſine genere, queadmodũ neq; homo viuẽs eſſe poteſt ſine anima. Ratio aũt,quare tã paucas cognoſcam⁹ rerũ differentias eſſentiales,eſt hebetudo noſtri intellect⁹, & noſtræ naturæ rationalis imperfectio, quæ res vt in ſe ſunt non valet cognoſcere,neq; intime eas penetrare & vt in ſeipſis ſunt intelligere,ſed circa exteriora occupatur;& ex illis rationando debet interiora quæ poteſt cognoſcere. ¶ Deus aũt qui res vt in ſe ipſis ſunt intuet,ſimiliter & intelligẽtiæ abſq; materia,cuiuſmodi ſunt beati ſpirit⁹ qui rerũ eſſentias in telligunt,& ſecundũ ſe cognoſcũt,optime cognitas habent & perſpectas ſingularũ ſpecierũ eſſentiales differentias,& eſt illis iucundiſſimũ ſpectaculũ , videre quõ inter tã varias rerũ ſpecies ſingulæ ſecundũ propriam ſuã eſſentiã diuiſæ ſint atq; diſiunctæ a ſingulis,ita vt ab vna in aliam non poſſit vnquam fieri commutatio.

¶ CAPVT XV.

¶ Declaratur per analogiam,quomodo genus con trahatur per differentiã ad componendum ſpeciem

VT autẽ clarius fiat quod dicimus, genus per ſpeciem contrahi,& differentiã limitare genus ad certę ſpeciei cõpoſitionẽ:gen⁹ ipſum materiæ cõparabimus,& differentiã formæ, ſpeciẽ vero toti ipſi compoſito, quod ex materia & forma componit,Habet eñ gen⁹ rationẽ ma...

dif

differētia rationē formæ,& ſpecies rationē cōpoſiti .i.ſimilitudinē:ſecūdū quē ſenſum dicit Porphyri⁹ gen⁹ eſſe proportionabile cū materia,& differentiā cū forma.i.cōparabile vel aſſimilabile.¶Quemadmodū itaq; materia(vt in phyſicis pleni⁹ declarat) indifferens eſt ad cōpoſitionē vel hui⁹ vel illi⁹ naturalis cōpoſiti,ſic & gen⁹ ad cōſtitutionē hui⁹ vel illius ſpeciei.Et quēadmodū forma aduenīēs cū materia certū compoſitū efficit(vt cū aīa rationalis in materiā aduenerit homo efficit)ſic differētia generi aduenīēs ſpeciē cōponit.Et quēadmodū cōpoſitū ex corpore ſimul & aīa conſtat,ſic ſpecies ex ſuperiore genere & aduenīēte differētia. ¶Clari⁹ quoq; hoc ipſum videm⁹ ad oculū in maſſa cerę,quod ex ſe fit indifferēs ad ſuſcipiendā impreſſionē ſigillarē,quācunq; attulerit aduenīēs ſigillū:ſed ſigilli ſculptura impreſſa maſſæ iā ipſam conſtringit & limitat ad certę imaginis repreſentationē.Eſt aūt gen⁹ quō maſſa ceræ indifferēs,& differētia quō ſigillaris illa figura,determinanſ maſſæ indifferentiā. Patet itaq; ex prædictis,quēadmodū differētia magis propria (iuxta Porphirij dictū)facit aliud:differētię aūt priores,tātū alteratū,quapropter & noſtro propoſito nō ſunt accōmodæ,ſed tantū magis propria.

¶CAPVT XVI.

¶Differentias conducere ad diuidendum & definiendum.

OMnes vero differētiæ iſtæ magis propriæ ad duo ſunt vtiles,nēpe ad diuiſionē generꝝ,& cōſtitutionē ſpecierꝝ. Diuidūt em̄ genus & ſpecies cōſtituunt:vnde & diuiſiuę generꝝ vocanſ,& conſtitutiuę ſpecierꝝ. Vt (verbi gratia) rationale & irrationale diuidūt animal,cōſtituunt aūt ſub ipſo ſpecies,illud quidē hominē,hoc vero brutū. Ad eundē modū ſenſibile & inſenſibile diuidūt corpus animatū ſed cōſtituunt ſub eo duas ſpecies animal & plāta:atq; ita in reliquis facile eſt conſyderare. ¶Quō autē dixim⁹ differētias iſtas cōducere ad ſpecierū conſtitutionē,ita etiā dicimus eas ad definiendā cōducere.Definiſ em̄ ſpecies per gen⁹ & differentiam

ferentiã,quæ ſunt tota ei⁹ eſſentia. Eſt em̃ homo aſnimal rationale: brutũ animal irrationale,aĩal, corpuſanimatũ ſenſibile,corp⁹ ſubſtãtia corporea:ſpiritus,incorporea ſubſtãtia,& ita in alijs. ¶Inſuper & hoc eſt notandũ,quod generaliſſima genera differẽtias habẽt tantũ diuiſiuas,nõ aũtẽ conſtitutiuas ſpecies verò ſpecialiſſimæ,cõſtitutiuas habẽt,non diuiſiuas. Quæ vero intermedia ſunt ſubalterna genera differẽtias habent & diuiſiuas & cõſtitutiuas: diuiſiuas quidẽ, per quas in inferiores ſpecies diuidunt, cõſtitutiuas aũt, ex quib⁹ cũ ſuperiorib⁹ generibus eſſentialiter conſtituunt. Generaliſſimũ em̃ cum ſit primũ gen⁹ non habet cõſtitutiuã differentiã. Alioqui primũ gen⁹ non eſſet, ſed oporteret aliud aliqđ gen⁹ eſſe ipſo ſuperi⁹,quod per hanc differentiã cõtraheretur,ad eius cõpoſitionẽ. Specialiſſimũ vero cum ſit vltima ſpecies,nõ poteſt habere alias diuiſiuas differẽtias. Alioqui oporteret poſt ipſam eſſe alias ſpecies inferiores,quę ex his differentijs cũ illis ſpecieb⁹ conſtituerent. Sunt autẽ hæc plane abſurda & impoſſibilia. ¶De intermedijs autẽ generib⁹ mõſtratum eſt,nihil ſequi incõmodi,ſi & conſtitutiuas habeãt & diuiſas differẽtias. Imo neceſſariũ ſimpliciter eſt intermedijs generib⁹,vt vtraſq; habeãt. At tamẽ illud notandũ eſt, licet õnia intermedia habeant & diuiſiuas & cõſtitutiuas differẽtias, nõ poſſe tamẽ fieri,vt eadẽ differentia eiuſdẽ ſpeciei ſit diuiſiua,& conſtitutiua. Impoſſibile em̃ eſt,eandẽ differẽtiam eſſe hui⁹ ſpeciei cõſtitutiuã, & ſimul eiuſdem ſpeciei eſſe diuiſiuã:ſed neceſſariũ eſt,ſi huius ſit generis diuiſiua,vt inferioris ſpeciei ſit cõſtitutiua:& ſi hui⁹ ſpeciei ſit conſtitutiua,neceſſe eſt ſuperioris gñris eã eſſe diuiſiuã. Vt (verbi gratia) rationale eſt hominis conſtitutiua differẽtia,atq; iccirco eſt generis ſuperioris (nẽpe animalis diuiſiua differentia,& ſenſibile diuiſiua eſt differẽtia corporiſanimati, atq; iccirco eſt cõſtitutiua ſubiectæ ſpeciei.ſ.aĩalis. Neceſſe tamẽ eſt,omnẽ differentiã diuiſiuã eſſe cõſtitutiuam,& ecõtrario,verũ reſpectu diuerſorũ,nimirum diuiſiuã ſuperioris generis,& cõſtitutiuã inferioris

ſpeci-

ſpeciei. ℭ CAPVT XVII.

ℭ Specificam differentiam dici dupliciter.

SCiendū quoq; eſt, differentiā ſpecificā dici dupli citer. Cū enī ſpecifica dicaẗ, quæ facit ſpecie, ſpecies vero dicaẗ dupliciter, videtur etiam ſpecifica differētia hac ratiōe dupliciter accipi. Primū enī a ſpecie ſubijcibili dicitur, quæ videlicet ſpeciē ſubijcibilem cōſtituit ſub certo genere. Atq; ita hactenꝰ ſpecificā differentiam appellauimꝰ: eſtq; hoc modo omnis differentia magis propria, ſpecifica differētia neq; incōueniens, eſt eandē differentiā ſpecificā ſimul & genericā eſſe, etiā reſpectu eiuſdē, queadmodum idem hoc modo poteſt eſſe ſpecies & genus.

ℭ Nonnunquā tamen ſpecificā differentiā accipimꝰ ſtrictiꝰ, à ſpecie ſpecialiſſima: pro ea videlicet differentia, quæ ſpeciē ſpecialiſſimā conſtituit, queadmodum eſt rationale. Atq; ita contra genericam diſtinguitur. Non enī poteſt eadē differentia generica eſſe. i. generis conſtitutiua, & ſimul ſpecifica i. ſpeciei ſpecialiſſimæ cōſtitutiua, neq; reſpectu vniꝰ, neq; reſpectu diuerſorꝫ. Vna enī differentia non poteſt niſi vnū conſtituere, ſiue genꝰ illud ſit ſiue ſpecies: ita vt ſi conſtituat ſpecialiſſimā ſpeciē non poſſit conſtituere genus; & ſi genus, non poſſit talem efficere ſpeciem. ℭ CAPVT XVIII.

DPonunẗ definitiōes differētiæ magis ꝓpriæ. Efiniẗ autē differētia iſta magis propria pluribus definitionibus. Primū quidem ſic.

Pria defitio differentiæ. Differētia eſt, q̄ abūdat ſpecies a gn̄e. ℭ Id eſt, ſecundū quā ſpecies eſſentialiter plꝰ habet & (vt ita loquar) ditior eſt quam ſuum genus, Nam ſpecies homo quia eſſentialiter in ſe includit rationale, vtpote partē ſuæ eſſentiæ, ſupra animal, ipſum vero genꝰ animal in ſe nō eſſentialiter includit rationale (aduenit enī ei quaſi per accidentis modum) iccirco per eā ſpecies homo abundat, eſtq; ditior ſupra genus animal. Sic animal abundat ſupra genus um corpus animatū, per differentiā ſenſibile: & ita reliquis omnibus. Quicquid enī habet genꝰ, habet etiā

bet etiã generis ipſi⁹ ſpecies,& vltra totum hoc ha-
bet ſpecies differentiam in ſe,vt eſſentialem ſui par
tem quã ſic nõ habet genus.Vnde conſequitur,per
differentiam omnẽ conſtitutiuã, ſpeciem abundare
præ ſuo genere. ¶Altera definitio eſt.

Scda definitio differentiæ.

Differentia eſt,quę diuidit ea quę ſub eodem genere poſita ſunt.

¶Hoc eſt,quę ſpecies ſub eodẽ genere poſitas ab in
uicem ſecat,diſiugit ac ſeparat,eſſentiali diſiunctio-
ne.Atq; id quomodo fiat,in præcedentib⁹ dictũ eſt
manifeſtius .Veruntamẽ hę definitiones nõ videntẽ
explicare rationẽ vniuerſalis,neq; differentiã deſcri
bunt ſcdm rationẽ prædicabilis. Oportet ergo aliã
ſubiungere,quæ differentiã recte definiat ſcdm rati-
onem huiuſmodi,quaten⁹ videlicet tertiũ prædica
bile eſt,& vniuerſalis tertia ſpecies. ¶Ea eſt hæc.

Tertia definitio differentiæ.

Differẽtia eſt, q̃ de plurib⁹ & ſpecie differẽtib⁹,in eo qđ quale eſt prædicat

Hoc eſt,vniuerſale eiuſmodi qđ de multis ſiue ſpe-
cie ſiue numero differentibus prædicari natũ eſt,ad
interrogationem factam de re qualis ipſa ſit,qualis
(inquã)eſſentialiter non accidentaliter.Quomõ eñ
ſupra dictũ eſt,genus cõuenienter reſponderi ad in-
terrogationẽ quid eſt factã de ſpecie, & item ſpeciẽ
ad interrogationẽ quid eſt de indiuiduo:ſic interro
gãti de indiuiduo vel de ſpecie,quale quid ſit(eſſen
tialiter intelligẽdo)reſponderi poteſt & debet diffe-
rentia.Si eñ interrogaueris, quale anĩal ſit homo?
reſpõdebitur proculdubio,rationale. Aut ſi ſimpli-
citer interrogetur:qualis eſt homo ſecũdum eſſen-
tiam?reſpondebitur,rationalis eſt ¶Diximus aũt
in definitione,de pluribus ſpecie differentibus-quo-
niam ſolũ datur definitio de differẽtijs genericis,ni
ſi quis adijciat,vel numero,quod Porphyrij exem-
plis in veritate non repugnat,Ratio autẽ quare dif
ferentia prædicatur in eo quod quale eſt, & quare
ad huiuſmodi interrogationem apte reſpondeatur,

eſt quę

eſt,quoniã(vt diximꝰ)differentia rationē habet formæ,& eſt eſſentialis quædã qualitas:propter quod, etiã a Philoſophis rationalitas ipſa qualitas rationalis nuncupatᷣ:ſecundũ quē etiã modũ,ipſam animalis naturã poſſumꝰ appellare quidditatē hominis.

¶Recte autē adiectũ eſt,in eo quod quale eſt eſſentialiter,vt excluderentᷣ a definitione,differētiæ communis & propria,quæ licet in quale prædicetur de ſuis ſubiectis,non tamē niſi in quale accidentaliter quemadmodum in conſequentibus declarabitur.

¶CAPVT XIX.

¶De quatuor acceptionibus proprij.

Quartam vniuerſalis ſpeciē aſſignant proprium,cuius etiã quatuor ponunt modos.

Propriũ primo modo.

Propriũ primo modo eſt, quod accidit ſoli,alicui ſpecici,ſed non omni.

¶Hoc eſt,quod quantũ ad aliquã ſpeciem , ſoli illi conuenit,ita vt nulli extra eã,ſed non omni tamen eius ſpeciei indiuiduo.Vt grammaticũ eſſe aut prudentem,ſoli conuenit humanæ ſpeciei, non tamen omnes homines huiuſmodi ſunt.Sic proprium eſt homini,per fidem Deũ cognoſcere,& ratione Deũ colere,veruntamen non omnes id faciunt,

Propriũ ſecundo modo.

Secũdo modo propriũ dicitur,quod omni,& non ſoli accidit.

¶Hoc eſt,quod alicuius ſpeciei omni quidē indiuiduo conuenit,attamen nõ illi ſoli ſpeciei conuenit neq; ei eſt peculiare.ſed etiã extra eam in alijs poteſt inueniri Vt homini duos habere pedes aut duos oculos.Nã hæc etiã extra humanã ſpeciē licet inueniri,in alijs animãtibus.Sic ſupernæ beatitudinis capacem eſſe,omni quidē homini cõuenit,ſed non ſoli humanæ ſpeciei.Nam & angelicę naturæ id cum homine commune eſt.

Tertio modo dicitur proprium,qđ omni

omni, ſoli, & aliquando accidit. 3. modo.

¶Hoc eſt, quod conuenit quidē ſoli alicui ſpeciei, & inſuper õni illius ſpeciei indiuiduo, ſed certo tantum ac definito tēpore, nō tamen ſemper. Vt caneſcere, ſoli humanæ ſpeciei cõuenit ſecundū proprietatem loquēdo, & omni homini cõuenit: ſed tantū in ſenectutis tempore, ita vt qui ad tempus illud attigerint, caneſcant. Ita & augeri conuenit omni viuenti, & ſoli viuenti, verum non ſemper ſed vſq; dū in perfectum robur & ſtaturam excreuerit, ſimiliter & diminui decreſcente robore.

Quarto autem modo proprium dici mꝰ quod omni ſoli, & ſemper accidit. Propriū 4. modo

¶Hoc eſt, quod cõuenit alicuius ſpeciei omni indiuiduo, & ſoli illi ſpeciei, atq; etiā ſemper, nō aliquo tantū determinato tempore. Vt homini õni, & ſoli, & ſemꝑ cõuenit eſſe riſibilē & flebilē. i. natū ridere & flere: ſic omni homini, & ſoli, & ſemper cõuenit, per exteriorē inſtructionē eſſe ſuſceptiuū diſciplinæ Cū autē propria huiuſmodi aſſignant, proponi debent non ſcdm actum ſed ſecundū aptitudinē. Non enī ridere propriū eſt homini quarto modo cū non ſemper homini cõueniat actu ridere, ſed riſibile proprium eſt eius quod potentiā quandā. i. naturalē aptitudinē & propenſionem ſignificat ad ridendū. Sic non omnes homines diſciplinā ſuſcipiunt, imo quidam nec poſſe vident: quemadmodū moriones furioſi & donec abſq; ratione ſunt pueri, idq; propter defectū vſus rationis & inſtrumentoꝝ interiorum in diſpoſitionē, & organorum inhabilitatē. Quotquot tamē homines ſunt, ex naturali aptitudine diſciplinæ ſunt ſuſceptibiles. ¶CAPVT XX

¶Quō proprij natura fluat ex cõiunctione differentiæ cum genere.

AD intelligendā autē plenius naturā proprij, ſciendū eſt, huiuſmodi ꝓpria quarto modo ſignificare naturales quaſdam proprietates ſeu apti-

 tudines

tudines adaliquid,quas etiã nonnulli proprias paſſiones vocare ſolẽt aut naturales propẽſiones ſiue inclinationes:quę ſane propenſiones & inclinationes naturales totã aliquã ſpeciẽ conſequunt̃,vtpote naturaliter & neceſſario effluentes ab ipſa rei eſſentia, ſic tamẽ vt eſſentiæ ſint extrinſecæ,neq̧ pars ſint eius.ſed tantũ ab ea neceſſario effluant ac procedant ¶Effluunt autẽ non a genere tantum,neq̧ adifferẽtia tantum,ſed a genere ſimul & differentia,ad eiuſdem ſpeciei compoſitionem coniunctis. Vt(verbi gratia)ex animali rationali.i.ex natura animalis cũ rationali qualitate cõiuncta,& per eã contracta, ad humanę ſpeciei compoſitionẽ,effluit ac naturaliter neceſſarioq̧ procedit naturalis quædã propẽſio ſiue aptitudo ſiue inclinatio ad capiendũ per ratiocinationem & inſtructionẽ diſciplinã: ſimiliter ad ridendum ex cõſyderatione rei iucũdæ,ſimiliterq̧ ad flẽdum in cõtẽplatione rei triſtioris. ¶Huiuſmodi autẽ naturales propẽſiones,quoniã adæquate effluunt ex principijs, intrinſecis ſpeciei.i.ex genere & differẽtia ſimul cõpoſitis,quæ(vt dixim⁹) tota ſunt ſpeciei eſſentia,hinc fit,vt totã ſpeciẽ conſequantur ſintq̧ ex æquo in omnib⁹ indiuiduis ſpeciei,e cuius eſſentia fluũt.Neq̧ min⁹ eſt quælibet naturalis propẽſio in eo indiuiduo quod nunq̃ forte actũ habuit aut habebit illi⁹ inclinationis, quã ſit in alio indiuiduo quod frequenter admodum eundem actum habet:vt non eſt minus ſuſceptibilis diſciplinæ morio aut amens,quam ali⁹ quilibet ex ijs qui ſunt præſtãtiſſimi diſcipuli.Neq̧ minus erat riſibilis ille quẽ ferunt omnia fleuiſſe Heraclitus,quã fuerit alius ille omnia ridens.Democritus Neq̧ ſunt cachinnones hominibus tetricis magis riſibiles,dũ ſecundũ proprietatẽ loquimur.Ipſa em̃ naturalis paſſio ſiue propenſio,in omnibus eſt æqualiter. Proniores tamen ad riſum ſunt & in actũ frequentius exeũt alij alijs ſecundũ diſpoſitionẽ variam organorum quib⁹ huiuſmodi actus exercẽtur: vt in illis in quib⁹ eſt ſplẽ maioris petulãtiæ facili⁹ riſus & cachinni excitant̃ in illis autem qui ſunt ſplene duriori,difficilius. Sic

qui ce-

qui cerebrũ habent recte diſpoſitũ,& vires internas bene habiles,hi diſciplinã citius & facilius capiunt illis qui eiuſmodi organa habent per vſũ exceſſum aut diſproportionẽ,vel omnino male vel nõ ita fœliciter diſpoſita.Omnes tamẽ homines ex æquo riſibiles ſunt & diſciplinę ſuſceptibiles queadmodum omnes ex ęquo animalia rationalia ſunt,tametſi nõ æqualiter omnibus adſit rationis vſus. ¶Patet ergo quemadmodũ huiuſmodi naturales propenſiones totam ſpeciẽ conſequantur,a cuius principijs effluunt,ac proinde omnibus ipſius indiuiduis ſunt communes,Sed & ſolis eiuſdem ſpeciei indiuiduis conueniant,neceſſe eſt. Cum enim eſſentialia principia ſpeciei ſint tota atq; adæquata cauſa & velut fontalis origo,a qua effluunt,vt effectus a ſua cauſa adæquata,fieri non poteſt,vt alicubi inueniantur extra illam ſpeciem.Sine cauſa eñ ſua eſſe non poſſunt,a qua neceſſario habẽt ſemper effluere. Eſſent aũt ſine ſua cauſa,ſi extra ſpeciem inueniri poſſent, cuius eſſentiam conſequuntur. Similiter & ex his manifeſtũ eſt,quomodo ſemper cõueniant propria ſuis ſpeciebus.Si eñ ſemper & neceſſario effluunt hæ naturales propenſiones ex ſpecierũ eſſentijs,neceſſe eſt,vt vocabula quoq; has propenſiones ſignificantia ſemper & neceſſario de ipſis ſpeciebus dicãtur.

¶CAPVT XXI.

¶Definitio proprij vt eſt quartum prædicabile.

Voniã vero(vt diximus)proprium huiuſmodi quarto modo quarta ſolet poni vniuerſalis ſpecies,& quartũ prædicabile,iuſtũ eſt,vt huic quoq; ſcd̃m rationẽ prędicabilis atq; vniuerſalis definitionẽ aſſignemus ſicuti hactenus tribus præcedentibus ſimiles dedimus ex modo prædicandi definitiones.Sic autẽ definitur.

Propriũ eſt, qđ prædicatur de pluribus in quale accidẽtalit̃ & neceſſario. Definitio pprij

¶Hoc eſt vniuerſale eiuſmodi, quod de multis, ſiue ſpecie,ſiue numero differentibus prædicaſ,in eo

quod quale quid eſt, accidentaliter, neceſſario tamē hoc eſt, ad interrogationē factā de re, hoc modo qualis eſt, accidētaliter & neceſſario. ¶Vbi cū dicimus, in quale, excludunt genus & ſpecies, quæ in eo qđ quid, nō in quale prædicant. Cum vero dicit in quale accidētaliter, differētia excludit, quæ in eo quod quale quid eſt reſpondet, ſed quale eſſentialiter non accidētaliter. Nō em̄ homo accidētaliter rationalis eſt, ſed eſſentialiter: cū ſit rationalis qualitas pars ipſius eſſentialis. Cū vero addit poſtremo loco, neceſſario tamē, ab accidente diſiungit propriū: quod (vt in ſequentib9 dicet) prædicat quidē in eo quod quale eſt, non tamē in quale neceſſario ſed tantū contingenter. Neq; em̄ neceſſario eſt homo doctus vel bonus vel magn9 vel albus. Eſt tamē neceſſario diſciplinæ ſuſceptibilis, & riſibilis atq; flebilis. ¶Sciendum autē eſt, non ſolas ſpecialiſſimas ſpecies habere huiuſmodi propria, ſed etiā ſubalternas, ōnes videlicet quæ ex genere cōponunt ſuperiori & cōtrahente differētia. Vnde & animali aſignamus propriū, ſenſitiuū eſſe: vt ſignificet aptitudinē & naturalem inclinationē ad ſciendū, corporiſanimati ſunt propria, nutribile, augmētabile, minuibile: corporis vero mobile. Vnde queādmodū ſupra diſtinximus differētias, quaſdā genericas, quaſdē ſpecificas, ſic nō incōmode diſtinguere licebit propria quædā generica, quæ videlicet conſequunt genericā naturā: quædam vero ſpecifica, quæ naturā cōſequunt ſpecialiſſimæ ſpeciei. ¶Nequaq̄ tamē aliā differentiæ diuiſionem, in diuiſiuā & conſtitutiuā, proprio accōmodare valebim9. Nā tametſi vtcunq; diuidere poſſint propria, cōſtituere tamē nequaq̄ poſſunt vllā ſpeciē. Nō em̄ ſunt aut eſſe poſſunt ſpeciei pars eſſentialis. Nihil aūt rem conſtituere poteſt, quod non ſit pars eſſentialis ipſi9 compoſiti. Et hæc quidē de proprio dicta ſint ſatis. Nunc ad vltimā vniuerſalis ſpeciem pergamus.

Propria gn̄ica & ſpecifica

¶CAPVT XXII.

¶De accidente.

DE accidente autē, quæ eſt vniuerſalis quinta ſpecies & quintū prædicabile, pauca iam in priori

prioribus dicta ſunt, cũ de differẽtia cõmuni & propria fieret ſermo. Diſtinxim⁹ em̃ illo in loco quid accidens ſeparabile, quidq; inſeparabile: quapropter harũ rerũ repetitione, nihil erit opus. Sat nobis erit naturã huius quoq; quinti vniuerſalis & ei⁹ prædicandi modũ declarare. ¶Definit autẽ accidẽs a Porphyrio plurib⁹ definitionibus, quarũ prima hæc eſt.

Pria definitio accidentis.

Accidens eſt, quod adeſt, & abeſt, præter ſubiecti corruptionem.

¶Hoc eſt, quod ſuo ſubiecto cui ineſt nõ neceſſario ineſt, ſed etiam abeſſe poteſt, & ab eo ſeparari, ſic vt propter hoc nõ ſit neceſſe interire ſubiectũ cui pri⁹ inerat. Exempli gratia, albedo accidens eſt corporis ei⁹ quod habet albedinẽ: quoniã licet inſit, non ineſt tamẽ ei neceſſario, ſed cõtingenter, ita vt poſſit non ineſſe, permanẽte nihilomin⁹ ſubiecto & abſq; eius interitu a quo abſcedit. Poteſt em̃ corpus quod modo albũ eſt, fieri nigrũ, neq; ob hoc læſionẽ vllã patietur corp⁹. Similiter homini v̾tus atq; doctrina eſt accidens: quoniã & ſi nunc inſit poteſt tamẽ fieri vt aliquando eã deperdat homo ille, fiatq; vacu⁹ & doctrina & v̾tute: neq; propter hoc deſinet eſſe quod fuerat. ¶Idem quoq; ſibi vult altera accidentis definitio, quæ talis eſt,

Secũda definitio accidentis.

Accidens eſt, quod cõtingit ineſſe & non ineſſe eidem.

¶Intellige ex priori, præter ſubiecti corruptionem. Hæ aũt duæ definitiones, de reb⁹ poti⁹ quã de vocibus videnẽ intelligẽdæ: niſi impropriæ admodũ accipiatur adeſſe & ineſſe pro prædicari: abeſſe vero & non ineſſe, pro non prædicari. Sed hac inuentione nihil eſt op⁹: cũ (vt initio hui⁹ libri declarauim⁹ & totius docuit rei proceſſus) paſſim liceat fieri nũc de vocib⁹ ſignificãtibus, nũc de reb⁹ ſignificatis, ſermonẽ. Neq; difficile eſt ijs quibus quicq̃ eſt ingenij ea quæ de reb⁹ dicunẽ, ſuo modo ad voces res eiuſmodi ſignificantes referre: & econtrario, quæ de vo

tibus ſignificantib9.ſuo modo ad res ſignificatas accommodare. ¶Definitur etiam accidens per abnegationem quatuor aliorum prædicabilium iã ſupra determinatorum ad hunc modum.

Tertia definitio accidētis

Accidens eſt,qđ neq; eſt genus, neq; ſpecies,neq; differentia,neq; ꝓprium ſemper autē eſt in ſubiecto ſubſiſtens.

¶Quæ ſane definitio,pro hoc loco nõ eſt õnino incõmoda,eo quod iã explicata ſint ſufficiēter quatuor prædicta.Et neceſſe eſt,õne vniuerſale quod neq; gen9 eſt,neq; ſpecies,neq; differētia,neq; propriū eſſe accidēs:poſteaq̃ conſtat,õne vniuerſale horum quinq; aliquod eſſe debere. ¶Veruntamē non eque bona fuiſſet hæc deſcriptio,ſi ante hūc locū, vllum aliorū prędicabiliū ſimili modo fuiſſet deſcriptum. Nã ſi initio ſtatim libri definiuiſſes gen9 eſſe, quod nõ eſt ſpecies neq; differētia,neq; propriū,neq; accidens,nõ fuiſſet probãda huiuſmodi deſcriptio.eo ꝙ nondū nota fuiſſent. Quę in definitione ponuntur Nūc vero,dū præcedentes quatuor ſpecies explanatæ ſunt, nõ male nec obſcure vltima per priorū abnegationē definitur,atq; id ſimiliter licebit,vbicunq; plures ſunt ſpecies ſub eodem genere,in numero determinato:præter vnã omnibus definitis vltimã eandem per priorum abnegationē deſcribere. ¶Vltima vero particula:ſemper autē eſt in ſubiecto ſubſiſtens,adijcitur nõ ad aliquam neceſſitatē, ſed propter naturæ accidentis manifeſtationē. Tanto enim eſt deſcriptio ſiue definitio melior, quãto melius ac plenius naturam exprimit eius quod definitur vel deſcribitur.Eſt autē hoc de natura accidentis,quod quamdiu eſt,in ſuo ſubiecto ſubſiſtit. Quanquã eñi (vt iam dictum eſt) poſſit accidens à ſubiecto abeſſe abſq; corruptione ſubiecti, vt accidente perdito, in ſua nihilominus ſubſiſtentia ſubiectũ permaneat: non eſt tamen ſecundum naturam poſſibile,vt accidens ſeparetur a ſubiecto,ſic vt permaneat in rerum natura.Non ſolum eñi non poteſt accidens ab

omni ſubiecto ſeparatū ſubſiſtere, ſed nec poteſt extra ſubiectum particulare cui ſemel inſuerit exiſtere: ita vt nec migrare poſſit de ſubiecto alio in aliud Cum em̄ (iuxta Phyſicorum ſententiā) accidentis eſſe ſit ineſſe, neceſſe eſt, vt quamdiu eſt, in ſubiecto cui ineſt debeat permanere. ¶ Secundum vero rationem vniuerſalis quatenus quintum prædicabile eſt, ita poteſt accidens definiri.

Quarta definitio accidētis

Accidens eſt vniuerſale, qđ de pluribus cōtingenter natum eſt prędicari

¶ Hoc eſt, non eſſentialiter quidē, neq; etiā neceſſario, ſed tantum contingenter, ita vt poſſit etiā de eo vere abnegari. Sic ſane doctū eſſe aut bonū, de multis prędicatur, Cōplures em̄ reperiuntur viri & boni & eruditi, de nullo tamen iſta prędicantur eſſentialiter, imo neq; neceſſario: ſed de quibuſcunq; prædicantur, de illis contingenter prędicantur, ſic videlicet vt poſſit etiam de illis abnegari. De quocunq; em̄ vere iam dicimus, quod probus ſit aut doct9, de eodem fieri poteſt vt dicamus aliquando, iam probus non eſt neq; doctus. Atq; hac vna particula differt accidens a quatuor reliquis, genere, ſpecie, differentia, ac proprio. Nullum em̄ horum prędicat̄ contingenter: ſed proprium neceſſario, differentia autē non tantum neceſſario ſed eſſentialiter etiam prędicatur, ſimiliter quoq; genus & ſpecies.

¶ CAPVT. XXIII.

¶ De accidentibus diuerſis, ſeparabilibus, & inſeparabilibus.

DIximus autē in prioribus de differentia tractatis accidētia quędā eſſe ſeparabilia, quędā inſeparabilia, quę ibi latius explicata ſufficiant. Hoc aūt in loco adijciendū nobis eſt, ad pleniorem accidētis notitiā, etiā inter inſeparabilia accidētia eſſe quandam differentiam, nequaquam ſilentio pertranſeundam. Sunt em̄ inſeparabilia accidentia quędam ſingularia ſiue particularia, quæ videlicet vni inſunt indiuiduo, non alteri eiuſdē ſpeciei. H[illegible]

iuſmodi ſunt, cicatrix poſt ſanatũ vulnꝰ, relicta, ocu lorum color ceſius aut albꝰ, atq; id genus alia. Sunt tm̃ hæc inſeparabilia accidentia: particularia tamen ſunt, vtpote vni indiuiduo cõuenientia, non ſimiliter alteri. ¶Alia vero ſunt quæ toti alicui ſpeciei cõueniunt & omnibus eiꝰ indiuiduis. Vt coruo nigredo cõuenit ſecundũ totam ſpeciẽ, & cygno albedo, ita vt vel õnino nõ vel vix reperiat̃ coruus, niſi niger neq; cygnꝰ, niſi albus potiſſimũ vbi tẽpus aduenerit, quo ſolẽt hunc ſibi colorẽ acquirere. Verũ id forſitan parꝫ videat̃ cum legamꝰ pullos coruorũ non ſtatim nigras pennas accipere, neq; cygnoꝝ albas. Nõnulli quoq; viſos aliquãdo albos coruos aſſerunt. Illud vt minimũ quantũ ad huiuſmodi, conſtat: quod licet ſic videamꝰ coruos õnes fieri colore nigros, & cygnos albos, nõ apparere tamẽ vllã neceſſitatem ex parte ſpeciei, quæ videatur expoſtulare huiuſmodi accidẽs. ¶Magis vero mirandũ eſt in
queſtio. hominibꝰ atq; adeo in õnibus animalibꝰ, de potentijs quibuſdã naturalibꝰ, ſine quibus nemo hominũ imo nullũ aĩaliũ poſſibile eſt ſubſiſtere. Huiuſmodi ſunt, ſenſus, tactus, quẽ Ariſtot, atteſtat̃ omni animali eſſe neceſſariũ, ita vt ſine eo nõ poſſit ſubſiſtere, ipſoq; ablato neceſſe ſit mox animal corrũpi. Similiter & nutritiua potẽtia. Sicut em̃ idem author teſtatur, neceſſe eſt õne viuens quãdiu viuat nutriri. Simile eſt de naturali calore (qui hominem no poteſt priuſq̃ diẽ clauſerit extremũ deſerere) & vitali operatione, cordiſq; pulſione, & ſpirituũ agitatione quę õnia animali cuilibet adeſſe experimur, donec ſubſiſtit, nunq̃ vero abeſſe contingit, niſi cũ ſubiecti corruptione. Conſtat tamẽ, hæc õnia non aliud quã accidentia eſſe. Nã potentiæ illæ naturales, manifeſte ſub ſecũda qualitatis ſpecie abſq; hæſitatione conſtituuntur, ab õnibus philoſophantibus. Cætera quoq; aut qualitates ſunt, aut actiones quædã: quæ omnia eſſe accidẽtia nemo poteſt negare, ¶Ex his ergo dubitatio ſatis perplexa orit̃, quinã fieri poſſit, vt hæc ſint accidẽtia, cũ tamẽ videant̃ neceſſario ſuo ineſſe ſubiecto, nõ contingẽter, cum nõ poſſint abeſſe ſuis

ſubiectis abſq; eorũ corruptione. Accidens vero ſupra definitũ eſt quod abeſſe poteſt, & quod contingit non ineſſe, abſq; ſubiecti iniuria & corruptione. Quomõ aũt ſine ſubiecti corruptione poteſt abeſſe quod vbi primũ abſceſſerit extinctũq; fuerit in ſubiecto, ſtatim corrumpi facit ſubiectum cui inerat? ¶ Huic autẽ quæſtioni reſpõderi poteſt, ex ſublimiori conſyderatione & diligẽti inſpectione horũ accidentium, & eorũ quæ ſuprapoſitæ ſunt naturalium proprietatũ. Naturales enĩ illas inclinationes ex natura & eſſentia ſpeciei dixim⁹ effluere, atq; ex compoſitione generis cum differẽtia neceſſario effluxu prodire. Hæc aũt accidẽtia quę dicta ſunt, quantumcunq; videanť ad rei ſubſiſtentiã neceſſaria, nõ tamẽ fluunt a principijs eſſentialib⁹ ſpeciei. Alioqui, vn⁹ eſſet idẽq; tactus in õnibus hominibus, nõ multi nec q; diuerſi in diuerſis: ſicut eadẽ omnino eſt ſpecifica natura, & eadẽ eius principia eſſentialia in omnib⁹, nõ in diuerſis indiuiduis diuerſa: & ſicut eadẽ eſt in õnibus hominib⁹ riſibilitas, aut in õnibus animalibus ad ſentiendũ naturalis aptitudo. Similiter quoq; dicendũ de alijs, quæ ſupra fuerãt aſſignata. Cum ergo hæc nõ fluant ab ipſa natura ſpeciei, neq; ab ipſius eſſentia, cõſequiť etiã hoc, quod non neceſſario debeant ſubiectis adeſſe, poſſintq; abeſſe ſuis ſubiectis abſq; eorũ corruptiõe, quantũ eſt ex parte naturæ ſpeciei, queadmodũ coruo, quantũ ex parte ſpecificæ naturæ, non eſt neceſſari⁹ color niger, neq; cygno albus. Sic quælibet accidẽtia prædicta, quantum ex parte ipſius naturæ ſpecificæ hominis, abeſſe poſſunt. Vt enĩ Petrũ intelligã ſub hominis ratione, nõ opus eſt cogitare quod vllũ ſenſum habeat: ſed ſufficit, quod ipſum vt animal rationalis naturæ cõſyderem. ¶ Iam ſi quis obijciat, ſic etiã propriũ abeſſe poſſe, & rẽ poſſe intelligi abſq; naturali ſua proprietate. Reſpondebiť, ſine iniuria ſpecificæ naturæ proprietatem naturalẽ non poſſe intelligi abſentẽ indiuiduo. Velut qui hominẽ intelligit vt nõ riſibilem aut nõ diſciplinæ ſuſceptibilẽ, ſine ſpecificæ naturæ iniuria id nõ facit. Cũ enĩ ex ipſius eſſentialib⁹ principijs e[illegible]

Solutio

cipijs effluat naturaliter & neceſſario riſibilitas diſciplinæq; ſuſceptibilitas fieri nõ poteſt, vt abſq; ſpecificæ naturæ iniuria, quodcunq; hominis indiuiduum imaginemur ſubſiſtere, & ſimul ipſum non eſſe riſibile aut diſciplinæ ſuſceptiuũ. Includit. eñ hæc imaginatio manifeſtã repugnantiã ſpecificæ naturæ hominis, eo qđ in ſpecie includat̃ propriũ, tanquam ab ipſius eſſentia neceſſario & naturali fluxu effluens, ipſaq; in ſe ſuſciperet a ſuis intrinſecis principijs effluens. Cæterũ, ſi intelligã Petrum vt non habentem qualitatẽ aliquã huiuſmodi quæ tact⁹ nominetur, aut vt non habentẽ qualitatẽ calorem, aut cordis actualẽ pulſionẽ, nulla in hoc eſt repugnãtia aut iniuria hominis ſpecificæ naturæ: quemadmodũ cũ cygnum imaginor nigrũ, nulla fit ſpecificæ naturæ iniuria. Quantũ eñ ad naturã ſpecificã, cygno perinde eſt, ſi ſic colorẽ habeat nigrum ſiue albũ. ¶ Qđ ſi quis roget, vnde ergo hæc neceſſitas, vt ſecundũ rei veritatem non poſſit ſubſiſtere animal, abſq; ſenſu tactus & cæteris? Si eñ naturæ ſpecificæ non repugnat, quid ergo prohibet, vt fieri id nunquã videamus, imo neq; fieri poſſit? Huius rei cauſam (quoniam in Phyſicis requirere magis oportebat) breuiter aſſignantes, dicimus, quod ex parte formæ ſubſtantia is prouenit, & vnione corporis cum anima rationali. quæ duo adinuicẽ vnita permanere non poſſunt, niſi quamdiu certã quædam harmonia, cõſenſus atq; proportio qualitatum in materia perdurat, quã ſane proportionem, ſenſus tactus conſequitur: qua etiam proportione diſſoluta, anima vltra non poteſt materiã informare, ſicq; ſubiectum cogitur deficere, & ſimul cum huius harmoniæ diſſolutione perit ſenſus tactus. Similiter ſære & de alijs ſuprapoſitis. & ſi quæ ſunt ſimilia, dicẽdum: quod ob hoc non poſſint a ſubiecto ſeparari, quia abſq; illorum inexiſtentia nõ poteſt forma ſubſtantialis permanere in materia. Sed altius iſta fortaſſe ac latius cuiq; dicta videbuntur. quã Dialectica patitur cõſyderatio. Nos tamẽ ad plenam horũ quinq; prædicabilium cognitionẽ ea arbitramur nõ minimũ habere mo

Solutio obiectionis circa prędicta

rc mo

re momenti,apud illos potiſſimũ,qui diligenti curi oſitate harum rerꝫ naturam ac proprietatē exactius voluerint penetrare, penitiuſqꝫ introſpicere. Nunc vero ad vniuerſalium quinqꝫ differentiam & cõue nientiam paucis deſcribendam tranſeamus.

¶CAPVT XXIIII.

¶De conuenientia prædicabilium.

VT ergo breuiter ac ſummatim recapitulem⁹ quę hactenus dictā ſunt,cõueniunt quidē in hoc oīa prædicabilia,quod de pluribus nata ſint prędicari,& habere certũ aliqđ ſubijcibi le,ſiue potius ſubijcibilia.Subijcibile em̃, correlati uum eſt predicabilis:& habet vnũquodqꝫ vniuerſa le ſuũ ſubijcibile,vel ſubijcibilia poti⁹,ad quę com paratũ dicit̃ vniuerſale vel prædicabile. Subijcibile em̃ gñis,eſt ſpecies quę ſub ipſa ponit̃,ſpeciei ſubijci bile,indiuiduũ,differētię ſubijcibile,ſpecies quā con ſtituit,& oīa eius indiuidua.Proprij vero, ſpecies e cuius natura fluit,& oīa eius ſpeciei indiuidua. Ac cidentium aũt ſubijcibilia ſunt,ſubiecta quib⁹ inhę rent.Cũ autē ita ſubijcibilia dicim⁹,non intelligim⁹ de ſubiectione quę eſt ſcđm prędicamentalē ordinē (ſic em̃ neqꝫ differentię ſubijcit̃ conſtitua ſpecies,ne qꝫ proprio ſua ſpecies, neqꝫ itē accidēti ſubiectũ cui inhęret)ſed accipit̃ ſecundũ prędicationē, quoniam videlicet ſcđm prędicationē rectā & ordinatā, vni uerſalia de ſuis ſubijcibilibus prędicari nata ſunt.

¶CAPVT XXV.

¶De prædicatione ordinata & inordinata.

SOlę autem hę prędicatiões in quibus aliquod quinqꝫ prędicabilium de ſuo ſubijcibili dicitur a recentioribus ordinatę nominantur, & ſecun dum veritatem ſolę ordinatę ſunt,quaſi in qui bus naturalis ordinis correſpondentia obſeruatur. Cęterę vero,aut ordinem prædictum perturbantes ſunt aut male commutātes, quas proinde inordina tas contra ordinem appellant,cum videlicet ſubijci cibile cõtra naturalis ordinis correſpondentiam de ſuo prędicabili dicitur,vtpote ſpecies de genere au indiuiduũ de ſpecie aut ſpecies vel gen⁹ de differen

Quid ſit prędicatio ordinata vel inordinata.

tia conſtituente, aut ſpecies de proprio quod ipſam cõſequitur, aut ſubiectũ de eo quod ipſi inhæret accidenti. Vt ſi dicamus, animal eſſe hominẽ, hominẽ eſſe. Petrũ, rationale eſſe hominẽ, riſibile eſſe hominem & nigrũ eſſe cygnũ. ¶ Et ſicut cũ ordinata prędicatione gen⁹ de ſpecie aut ei⁹ indiuiduis dicit̃, prędicationẽ ſolent vocare primi prædicabilis.i. generis quaten⁹ gen⁹ eſt, eã vero quæ eſt ſpeciei ſpecialiſſimæ, vocare ſolent prædicationẽ ſecundi prædicabilis.i. ſpeciei quaten⁹ ſpecies eſt. Differẽtiæ autẽ de ſpecie cõſtituta aut ipſi⁹ indiuiduis prędicationem, prædicabilis tertij.i. differẽtiæ quaten⁹ differẽtia eſt atq; ita & de proprio & accidẽte ꝓportionabiliter: ſic per contrariũ, quoties ordine perturbato ſpecies de genere dicit̃, prædicationẽ recte vocant inordinatam contra ordinẽ prædicabilis primi. Cõtra eñ naturalem generis ordinẽ eſt, quod ſuæ ſpeciei in prædicatione ſubijciat̃. Cum vero indiuiduũ de ſpecie dicit̃. prædicatio eſt inordinata cõtra ordinẽ prædicabilis ſecundi.i. cõtra naturã ſpeciei, cui magis conuenit ſecundũ naturalem ordinẽ de indiuiduo prędicari, quã ei ſubijci. Atq; ita proportionabiliter in reliquis. ¶ Sic eñ in his prædicationib⁹ ordinis eſt perturbatio, & inordinata ſunt õnia: cũ id quod ſecundũ ſuæ ſignificationis naturã ſubijcibile eſt, prædicatur, quod autẽ prædicabile, ſubijcit̃, quõ in regimine agit̃, cum is qui ſeruus nat⁹ eſt, perturbato naturæ ordine, dñatur: qui vero liber & rex natus eſt, ecõtrario ſubijcit̃. Vt eñ hic regni, ita illic prædicationis eſt perturbatio, contra iuſtum ordinẽm.

Prædicatio inordinata cõtra ordinem.

¶ CAPVT. XXVI.

¶ De ꝑdicationib⁹ identicis & per accidẽs.

NOnnunq̃ vero prædicationes fiunt quæ dicuntur & ſunt, nõ contra ordinẽ vlli⁹ prędicabilis, ſed præter oẽm ordinẽ, hoc eſt, prſus abſq; ordine. Illæ nimirũ, in quibus nec vniuerſale prædicat̃ de ſuo ſubijcibili, nec ecõtrario ſubijcibile de ſuo prædicabili. In his eñ nullus ordo neq; rect⁹ neq; cõmutatus poteſt inueniri, ita vt etiã ſi vertas extrema, nõ inuenias tamen prædicationẽ ordinatã

Diuidit̃

Diuiditur autē hęc prædicatio inordinata prēter ordinem,in prædicationē identicā,per accidens, & extrinſicā. ¶Prædicatio identica appellat̄,in qua idē prædicat̄ de ſeipſo. Vt cum dico.Ioānes eſt Ioānes, hic homo eſt hic homo,Marcus eſt Tulli⁹,Gladius eſt enſis,hic homo eſt Ioannes. Nihil em̄ refert,ſiue indiuiduū prædicet̄ de ſeipſo, ſiue vniuerſale. Neq̧ refert,ſi vocabula ſint diuerſa modo ſignificatio ſit eadē.Huiuſmodi prædicationes manifeſtū eſt præter ordinē eſſe.quoniā nullus eſt ordo rectus eiuſdē ad ſeipſum,quantū ad prædicationē attinet. ¶Prædicatio per accidēs dicit̄, quando res per prædicatū ſignificata principaliter non eſt in re ſignificata per ſubiectū,nec ecōtrario,ambo tamē reperiunt̄ ſimul in eodē tertio.Verbi gratia, cū dicimus,albū eſt dulce , manifeſtū eſt nec dulcedinē eſſe in albedine,nec albedinē in dulcedine(quę ſunt res per extrema prędicationis illi⁹ principaliter ſignificatæ)ſed ambæ ſimul in eodē tertio inueniunt̄,nēpe in lacte. Sic per accidens dicim⁹,calidū eſſe ſiccū,frigidū eſſe humidum.Non em̄ calor eſt in ſiccitate,nec ecōtrario ſiccitas in calore,ſimul tamē in eodē igne inueniūtur. Ita non eſt humiditas in frigiditate,neq̧ hęc in illa, ſed ambæ ſunt in eadē aqua. ¶Hæc autē prædicatio:q̄m late patet,& ei⁹ cognitio eſt Philoſopho ad modū neceſſaria(cuius eſt vbiq̧ ea quæ per ſe ab ijs quæ per accidēs diligēter ſeparare)iccirco pauculas ad eius cognitionē hoc in loco regulas dabim⁹.Prima hæc eſt.Quādo aliquis terminus cōcretiuus nouem vltimorꝫ prædicamentorꝫ vere prædicat̄, de ſimili termino alterius prædicamēti, fere eſt prædicatio per accidēs.Vt cū dicim⁹.Quantū eſt quale,lineatum eſt coloratū.Pater eſt quātus.Filius eſt cruditus.Grāmaticus ambulat. Exiſtens in loco eſt in tēpore.Sedens eſt veſtitus,atq̧ ita in alijs. ¶Signanter adiecim⁹ fere,particulā diminuentē & ſubtrahētem aliquid a generalitate regulę,quoniā interdum contingit prædicationē eſſe ordinatā & non per accidens,in qua terminus concretiuus vnius prædicamenti prædicat̄ de alio alteri⁹ prædicamenti. Vt eſt

Prædicatio idētica.

Prædicatio p accidens.

Pria regula pro pdicationibus per accidens.

BIBLIOTECA N. VITTORIO ROM.

In his prædicationib⁹, Quantū eſt coloratū. Superficiatum eſt albū. Lineatū eſt figuratū. Corpulentū eſt ſphæricum atq; ita in ſimilibus iuxta illorꝫ probabilem ſententiā, qui dicūt corporalia accidētia immediate in quātitatibus ſubiectari, ac mediāte quantitate in ſubſtātia. Idem eſt de his iudiciū Quantum eſt æquale aut inæquale. Albū eſt ſimile. Nigrū eſt diſſimile: vbi termin⁹ prædicamēti adaliquid prædicatur de termino prędicamēti quantitatis vel qualitatis.

Scda regula ¶ Secunda regula. Quādo vere prædicanť de ſe inuicē diuerſa accidētia eiuſdē prædicamenti ſub diuerſis generibus aut ſpeciebus contenta, prædicatio fære eſt per accidēs. Huiuſmodi ſunt iſte. Pater eſt filius. Dn̄s eſt ſeruus. Durꝫ eſt coloratū. Albū eſt dulce. Flauū eſt amarꝫ. Lineatū eſt numeratū. Percutiens eſt intelligens. Veſtitus eſt armat⁹, & aliæ conſimiles. In ſingulis em̄, ſubiectū & prædicatū ſunt eiuſdem prædicamēti, ſed ſub diuerſis ſunt generibus Pater & fili⁹, ambo ſub adaliquid ſunt, ſed pater eſt adaliquid ſuperpoſitionis, fili⁹ adaliquid ſuppoſitionis. Idē eſt de dn̄o & ſeruo. Durꝫ & coloratu, ambo ſub qualitate ſunt ſed durꝫ ſub ſecunda ſpecie, coloratum ſub tertia. Ita in cæteris. ¶ Signāter adiecta eſt excipiēs particula, fære, quoniā interdum regula inſtantiā patitur. Vt cū dicimus Corporale eſt ſupficiatum ſuperficies eſt lineata, ſecundū eorum ſententiam qui dicunt ſuperficiē eſſe in corporea quantitate vt accidens in ſubiecto, & lineā ſimiliter in ſuperficie. Verꝫ harum rerꝫ plenior cognitio, ex prædicamentis pendet. ¶ Tertia regula. Quandocunq; vere

Tertia regula vna differētia vniuerſalis prędicatur de alia itē vniuerſali, aut propriū vniuerſale de alio ſimili, prædicatio eſt per accidēs. Exempli gratia. Hę ſunt per accidens prędicationes Rationale eſt ſenſibile. Senſibile eſt animatū. Animatū eſt corporeū. In quibus ꝑdicanť differentiæ cōmunes de ſeinuicē. Similiter & hæ. Riſibile eſt flebile. Riſibile eſt capax diſciplinæ. Rudibile eſt portatiuū onerꝫ, Mugibile eſt natū lac dare. Riſibile eſt mobile ſecundū locum. Huius regulæ ratio eſt, quoniam vna natura differentialis

nunquā

nquã eſt in alia cum ſit natura differẽtialis(vt ſu
a declaratũ eſt) õnino ſimplex & incõpoſita. Idẽ
ſequit & de natura proprij, quod vnũ non ſit in
o,ſed ſimul inſunt eidẽ naturæ ſpecificæ a qua ef
unt,vt ſupra dictũ eſt. ¶Signãter autẽ dictũ eſt
regula.Quãdo differentia cõmunis prædicat de
fferẽtia ſimili,aut propriũ cõmune de ſimili:quo
iam(iuxta cõmunẽ multorꝝ ſententiã)quoties dif
rentia cõmunis prędicat de ſuo indiuiduo ꝓprio,
ſt prædicatio ordinata & ſcdi prædicabilis,Item &
uãdo propriũ cõmune prędicat de ſuo indiuiduo.
Vt cũ ſic dicit.Hoc rationale eſt rationale,hoc ſen
ibile eſt ſenſibile,hoc ſuſceptiuũ diſciplinæ eſt ſuſce
ptiuum diſciplinæ. Dicunt eñ,omnẽ differentiam
vniuerſalẽ in cõparatione ad ſuũ propriũ indiuidu
um eſſe ſpeciẽ ſpecialiſſimã & ſpeciẽ prædicabilẽ,ſi
militer & de proprio vniuerſali dicũt reſpectu ſui
indiuidui.

¶CAPVT XXVII.

¶De prædicatione extrinſeca,

PRædicatio extrinſeca eſt quãdo res principa-
liter ſignificata per prædicatum,non eſt in re
ipſa per ſubiectũ ſignificata,nec ecõtrario nec
ambo ſunt in vno tertio, dicunt tamen de ſeinuicẽ
propter certã aliquã habitudinẽ rerum ſignificatarꝝ
adinuicẽ.Vt hæ ſunt extrinſecæ.Color videt. Son⁹
audit.Odor odoratur,Calor aut frigus tangitur. La
pis intelligit. Cœlum conſyderat. Manifeſtũ eſt eñ
quod viſio,auditio,odoratio,tactio , intellectio , &
cõſyderatio,non ſunt in reb⁹ viſis auditis &c. Sed
in ipſo homine,qui videt & intelligit.Eſt aũt quæ
dã ſpecialis habitudo coloris ad viſum & viſionem
ſoni ad auditionẽ,odoris ad odorationẽ, qualitas tã
gibilis,ad tactionẽ,rei intellectæ ad intellectionẽ,ni
mirum habitudo obiecti ad actũ,qui eſt circa ipſum
vel de ipſo.Atq; ob hanc habitudinẽ ſic de ſeinuicẽ
dicunt.nõ ratione mutuę inexiſtẽtię. ¶Huiuſmodi
dicunt eſſe ões prędicationes,in quib⁹ prędicãtur
termini qui a Dialecticis appellant ſecundæ inten
tionis aut impoſitionis,de terminis primę impoſiti
onis;cuiuſmodi ſunt pene omnia quæ defin...

Prædicatio extrinſeca,

ſci entijs ſermocinalibus.Grãmatica,Rhetorica,Dialectica.Vt cũ dicũ9.Ioannes eſt nomen. Amo eſt verbũ.Amans eſt participiũ.Homo currit eſt propoſitio.Animal eſt gen9. Homo eſt ſpecies. Petrus eſt indiuiduũ.Homo eſt ſecunda ſubſtãtia. Petr9 eſt prima ſubſtãtia. ¶Et quia hoc in loco oportune ſe nobis offert cõmoda occaſio determinis primę & ſecundæ intẽtionis ſiue impoſitionis tractandi,operæ pręcium nobis viſum eſt eorꝝ differentiã hic proferre,idq; nõ niſi ex ſentẽtia.Seuerini Boetij inter commentatores Ariſtotelis fideliſſimi. Cui9 hæc eſt ſup ea re ſententia.primũ omniũ rebus ipſis ſingulis ad arbitrium imponentiũ fuiſſe impoſita,nomina. Vt ſubſtãtiæ quę eſt homo ſuũ eſt nomẽ aſſignatũ,& illi quę eſt equus ſuum item peculiare quo appellaretur vocabulũ.Ipſis quoq; rerꝝ accidentibus, quæ & ipſe res ſunt accidentales ſunt:impoſita ſua nomina vt accidẽs illud ſecundũ quod dicitur homo quantus,diceretꝰ quantitas:vt qualitas illa quę viſibilem facit ſubſtãtiam appellaretꝰ color,atq; ita in cæteris: vt operationes quę ſubſtãtijs conueniunt, diſtinctis quoq; vocabulis nominarentꝰ,per huiuſmodi vocabula,calefacere,frigefacere,agere,pati, percutere , ſecare,indurare,emollire,itẽ vt habitudo ipſa ex parte rei inter ſubſtantiã gignentẽ & genitã exprimeretur nominib9 patris & filij,habitudo imperantis & ſubditi per noĩa Dñi & ſerui,atq; ita in cęteris omnibus habitudinib9, quę ex parte rei in ipſis reb9 inuenirentꝰ.Hęc proinde õnia dicunꝰ vocabula primę intentionis vel impoſitionis quoniã hęc prima fuit intentio,& hoc primũ fuit ſtudiũ impoſitorib9, vt rebus ipſis & ſubſtãtialibus & accidẽtalib9 ſingulis ſingula inderẽt vocabulã. ¶Poſtea vero quẽ huic primę intẽtioni fuiſſet ſatiſfactũ,& prima illa impoſitio circa res fuiſſet perfecta, animaduerſum eſt, inter vocabula illa primę impoſitionis,ex parte ſignificationis acceptę per primã illam impoſitionẽ,quædam cum ſeinuicẽ conuenire,alia differre,non ſecũdum aliquid ex parte rei exiſtens,ſed ſcđm vim & ſignificationis acceptæ. Animaduerſum eſt,

quędam

quędã vocabulorum illorum ſupponi & ſubſterni ex ſuæ ſignificationis iã acceptæ proprietate, alia vero ſubſtratis & ſubiectis apponi, õnia nimirum nomina apta eſſe ad ſubijciendũ non per ſe ad prædicandũ. contra vero verba eſſe apta ad prædicandũ per ſeſe, nõ ad ſubijciendũ. Animaduerſum eſt, quædã vocabula ex impoſitis eſſe generalia valde & multis etiã ſpecieb⁹ diuerſis cõuenire, alia nõ niſi vni⁹ ſpeciei indiuiduis. Hæc ergo fuit ſcđa impoſitorũ intẽtio & ſtudiũ ſubſequẽs, ipſis quoq; vocabulis iã ante pro arbitrio effictis noua indere vocabula, quæ iã nõ rerum foris exiſtentiũ, ſed ipſorũ tantũ vocabulorum, ex parte acceptæ ſignificationis eſſent nomina ſiue vocabula. Vnde ex hac ſcđa intẽtione, cõſulto impoſitores illa vocabula quæ ſubijci per ſe nata ſunt, nõ per ſe prædicari nõia decreuerũt appellãda: illa autẽ quæ prædicari de alijs nõ ſubijci nata ſunt, eſſent verba. Itẽ vt illa vocabula quæ inuenirentur ex accepta ſignificatione de multis ſpecieb⁹ prędicari dicerenť genera: quæ autẽ ſolũ de ſingularib⁹ vnius ſpeciei, dicerenť ſpecies: ipſa autẽ ſingularia quæ de nullis ſubiectis poſſunt prædicari, dicerenť indiuidua. Ita in cæteris poteſt declarari. ¶ Ecce habes intentionẽ ſecũdã, quæ poſteriorẽ ſubſequuta eſt, & quaſi e priori enata. Ab illa em̃ ad hanc profecta eſt humani animi ſagax induſtria, & præſupponit hæc illã. Hoc ſcilicet eſt dici vocabulũ primæ intẽtionis id eſt, circa quod ac ſimilia primũ verſata eſt imponentiũ intentio. Hoc eſt vocabulũ primæ impoſitionis, quod in illa prima rerũ impoſitione eſt inſtitutum ad ſuã rem ſignificandã. Secundę autẽ intentionis vocabula ſunt, circa quæ non primum ſtudium primaq; attentio & intẽtio imponentiũ fuit, ſed poſteri⁹ ex prima impoſitiõe facta, excitata eſt impoſitorum intẽtio ad ipſa quoq; poſteri⁹ certæ ſignificationi deſtinãda. Et hęc ſunt impoſitionis ſecũdę vocabula, quæ in iſta ſecunda impoſitione poſt primã ſubſequuta, ſuę ſignificationi ſunt deputata. Hęc eſt vera & indubitata ſuper prædictis Boetij ſententia, quam nos ideirco prolixius declarauim⁹, quoniam

 pulchr

pulchra eſt conſyderatio, ſed captu ſatis difficilis vt ſaepe ſunt (iuxta prouerbiũ) difficilia quæ pulchra. ¶Hæc autẽ vocabula ſecundæ impoſitionis ſiue intentionis, nõ ſignificant res ipſas foris exiſtẽtes, nec ſubſtãtias, nec earũ realia accidẽtia, ſed tantũ habitudines quaſdã & cõparationes ſiue relationes intellectus humani, quas proinde relationes rationis appellare ſolent: quæ non in ipſis ſunt rebus ſed tantũ in intellectu humano. Quod ita euidenter monſtratur. Quod enĩ vox homo dicatur nomẽ & non verbũ quod vox homo ſit ſpecies & non genus, quod rationale differentia & non propriũ, manifeſtũ eſt non eſſe ex parte alicuius rei vel realis proprietatis, in ipſa voce realiter exiſtentis. Nam ſi nulla omnino circa vocem illam fiat mutatio realis, ex ſolo arbitrio hominũ poterit fieri, vt vox illa homo ſit genus & non ſpecies: cõtra, animal fiat ſpecies, & non genus, rationale, propriũ & non differentia: riſibile, differẽtia & non propriũ. Videlicet voce intacta & inuariata permanẽte, tantũ ex ſuo arbitrio, homines authoritate præcellentes in lingua Latina, decernant vocabula, homo & animal, permutare exnunc ſignificationẽ: item rationale & riſibile, vt quod hactenus Latinis ſignificauit anĩal, poſt hac ſignificet homo: & ecõtrario: quod hacten⁹ rationale, poſt hac riſibile, proculdubio ex hac tantũ mutatione humani arbitrij ſine vlla ſui mutatiõe, iam erit homo genus, animal ſpecies, rationale propriũ, riſibile differẽtia. Velint quoq; homo iam ſignificare, quod hactenus amo ſignificauit, & econtrario, ſtatim erit vox homo ſine ſui reali mutatione verbũ & coniugabitur per perſonas homo, homas, homare. Amo autẽ nomen erit, & declinabitur amo amonis amoni. Patet ergo, quod nullã realem proprietatem vel accidẽs vllum realiter inexiſtens ipſis rebus ſignificent termini ſecundæ impoſitionis. ¶Ex quo deinde manifeſto cõſequio infert, quod in principio huius capitis dixim⁹, prædicationes illas in quib⁹ prædicantur termini ſecundę impoſitionis de terminis primę impoſitiõis eſſe extrinſecas. Videlicet in prĩ

ptu eſt

ptu eſt ratio:quoniam quod per prædicatũ ſignifica
tur,non eſt in illo quod per ſubiectũ ſignificatur in
ipſo videlicet vocabulo pro quo eſt in tali prædica
tione ſemper ſubiecti acceptio. Termin⁹ em̃ primæ
impoſitionis(vt eſt regula Dialecticorum) qui ſubijci-
tur reſpectu prædicati,quod eſt termin⁹ ſecũdæ im
poſitionis,non illic accipitur pro ipſa re ad quam ſi
gnificandam ex primaria impoſitione eſt impoſit⁹,
ſed pro ipſomet vocabulo,quatenus eſt ſignificati-
uum talis rei.

¶CAPVT XXVIII.

¶De differentia quinq; prædicabilium ſecundum diuerſos modos prædicandi.

Differentia autem quinq; prædicabilium tam etſi ex prædictis ſatis colligitur, placet tamẽ hic breuiter eam repetere. Sciẽdum itaq; eſt genus & ſpeciem differre ſecundum ſubijci bilium diuerſitatem,nimirum quod genus prædicet de ſpecie differentibus;ſpecies vero de ſolis nume ro differentibus:cæterũ,ipſe prædicandi mod⁹ quo hæc tantũ de numero differentib⁹,illud de differen tibus ſpecie prædicatur idem eſt,nempe in eo quod quid eſt,in reſpõſione ad interrogatiuũ ſignũ quid. In reliquis autem,ex ipſo prædicandi modo potiſſi mum accipienda eſt differentia. Habet em̃ genus & ſpecies alium modũ prædicandi,quam habeat diffe rentia alium quã proprium,aliũ quam accidens:dif ferentia item alium habet a genere & ſpecie, item- que a proprio & accidente:faciuntq; hi modi prædi candi,ordinatas prædicationes diuerſi generis. ¶Ge nus em̃ & ſpecies,qm̃ ad interrogationẽ quid eſt re ſpondent de ſubijcibilib⁹,p̃dicationes faciunt, quas (licet confictõ,tamen ad rem ſignificandã apto ſatis vocabulo) vocant Dialectici quidditatiuas. In illis em̃,ſubiecti quidditas.i.quid ſit exprimit, vt in ſu perioribus factũ eſt dilucidũ. ¶Differẽtia vero non prædicat quidẽ quidditatiua prædicatione, quoniã non ad interrogationẽ quid eſt reſpondet,neq; quid ſit exprimit,ſed predicat in eo quod quale quid eſt,neq; quomolibet quale,ſed eſſentialiter atq; ici o prædicationẽ eſſentialẽ facit & qualitatiuam, v

rebus ſecundū neceſſitatē accōmodemus apta voca bula Poteſtq́ hæc differētiæ de ſuo ſubijcibili prędi catio eſſentialiter qualitatiua, vel eſſentialis & qua litatiua nūcupari. Indicat em̄ de re, qualis eſſentiali ter exiſtat; & eſſentialem ipſius qualitatē (vt ſic Por phyriano more loquamur) aſſignat. ¶Proprium au tem, neq́ quidditatiuā facit prædicationē, quoniam nō in eo quod quid eſt prędicat: neq́ eſſentialē, quo niam nō eſſentialiter de ſubiecto prædicat, qualitati uam tamen facit ſed accidentalē. i. non eſſentialem, neceſſariā tamē. Vnde prędicatio proprij de ſuo ſub iecto, accidētalis & neceſſaria recte nuncupabit, ſic accipiendo accidentaliter large, vt valeat, nō eſſen tialiter. Indicat em̄ propriū, qualis ſit res neceſſario & nō eſſentialiter. ¶Nouiſſime autē omniū accidēs prædicationē facit cōtingentē quoniā videlicet ſub iecto prædicatū conuenit cōtingenter, ita vt adeſſe poſſit & abeſſe, prędicari & negari. Indicat em̄ de re qualis ſit contingenter. His vero de prædicabilibus ita determinatis & aſſignatis per ſingula, finē huic imponam⁹ tractatui: ad ōnipotentis Dei gloriā, qui ſua prouidiſſima ęternę ſapiētiæ diſpoſitione ſic res rerūq́ naturas aptiſſimo digeſſit ordine, vt quicq̄d de vniuerſa rerū natura cogitari poſſit, id ſub quin q́ vocū determinatione poſſit cōprehendi. Ipſi ho nor & gloria in ſæcula ſæculorum. Amen.

DEO ſemper & vbiq́ GLORIA,

LIBRI SECVNDI CONSYDERATIONIS DIALecticæ, qui de prædicamētis inſcribit.

¶Præfatio.

INfinitam rerū ab optimo maximo q́ Deo, ad oſtentationē immēſæ po tentiæ, ſapientiæ, atq́ bonitatis ſuæ conditarū, varietatem, quoniā ſigil latim nō potuit humanū ingenium

inueſti

inueſtigare atq; pertractare laborioſa ſagacitate infi-
nitatem illã particulariũ, in pauca aliquot vniuerſa
lia coegit, ſub quib⁹ illa õnia, tam multa, tã varia, tã
abinuicẽ diſtantia, ſaltẽ generatim concluderet, quæ
diſtincte & ſigillatim nequiſſet cõprehendere. Hæc
ſunt decẽ illa prima genera, ſubſtãtia, quantitas, qua-
litas, adaliquid, agere, pati, vbi, quãdo, ſitus, & habi-
tus; ad quoꝝ aliquod neceſſe eſt redigi. quicquid in
creatis rebus vel ſubſtãtiale, vel accidentariũ poſſet
reperiri. Propter quod & prima vel generaliſſimã
genera appellant, eo quod ante ipſa nõ ſint alia pri-
ora genera, & ipſis ſubijciant cætera õnia. Dicuntur
quoq; κατηγορίαι. i. prædicamẽta, quod ipſa de alijs
omnibus generib⁹ & ſpeciebus atq; indiuiduis ſingu-
la de ſibi ſubiectis prædicent. De his igit decem pri-
mis generibus vniuerſali ſignificatione totam rerũ
infinitatẽ complectẽtib⁹, in præſenti libro ſermo in-
ſtituit. In quo Ariſtotelis Philoſophoꝝ facile prin-
cipis ordinẽ atq; determinationẽ præcipue inſequi-
mur, quõ in præcedẽti quinq; prædicabilium libro,
Porphyrij potiſſimũ traditionẽ pro viribus fuimus
inſequuti. ¶CAPVT I.

¶De triplici acceptione termini prædicamentum.

ET primũ quidẽ de Cathegoricæ ſiue prædica-
menti vocabulo (ne ignoto noĩe quis hæreat)
ſciendũ eſt, triplici ipſum ſignificatione vſur-
pari. Interdum em̃ generaliter pro vocabulo
quolibet, quod dicit ſiue prædicat de alio, ſumitur:
vt homo, equus, albũ, nigrũ, currere, iacere dicantur
prędicamẽta, & in ſumma quicquid poteſt de altero
prædicari. In quã fære ſignificationẽ, vocabulo iſto
vſus eſt diuus Gregori⁹, Homelia ſeptima dicẽs, Io
annem Baptiſtã ad ſe venientib⁹ reſpondiſſe prædi-
camenta vitæ. i. verba vitæ, verba. ſ. veritatis & iu-
ſtitiæ. Atq; hoc modo õnia vocabula, quę in ordine
quolibet prædicamẽtali ponunt, prædicamenta dici
poſſunt. ¶Scdo prædicamentũ accipit pro tota ali-
qua collectione & coordinatione generꝝ ac ſpecie-
rum, ſub vno aliquo genere generaliſſimo, ſecundũ
ſuũ ordinẽ diſpoſitorũ. Vt tota illa coordinatio ge-

nerum & ſpecierũ ſub genere ſubſtãtiæ,quæ in libro prædicabiliũ poſita eſt,dicitur prędicamentũ ſubſtã tiæ,videlicet a genere ſupremo(quod caput eſt toti us collectionis,& quaſi primũ principium)habens appellationẽ.Hoc modo accipitur prædicamẽtum, cum dicitur apud Dialecticos,vocabulum aliquod in hoc aut illo prædicamento conſtitui.i.in hac aut illa collectione prædicamentali. ¶Tertio prędi camentũ accipitur ſpecialiter pro ipſo quod eſt ſum mum in aliquo prædicamentali ordine,nempe pro primo tantum & generaliſſimo genere.Atq; in hac ſignificatione ſumitur prædicamentũ,cum dicitur. Homo eſt ſub prædicamento ſubſtantiæ,id eſt ſub il lo prædicamẽto quod eſt ſubſtantia.Sic dicim⁹ ſub ſtantiam eſſe,primũ prædicamentũ,quantitatem ſe cundum prædicamentũ &c.In propoſito igitur cũ dicimus,librũ iſtum de prædicamentis pertractare, accipiendum eſt prædicamentũ vel ſecundo vel ter tio modo.Tractat em̃ liber iſte de primis decẽ gene ribus,atq; etiam de totis coordinationib⁹, quarum illa ſunt capita. ¶CAPVT II.

¶De anteprædicamentis,& primum de ęquiuocis

A Nteq̃ ad prædicamẽtorum determinationem procedat Ariſtoteles,quedã præmittit ad eo rum cognitionẽ,pręparamenta ſiue præam bula:quæ proinde a recẽtioribus,nõ improprie effi cto vocabulo,appellata ſunt antepredicamẽta,quaſi ante prædicamentorum determinationẽ tradita. Hæc ſunt definitiones tres,nẽpe æquiuocorum, vniuocorum & denominatiuorum,diuiſiones duæ,& duæ itẽ regu læ.Quę oĩa eo ordine quo ab illo ſunt poſita,nobis veniũt declarãda,priuſq̃ pdicamẽtorum aggrediamur elucidationẽ.Definitio igit̃ ęquiuocorum hęc eſt.

Defini. ęquiuocorum. Æquiuoca dicuntur,quorum ſolum nomen commune,& ratio ſubſtantię ſecundum nomen diuerſa.

¶Pro cui⁹ definitionis intellectu notandũ eſt,ęqui uocum

uocum dici dupliciter. Interdum em̃ dicit̃ æquiuocum, vocabulũ ipſum quod plura habet ſignificata vel poti⁹ ſignificationes plures: queãdmodũ dictio canis habet plures ſignificationes, quarũ vna ſignificat anial domeſticũ, quod latrãdo dom̃ ſeruat, altera cœleſte ſydus illud, quo ſe prodẽte ardor immodicus exurit ſegetes, vnde caniculares dies vulgo appellant̃. Quas duas ſignificationes nemo dubitat eſſe diuerſas. Interdũ vero æquiuocũ dicit̃ ipſum ſignificatũ, & equiuoca dicunt̃ ipſa ſignificata diuerſa quæ ſic per idẽ vocabulũ ſignificant̃, mediantib⁹ diuerſis ſignificationib⁹ ſiue conceptib⁹. Vt canis domeſticus latrãs, & cœleſte illud exurens ſydus, equiuoca ſunt cõparatione ad vocabulũ canis, per quod ambo ſignificant̃, mediantibus diuerſis ſignificationibus aut conceptibus. ¶ Quod ſignanter adijcitur: quoniã non õnia plura ſignificata eiuſdẽ vocis, dicunt̃ equiuoca in cõparatione ad illã vocẽ, ſed oporte plura illa ſignificata ſcd̃m diuerſas ſignificationes, aut diuerſos cõceptus ſignificari. Homo nãq; & equus diuerſa ſunt ſignificata vni⁹ terminj animal, nõ tamẽ æquiuoca ſunt, ſed vniuoca, quoniã licet plura ſint ſignificata vni⁹ termini animal, ſignificantur tamẽ per illũ mediante vno conceptu, vel ſecundũ eandẽ ſignificationẽ. Secundũ vnam quippe & eandẽ ſignificationẽ, & ſecundũ conceptũ ſiue cogitatum vnũ, genus aĩal, ſignificat hominẽ, equum aſinũ, & omnes ſpecies. ¶ Interdũ itaq; æquiuocũ dicitur ipſa dictio plures habens ſignificationes, interdum vero ipſum ſignificatũ quod per dictionẽ talẽ ſignificat̃. Ad quarũ duarũ acceptionũ diſtinctionem, recentiores nõ incõmode effictis vocabulis, prius appellant æquiuocũ æquiuocans .i. æquiuocæ plura ſignificans: poſteri⁹ dicunt equiuocũ æquiuocatum .i. æquiuoce ſignificatũ. ¶ Hoc præmiſſo, ad elucidandã Ariſtotelis ſupraploſitam definitionẽ accedam⁹. Quæ licet poſſit & æquiuocãtibus & equiuocatis circa abſurditatẽ, ſuo modo applicari, cõmodius tamen de equiuocatis intelligit̃ hoc modo. Aequiuoca æquiuocata, dicunt̃ alicui⁹ vocabuli plura

aliqua ſignificata,quib⁹ ſolũ nomẽ æquiuocans cõ-
mune eſt,per ſignificationẽ atq; etiã per prædicatio
nem,ſed ratio ſubſtãtiæ ſcd̃m illud nomẽ eſt diuerſa
.i.licet idẽ nomẽ plura ſignificet,& de illis prædice-
tur,nõ tamẽ ſcd̃m eandẽ rationẽ,vel ſcd̃m eundẽ cõ
ceptũ eſſentialẽ,vel ſcd̃m eandẽ definitionẽ ſubſtan
tialẽ.Exẽpli gratia,canis latrans in domo , & canis
æſtuãs in cælo,plura ſunt ſignificata,quib⁹ vnũ no
men canis,in ſignificando,atq; etiam in prædicãdo
cõmune eſt.Dictio ſiquidẽ canis, vtrunq; ſignificat
& de vtroq; prædicatur.Veruntamẽ ſolũ nomẽ cõ
mune eſt illis,ita quod nõ eſt cõmunis ratio ſubſtã
tiæ,ſed diuerſa,quia non ſecundũ eandem ſignifica
tionẽ,canis vtrũq; ſignificat, nec mediante vno eo
demq; conceptu,ſed mediantibus diuerſis ſignifica-
tionibus,& conceptibus.Ideo plura illa ſignificata,
dici debẽt æquiuoca ęquiuocata,cõparatione ad ter
minũ canis ęquiuoce illa plura ſignificantẽ. ¶Per

Ratio ſubſtantiæ.

rationẽ autẽ ſubſtantiæ,quidã intelligunt conceptũ
ſubſtantialẽ,ſiue eſſentialẽ , alij definitionẽ eſſentia-
lem,vel(ſi deſit definitio)deſcriptionem.Et vtrum-
q; fere in idẽ redit. Siquidẽ adinuicẽ connexa ſunt,
diuerſus concept⁹ & diuerſa definitio:vt ſi termin⁹
aliquis plura ſignificet mediantib⁹ diuerſis concep-
tibus:etiã de eiſdem dicat̃ ſcd̃m diuerſas ratiões,ſi-
ue definitiones;cõtra vero,ſi mediante vno cõcep-
tu eſſentiali,etiã mediãte vna definitione eſſentiali.
Exẽpli gratia,animal mediante vno eſſentiali con-
ceptu,ſignificat hominẽ,equũ,aſinũ, &c. iccirco de
õnibus illis etiã ſecundũ vnam rationẽ ſiue definiti
onem eſſentialẽ prædicat̃.Homo em̃ eſt anĩal,quia
corpus animatũ ſenſibile ; equus item eſt anĩal,quia
corpus animatũ ſenſibile:atq; ita in reliquis. Contra
vero,termin⁹ canis,quia ſecundũ diuerſas ſignifica
tiones,aut mediantib⁹ diuerſis cõceptib⁹ ſignificat
ſydus vrens & latrãs animal, iccirco nõ ſecundum
vnam definitionẽ vel rationẽ de vtroq; dicitur. Si
em̃ quæras,quare ſydus cœleſte illud canis dicatur,
non eadem aſſignabit̃ ratio,ac ſi quærat̃ de latrante
animali,ſed longe diuerſa.Nihil itaq; aut perparum

refert,ſi

referet,ſiue per rationẽ ſubſtantiæ,in hac definitione ęquiuocorꝝ,atq; item in illa quę ſequit̃ vniuocorꝝ, intelligatur conceptus ſiue definitio. ¶Si vero de æquiuocis æquiuocãtibus cuiquã placeat interpretari ſuprapoſitã definitionẽ,ad hunc modũ eam explicabit.Æquiuocãtia dicunt̃ vocabula aliqua,quorum nomẽ eſt cõmune.i.quæ ſcd̃m nomen ſunt cõmunia,pluribꝰ ſuis ſignificatis,ſed ratio ſubſtãtię no minus,eſt diuerſa.i.diuerſa ratione ſignificant plura illa,aut de pluribꝰ illis dicunt̃.Verum prior expoſitio commodior,minuſq; torta videtur.

¶CAPVT TERTIVM.

¶De æquiuoco a caſu & a conſilio.

EST autẽ duplex ęquiuocũ,nempe ęquiuocum a caſu,& ęquiuocum a conſilio.¶Æquiuocũ a caſu dicit̃,qđ plura habet ſignificata æque principalia,ita vt non vnũ ſignificet propter ſimilitudinẽ cũ altero, vel relationẽ ad alterũ. Sic dictio canis æquiuocũ eſt reſpectu animalis latrãtis,& cœleſtis ſyderis.Sic dictio Petrus, æquiuoce ſignificat hunc atq; illũ.Malus æquiuoce ſignificat arborẽ pomiferã & malũ nauis:Polypus ęquiuoce ſignat piſcẽ & morbũ. ¶Æquiuocũ autẽ a conſilio dicit̃,qđ plura habet ſignificata,ſed vnũ principalius, & aliud minꝰ principale,vtpote ꝓpter ſimilitudinẽ vel cõparationẽ aut relationẽ ad ſignificatũ principale, vt homo ęquiuoce ſignificat hominẽ viuum,quod eſt ipſiꝰ principale ſignificatũ,& hominis imaginẽ depictã,aut ſculptã,aut fuſam,quod eſt ſignificatum minus principale,vtpote quod non niſi propter ſimilitudinẽ imaginis cum viuo homine,ſcd̃m lineamentorũ protractionẽ & colorũ diſpoſitionem,per dictionẽ homo repræſentatur. ¶Sic Deꝰ prima & præcipua ſignificatione, ſignificat id quod naturam habet diuinã,ſiue quod ſecundũ naturam Deus eſt deinde minus principaliter quod ſola æſtimatione Deus putat̃,ſignificat:item & eos qui ſcd̃m aliquã participationẽ ſimilitudinis dij appellantur,vt iudices & præpoſiti populorꝝ dij appellant̃ in ſacris literis,eo qđ aliqua ex parte Deo vero ſint ſimiles, ſecundũ

Æquiuocũ a caſu

Æquiuocũ a conſilio.

eũndẽ acceptã ab eo poteſtatẽ atq; authoritatẽ. Ita ſanum, principaliter id quod ſanitatẽ in ſe habet, ſignificat, nẽpe ipſum animal, qđ in ſe habet ſanitatem. Minus autẽ principaliter ſignificat id quod ſanitatis eſt effectiuũ, quo modo medicinã dicim⁹ ſanã, atq; etiã id quod eſt indicatiuũ ſanitatis, quõ vrinam dicimus ſanã. ¶ Ratio autẽ harũ appellationũ, ſecundum quã diſtincte, priora æquiuoca vocent a caſu, iſta poſteriora a cõſilio, hæc eſt: quoniã id quod plura habet ſignificata ęque principalia, quorũ non alterum propter ſimilitudinẽ cũ altero, vel relationẽ ad alterũ ſignificat, manifeſtũ eſt caſu & fortuito nactũ eſſe plures illas ſignificationes, nimirum quod caſu obtigerit idẽ vocabulũ pluribus accõmodari ſignificationibus. Qđ vero plura habet ſignificata, ſed alterum tantũ propter ſimilitudinẽ cũ altero, vel cõparationẽ ad alterũ, manifeſtũ eſt, id non caſu ſic obtigiſſe, ſed ex cõſyderatione, iudicio, & conſilio hominum, qui conſyderantes ſimilitudinẽ huius cũ illo, eodem nomine iudicãt appellandã ſimilitudinẽ quo ipſum præcipuum cuius eſt ſimilitudo. Vt videntes ſtatuam Cęſaris ſimilitudinẽ habere in linea mentis atq; habitus apparẽtia exteriori, cũ viuo ipſo Cæſare, ſtatuam appellitant Cæſarem. ¶ Appellatur quoq; iſtud æquiuocũ a conſilio alio nomine ἀνάλογον analogum, quaſi ſecundũ relationẽ aut comparationẽ plura ſignificans. Veruntamen non dicitur dictio aliqua ἀνάλογον analogũ, niſi reſpectu ſignificati alicuius minus principalis. Vt verbi gr̃a, homo nõ dicitur analogũ reſpectu hominis viui, quoniã non ipſum ſignificat per relationẽ aut cõparationem, ſed per propriam impoſitionem, analogum autẽ dicitur reſpectu hominis picti, quem non ex propria & primaria impoſitione, ſed ex ſimilitudine & comparatione ſignificat. Æquiuocũ tamẽ a conſilio dicitur, reſpectu amborũ ſignificatorũ alterius principalis, & alterius minus principalis.

¶ CAPVT IIII.

¶ Tres ponuntur de æquiuocis regulæ.

DE his autẽ æquiuocis tres ſolent poni regulæ, quarũ

,quarum prima & tertia omnibꝰ generaliter con De ęquiuoco prima regula.
niunt,ſecunda tantum æquiuocis a conſilio ſiue
alogis. ¶Prior hæc eſt.

ullum æquiuocum vt æquiuocum,
oteſt conſtitui in yllo predicamēto,
ecꝗ vlla definitione poteſt difiniri,
ecꝗ diuiſione diuidi.

Huius dicti ratio eſt,quia ęquiuocũ vt ęquiuocũ
hil vnũ ſignificat ſed plura indeterminate.Opor
autē determiate vnum habere ſignificatũ, quod
beat in prædicamēto cõſtitui,aut definitione ali-
a definiri;aut diuiſiõe diuidi. Quod intelligi de-
t de diuiſiõe propiie dicta.Nam impropria diuiſi-
e poſſet canis diuidi in canē latrantē,& ſydus cœ-
le.Verũ hęc potius enũeratio eſt ſignificationũ
mini ęquiuoci,quã ipſius diuiſio. ¶Signanter
citur,ęquiuocũ vt ęquiuocum non poſſe in vilo
ędicamēto &c,qm̃ ęquiuocũ ſcd̃m vnã ſignifica-
onē conſyderatũ,rectè in prędicamēto conſtituit,
definitur & diuiditur.Sic eñ nõ vt ęquiuocum
nſyderatur,ſed vt vniuocũ. ¶Secũda regula.

nalogum per ſe poſitũ ſtat pro ſuo Secũda regula.
gnificato famoſiori.

Hoc eſt,pro ſignificato precipuo & primario ac-
itur.& pro eo verificat id quod dicitur.Dicitur
tē per ſe poni analogũ.i.ęquiuocum ęquiuocans
õſilio,quãdo nõ additur ei dictio alia quę ipſum
hat ad ſignificatũ minꝰ principale,aut quę ipſum
licet pro minꝰ principali accipi.Exēpli gratia,di-
o Cęſar,cũ dico,Cęſar eſt longus ſex pedes.Cęſar
t Romę,per ſe ponitur,quoniã nõ additur ei ali
a particula;diſtrahēs ipſum ad ſignificatũ alterũ
nꝰ pricipale,ſed in ſua cõſiſtit libertate. Ideo pro
ſignificato pręcipuo ſine hęſitatione accipitur.
autē dico,Cęſar ſculptus, pictus,fuſilis,aut fictis-
lis;item

lis:itē Ceſar terreus,vel aureꝰ,vel argenteꝰ,vel huiuſmodi aliquid,manifeſtū eſt per aliquā illarū adiectionum diſtrahi terminū a ſignificato præcipuo ad ſecundariū & minus principale, Facile em̄ quilibet intelligit,illic nō de vero Cæſare,ſed de eius imagine fieri ſermonem. ¶Tertia regula.

Tertia regula

Æquiuoco non debet eſſe vſus in diſciplinis,niſi fuerit diſtinctum.

¶Hoc eſt,niſi prius fuerit indicatū, pro quo ſignificato debeat accipi.Cuiꝰ ratio eſt:quoniā æquiuocū indiſtinctū(vt recte dici ſolet) confuſionē parit. A diſciplinis autē omnis cōfuſio lōge arcēda venit,vt pote in quibꝰ omnia cōuenit eſſe quā ordiatiſſima, minimeq; perturbata.Qui em̄ confuſioni & perturbationi rerū vocūq; ſtudent,hos conſtat,non bonę diſciplinæ ſed ſophiſticę cauillationis eſſe ſtudioſos Hactenus de æquiuocis æquiuocātibus & æquiuocatis a caſu item & a cōſilio.Nunc ad vniuoca pergamus. ¶CAPVT V.

¶De definitione vniuocorum.

Defini. vniuocorum.

Vniuoca dicunt, quorum & nomen eſt commune, & ratio ſubſtantię ſecundum nomen eſt eadem.

¶Huiꝰ definitionis intellectꝰ,magna ex parte haberi poteſt ex ſupraposita & declarata definitiōe æquiuocoꝝ.Scd̄m cōparationē nāq; ōnia ſic dicēda ſunt de vniuocis,queadmodū illic de ęquiuocis diximꝰ Quō em̄ æquiuoca diximꝰ æquiuocātia vel æquiuocata,ſic vniuoca dicimꝰ vniuocātia vel vniuocata.Vniuocum quippe vniuocās eſt dictio vniuoce plura ſignificās.i.quæ mediāte vno eſſentiali cōceptu plura ſignificat,aut ſecundū vnam orationē ſiue definitionē eſſentialē de pluribus p̄dicari poteſt.Vt animal genꝰ eſt vniuocū reſpectu oim ſpecierū ſuarum,quas oēs mediāte vno cōceptu eſſentiali ſignificat,& de quibꝰ omnibꝰ ſecundū vnā eſſentialē rationem

tionẽ ſiue definitionẽ prædicat.Homo em̃ eſt anial quia corpuſanimatũ ſenſibile,& eadẽ ratione eſt equus,animal,& itẽ aſin9,atq; ita in reliquis. Vniuocata vero dicuntur ipſa plura,ſignificata,quę ſic per vnũ vocabulũ mediãte vno cõceptu eſſentiali ſignificant. ¶Ex his facile eſt,ſupradictã Ariſtotelis definitionẽ exponere in hunc modũ.Vniuoca vniuocata dicunt plura aliqua ſignificata quorũ eſt vnum cõmune nomẽ vniuocãs.i.quę per vnũ aliqđ vocabulũ vniuocãs ſignificant,& non ſolũ nomen eſt illis cõmune,verumetiã ratio ſubſtantiæ ſecũdũ illud nomen eſt eadẽ.i.mediante eodẽ conceptu eſſentiali,per illud nomẽ ſignificant,vel ſecundũ eandem rationẽ ſiue definitionẽ eſſentialẽ.De eis prędicatur illud nomẽ.Quid autẽ ſit ratio ſubſtantiæ,patet ex dictis circa declarationẽ definitionis æquiuocorum.¶Signanter vero in definitione dicit,quod ratio ſubſtãtiæ ſecundũ illud nomen cõmune,debeat eſſe eadẽ;quoniã ad rationẽ vniuocorũ non ſufficit quãlibet rationẽ eſſe communẽ,ſed oportet rationẽ ſubſtantię eſſe cũ noĩe cõmunẽ.i.oportet vocabulum illis ſignificatis plurib9 conuenire,ſecũdum eundẽ conceptũ eſſentialẽ,vel ſecundũ eandẽ definitionem eſſentialẽ.Homo em̃ & equus non poſſunt dici vniuoca a reſpectu albi.Attamẽ homo & equ9 habent nomẽ albi ſibi cõmune,ſiue per prędicationem,dicẽdo homo eſt albus,equus eſt alb9,ſiue per ſignificationẽ & conceptũ, quoniã album generali ſignificatione õnia illa in quib9 eſt albedo ſignificat. Verũ non eſt illis ſecundũ nomen illud ratio ſubſtãtię eadẽ,Nam ratio albi nõ eſt homini & equo ſubſtantialis,ſed tantũ accidẽtalis.

Exponitur definitio.

CAP. VI.

¶De quibuſdam ad cognitionem denominatiuorum ſpectantibus.

PRo intellectu definitionis denominatiuorum quã ſubſequenter ponit Ariſtoteles,pręmittenda eſt differẽtia quã ponunt *Dialectici* conformiter ad cõmunem vſum & modũ loquendi inter terminos cõcretiuos ſiue cõcreta,& terminos abſtractiuos ſiue abſtracta.Terminus cõcretiuus ſiue con-

Quid ſit cõcretũ. ue concretũ. Dicit̃ vocabulũ quod de ſubiecto aliquo per ſemetipſum accidẽtaliter prædicat̃. Huiuſmodi ſunt noia aut verba, quę a Grãmaticis adiectiua appellãtur: vt albus, niger, doctus, ſedere, currere, &c. Hæc em̃ de ſubiectis per ſemetipſa prędicantur accidẽtaliter, dicẽdo. Petr⁹ eſt, alb⁹, niger, ſtudet, currit. Dictũ eſt autẽ de prædicatione accidẽtali, quoniam proprie nõ dicit̃ terminus concretiu⁹ ille, quiſolum eſſentialiter de aliquo prędicat̃. Vt homo licet prædicet̃ vere de hoc homine & illo, nõ proprie tamen concretũ dicit̃ licet aliquãdo ſic min⁹ proprie dicat̃. ¶Terminus autẽ abſtractiu⁹ ſiue abſtractum dicit̃ vocabulũ ſignificãs aliquã formã accidentalẽ ſubiecto alicui inexiſtẽtẽ: per ſemetipſum tamẽ nõ poteſt de illo ſubiecto vere prædicari ſed tantũ mediante altero termino adiectiuo ſiue concretiuo. Vt albedo, nigredo, ſeſſio, curſus & huiuſmodi infinita Significãt em̃ iſta nomina formas accidẽtarias inexiſtentes ſuis ſubiectis, Attamẽ nõ per ſemetipſa poſſunt prædicari de ſubiectis illis quib⁹ inſunt res per ea ſignificatæ, Non em̃ vere quis dixerit. Petrũ eſſe albedinẽ, aut nigredinẽ, curſum aut ſeſſionẽ. Sed mediantib⁹ alijs terminis adiectiuis debẽt iſta prædicari, dicẽdo. Ioannẽ eſſe albũ vel nigrũ, ſedere, vel currere.

Quid ſit abſtractum.

Differẽtia inter cõcreta & abſtracta. ¶Inter hęc aũt abſtracta & concreta eſt quędã conuenientia, & quædã differentia. Siquidẽ abſtractum & ſuũ concretũ in principali ſignificato cõueniunt ſed in min⁹ principali differũt. Abſtractũ em̃ ipſam formã accidentariã nude repræſentat, concretum vero formã quidẽ illã principaliter ſignificat, nõ tamen nude ipſam, ſed cũ ipſa ſimul ſubiectũ cui ineſt, quoniã ipſam formã tanq̃ inexiſtentẽ ſubiecto ſignificat. Exempli gratia, termin⁹ albedo, nihil niſi purã formã accidẽtariã in ſuo cõceptu repræſentat, albũ vero, principaliter quidẽ ſignificat illã formã accidentariã, ſed circa ſubiectũ eam determinat qđ nõ facit terminus albedo.i. ſignificat formã illã tanquam ſubiecto inexiſtentẽ, ſicq̧ min⁹ principaliter & ſecũdario ipſum ſubiectũ ſignificat. ¶Atq̧ hinc procedit, quod termin⁹ abſtractiuus per ſeipſum vere non

re nõ poſſit dici de ſubiecto cui tamẽ res per ipſum ſignificata vere & realiter inexiſtit. Nimirũ quia tãtum formã ſignificat, nõ etiã ſubiectum. Null⁹ autem termin⁹ poteſt vere prædicari de eo quod ĩ ſuo conceptu nõ ſignificat. Termin⁹ autẽ concretiuus, quia in ſuo cõceptu ſubiectum ſignificat, tanquam id quod in ſe formã accidentalẽ habet, ob hoc recte quoq; per ſemetipſum & vere poteſt prædicari de ſubiecto. ¶ Atq; ex his facile eſt intelligere rationem huius appellationis; quare videlicet concreta & abſtracta appellentẽ. Nimirũ abſtracta dicunẽ eo quod ſignificent formã nudam & quaſi abſtractam a ſubiecto. ita vt ipſum nõ ſimul cũ forma ſignificãt. Concretũ vero dicitur. eo quo ſubiectũ concernat, ſimulq; ſubiectũ cum forma repræſentet, & in ſuo conceptu velut cõiungat atq; commiſceat, nempe vno conceptu ſuo ſignificãs & formã vt inhærentẽ & ſubiectũ vt in ſe eam continẽs. Hac etiã ratione videnẽ a Grammaticis nominata eſſe adiectiua verba vel nomina quod videlicet ſignificent formã accidentariã tanquã adiacentẽ rei, ſiue quaten⁹ rei inexiſtit. ¶ Hæc autẽ quæ diximus ſic appellari cõcreta vel adiectiua vocabula. Ariſtoteles in præſenti definitione vocat παρώνυμα paronyma. i. denominatiua, eadem vtiq; ratione nimirũ quod ſecundum huiuſmodi vocabula debeat fieri denominatio ſubiectorũ, & quod ipſa denominationẽ ſuã qua ſubiectũ denominãt, habent a nomine abſtracto. i. a ..r per ipſum ſignificata. Forma enĩ accidẽtalis ĩ ſubiecto exiſtẽs, ipſum ſemper aliquale denominat, dãs eſſe quoddã accidentariũ: quæ quidẽ denomina..o cũ non poſſit apte vereq; fieri per nomen abſtra..um, neceſſe eſt, eam fieri per cõcretum ſiue deno..inatiuum. Vt iuſtitia in Petro exiſtens, ipſum de..ominat appellariq; facit, non per abſtractum no..en iuſtitiam, ſed nomine concreto iuſtũ. Petrum ..mq; habentem in ſe iuſtitiam, non denominam⁹ ..ſtitiam, ſed iuſtum. Ita eũ in quo eſt actio vel paſ.. , curſus vel ſeſſio, denominamus ab huiuſmodi ..mis accidentarijs agentem, patientem, currentẽ, ſedente..

Cõcreta & abſtracta quare ſic appellẽtur.

Inde ſecundũ illud nomẽ habent appellationẽ.i. accidentalẽ habent prædicationẽ,ſecundũ rem per nomen illud abſtractũ ſignificatã. Hæc eñ accidẽtalis prædicatio,in propoſito appellat̃ denominatio. Exempli gratia humilis,ſuperbus, vocabula hæc ſunt denominatiua.Nã a ſuis abſtractis ſiue denominantibus(quæ ſunt humilitas & ſuperbia)differunt ſola transfiguratione ſiue terminatiõe finali,quę in propoſito caſus appellat̃.In principio nanq conueniunt, neq niſi in finali terminatione eſt differẽtia. Deinde appellationẽ habent ſcdm illa abſtracta.i.accidentalem prædicationẽ,ſecundũ res per nomina abſtracta ſignificatas,quoniã humilis & ſuperb9 accidentaliter prædicantur de ſubiectis,ratione humilitatis & ſuperbiæ dicẽdo.Iſte eſt humilis,ille ſuperbus.

¶Circa quã definitionẽ aduerte, triplicia diſtingui ſolere denominatiua,nẽpe voce tantũ, ſignificatione tantũ.voce & ſignificatione ſimul,in propoſito tamẽ ſola definiunt̃ denominatiua voce & ſignifica tione. ¶Denominatiuũ voce tantũ dicit̃,quod cũ aliquo abſtracto habet quidẽ ſecundũ vocem cõuenientiã in principio,& differẽtiam in terminatione finali,ſed nõ cõuenit cũ eo in ſignificatione, nec habet ſcdm rẽ per ipſum ſignificatã denoĩationẽ, ſiue accidentalẽ prædicationẽ,Vt pugillator eſt denominatiuum voce tantũ,reſpectu pugillatoriæ,accipiendo eam vt ſignificet habitũ artis pugillandi pugillatorem vero,vt ſignificet naturalẽ potentiã ad pugillandum.Sic eñ licet in principio cõueniant, & differant in fine,in ſignificatione tamẽ non conueniũt neq habet concretũ appellationẽ ſcdm rem per abſtractum illud ſignificatã.Non eñ dicit̃ quis pugillator ſcdm illam ſignificationẽ ab habitu artis,ſed a naturali potentia.Ita ſomnolent9 reſpectu ſomni eſt denominatiuũ voce tantũ,quia non dicit̃ quis ſomnolent9 a ſomno,ſed a ſomnolẽtia.Sic curſor reſpectu curſus,eſt denominatiuũ voce tantũ, quoniam non dicit̃ quis curſor a curſu, ſed ab habitu & arte, quæ curſoria dicit̃.Ita quoq in alijs dicendũ.¶Denominatiuũ autẽ ſignificatione tantũ dicitur, quod

Denoĩatiuũ voce tantũ

Denoīa-tiuū ſig-nificatio ne tm̄. cum aliquo abſtracto cōuenit in ſignificatione, ſecū dum rem per ipſum ſignificatā habet denominatā prædicationē: attamē ab eo nō differt ſola finali ter-minatione, verumetiā in principio. Vt dormiēs eſt denominatiuū ſomni ſecundū ſignificationē, quo-niam a ſomno animal denominatur dormiens. Sic probus aut ſapiens aut ſtudioſus eſt denominatiuū virtutis. Eū em̄ qui virtutē habet, dicimus probum aut ſapientē aut ſtudioſum, virtuoſum autē non di-cimus: quoniā vox illa Latinis auribus eſt incogni-ta Maxime autē in Græco ydiomate nomini ἀρετὴ, quod virtutē ſignificat, nullū proprium concretum inuenit, ſed aſſignat illi propter defectū σπουδαῖος, id eſt ſtudioſus. ¶Denominatiuum autē voce & ſignificatione ſimul dicit, quod cum aliquo abſtra-cto conuenit in principio, & differt in fine, & inſu-per ſecundū rem per illud idē nomen ſignificatā ha bet denominationē, ſiue vt denominet aliud, ipſum videlicet in quo fuerit res per abſtractū ſignificata, vt albū reſpectu albedinis, ſomnolētus reſpectu ſom nolentiæ. Atque hæc ſola denominatiua in defnitio ne Ariſtotelis intelliguntur definiri. Denominatiua quippe voce tantū excludunt a definitiōe, per ſecū dam ei⁹ particulā, eo quod non habeāt appellationē ſcd͂m illud nomē. Denominatiua autē ſignificatiōe tantū, abijciunt per partē priorē: videlicet quia non differūt ſolo caſu ab abſtracto. Nō em̄ ſolo caſu. i. ſo la finali terminatione differūt, quæ etiā differunt in principio.

Deno „ mina „ tiuum „ voce „ & ſigni-ficatione

¶CAPVT VIII

¶De prædicatione æquiuoca, vniuoca, & denominatiua.

Predi „ catio „ æqui- „ uoca. „ EX prædictis triplex ſumitur prædicatio, nem pe æquiuoca, vniuoca, & denominatiua. Præ dicatio æquiuoca eſt, in qua æquiuocū æqui uoce ſumptū, prędicatur de aliquo ſignificato rum ſuorū. Quæ prædicatio a diſciplinis reijciatur, tanquā incōmoda ad docendū vel diſcendum prop ter confuſionē indiſtincti vocabuli. ¶Prædicatio vniuoca dicitur, in qua prædicatur vniuocū de ali quo ſuo ſignificato. i. vniuocans de vniuocato. Vt

Prædi „ catio „ vniuo „ ca. „

homo

homo eſt animal, equ⁹ eſt animal, iuſtitia eſt virtus, ſuperbia eſt viciū. Et vniuerſaliter, ōnis prædicatio generis de aliqua ſpecierꝝ, eſt vniuoca: item ſpeciei de indiuiduis. Adijciunt quoqꝫ prædicationē eſſentialis differētiæ de ſpecie cōſtituta & eius indiuiduis ¶ Prædicatio autē denominatiua dicit̃ in qua denominatiuū prædicat̃ de ſubiecto ſiue denominato Vt Petr⁹ eſt iuſtus, fortis, bonus humilis &c. Et vniuerſaliter ōnis prædicatio accidētalis de ſuo ſubiecto, dicit̃ denominatiua. Adijciunt quoqꝫ hi prædicationē proprij de ſuo ſubiecto. Vt homo eſt riſibilis. Habet em̄ etiā propriū, ſecundū rem per abſtractum ſignificatā denominationē. i. accidentalē prædicationē, ſi accidētalis prædicatio ſumatur largius, Haſten⁹ antepraedicamētales Ariſtotelis definitiones tractauimus, nunc ad diuiſiones tranſeamus. Prædicatio denominatiua.

¶ CAPVT NONVM

¶ Prima diuiſio antepraedicamentalis.

EOrum quæ dicuntur, alia ſecundum complexionem dicuntur, alia vero ſine complexione. Prima diuiſio.

¶ Cui⁹ diuiſiōis ſententia eſt, terminorꝝ quoſdā eſſe cōplexos ſiue compoſitos ex plurib⁹, quoſdam eſſe ſimplices, incōplexos, atqꝫ incōpoſitos. Termin⁹ incōplexus dicit̃, qui ex plurib⁹ dictionibus ſignificatiuis nō componitur, vt iuſtus, ſuperb⁹, homo, equ⁹ currere, ſedere. &c. Termin⁹ autē complex⁹ dicitur qui ex plurib⁹ dictionib⁹ ſignificatiuis adinuicē recte vnitis cōponit̃. Vt homo alb⁹. Petr⁹ & Ioannes Petrus eſt probus, Ioannes eſt doctus &c. ¶ Signanter dicitur, ex plurib⁹ dictionib⁹ ſignificatiuis, quoniam terminū complexū non facit cōpoſitio ſyllabarum aut literarꝝ, neqꝫ etiā dictionū plurium non ſignificantiū, ſed tātum cōpoſitio pluriū ſignificatiuarum dictionū. Imo neqꝫ hoc ſufficit ad terminū complexum, quod cōponatur ex partibus, quæ extra cōpoſitionem per ſe ſumptæ, ſunt ſignificatiuæ, ſed opor- Terminus complexus.

ſed oportet in illa cõplexione eas habere ſignificati onem. Quod dicim⁹ propter nomina quæ appellãtur figuræ cõpoſitę, queadmodũ corpuſanimatũ vt pro genere accipitur, reſpub. aliaq́; huiuſmodi. Hæc eñi proprie nõ dicunt cum cõplexione ſed ſine cõplexione: quoniã licet ex partibus cõponant per ſe, & ſeparatim ſignificatiuis, illic tamẽ in cõpoſitione illa nõ ſignificãt. In nõibus eñi cõpoſitę figuræ partes nihil ſignificãt, ſed ex cõpoſitione partiũ reſultat vna totius nõis ſignificatio. Alioqui ſi partes accipiantur vt ſignificãtes nõ erit cõpoſitũ nomẽ ſed oratio appellari debebit. Oportet ergo terminũ complexum ex partib⁹ in ipſa cõplexione ſignificãtibus cõponi. ¶ Signãter quoq; dictũ eſt, ex partib⁹ recte adinuicẽ vnitis, qm̃ terminũ cõplexũ nõ facit multarũ dictionũ etiã ſignificantiũ, ſine ordĩe coacerua tio, niſi adinuicẽ recte fuerint ordinatæ atq; counitæ. Nã ſi dixero ſine cõiunctione, homo, equus, bos Grãmaticus, logic⁹, muſic⁹, cõplexũ nullũ terminũ habebo, ſed multos incõplexos terminos: qm̃ nõ eſt ibi debita partiũ vnio. Nõ eñi ſcd̃m aliquã Grãmaticam cõſtructionẽ ſiue cõpoſitionẽ vniunt. Cũ vero adinuicẽ plures dictiones ſcd̃m aliquã Grãmaticam conſtructionẽ bene vniunt, inde termin⁹ complexus efficit. Vtpote cũ per cõiunctionẽ adinuicẽ vniunt, dicẽdo, homo & equ⁹, Petr⁹ vel Paul⁹, vel ſine cõiunctiõe ex vi alteri⁹ regiminis, vtpote adiectiui & ſubſtãtiui, dicẽdo homo iuſt⁹, Vel demõſtratiui & rei demõſtratę, dicẽdo, iſte homo vel poſſidẽtis & rei poſſeſſæ. Dicẽdo dom⁹ Petri, vel ſcd̃m appoſitionẽ coniungẽdo in eodẽ caſu adinuicẽ pertinẽtia, vt anĩal homo. Virgo Maria, atq; ita in cæteris, quæ apud Grãmaticos tractant exacti⁹. Queadmodum eñi nõ facit ædificiũ vnũ, multorũ lignorũ & lapidũ aceru⁹ niſi fuerint partes adinuicẽ debito ordine cõpoſitæ, ita nõ facit cõplexum terminũ multarum dictionũ congeries niſi debito ordine adinuicem fuerint counitæ. ¶CAPVT X.

¶De triplici complexo & triplici incomplexo.

SOlent etẽ ad plenioẽ hui⁹ diuiſionis notitiã

triplex

ſriplex diſtinguere cõplexum, & triplex item incõ-
plexum:nẽpe cõplexum voce tantũ, complexũ ſig-
nificatione tantũ, complexũ voce & ſignificatione
ſimul,atq; itẽ incõplexum voce tantũ,ſignificatiõe
tantũ,voce ſimul & ſignificatione. ¶Cõplexũ vo-
ce tantũ dicit̃,qđ ſcđm apparentiã vocabuli ex plu- Cõplexum vo,
ribus cõponit̃ dictionib⁹ ſignificatiuis,quę tamẽ ſe- ce tantũ
cundũ veritatẽ in illa cõpoſitione ſignificatiue non
ſunt,ſed vnã ſimplicẽ ſignificationẽ totũ habet.Hu
iuſmodi ſunt noia & verba figuræ cõpoſitæ,de qui
bus iã ſupra diximus⁹. ¶Complexũ ſignificatione tan Cõplexum ſig-
tum dicit̃,quod ſcđm vocẽ non habet partes ſignifi nificatio
catiuas ex quib⁹ cõponat̃,in mente tamẽ plures ha- ne tantũ
bet concept⁹ adinuicẽ coniunctos & ſignificationẽ
habet cõpoſitã,Vt cũ dico curro ſubintellecto pro-
nomine,ſcđm vocẽ quidẽ. Hoc incõplexnm eſt,in
mẽte tamẽ reſpõdet concept⁹ pronominis & verbi,
ego curro.Ita putãt nõnulli de vbis impersonalib⁹
paſſiuis,legit̃, docet̃,currit̃. Videtur enĩ ſignificatio
ne eſſe cõplexa,qm̃ legit̃ tantundẽ valet,ac ſi dicas,
lectio fit,curritur,fit curſus,docet̃,fit doctrinatio, Si
militer ſentiunt de illis vbis quę vocant̃ exemptæ
actionis pluit,ningit,tonat.gradinat &c. ¶Cõple
xum aũt voce & ſignificatione,eſt qđ & in voce & Cõplexum vo-
in mente plures habet dictiones ſignificatiuas adin- ce,& ſig
uicẽ cõpoſitas.vt homo iuſt⁹,vir bon⁹, Deus viuit nificatio
Et de hoc principaliter fit ſermo. ¶Per contrariũ ne.
vero facile eſt definire incõplexum voce tantũ,ſig- Triplex
nificatione tantũ,voce & ſignificatione ſimul. Incõ incõplexum.
plexum enĩ voce tantũ eſt,quod ſcđm vocẽ nõ cõ-
ponitur ex partib⁹ ſignificãtibus.attamẽ in mẽte eſt
cõpoſitio & cõceptus reſpõdet cõpoſitus. Incõplex
um aũt ſignificatione tantũ eſt,quod ſcđm vocẽ eſt
cõpoſitũ ex plurib⁹ dictionib⁹,ſed in mẽte nõ eſt cõ
poſitio,tantũq; ſimplex cõceptus toti vocabulo re-
ſpõdet in aĩo. Eſtq; õne cõplexũ voce tantũ, incom
plexum ſignificatione tantũ, quẽadmodũ om-
ne complexũ ſignificatione tantũ,eſt incõplexũ vo
ce tantũ & ecõtrario.Incõplexo autẽ voce & ſigni-
ficatione ſimul oino ex aduerſo oppo[illegible] complexũ

voce & ſignificatiōe ſimul. Ipſum eſt quod neq; ſecundū vocē ex pluribꝰ dictionibꝰ cōponit̄ ſignificatiuis, neq; etiā ſecundū rem & ſignificationē. Et hoc propriiſſime incōplexum dicit̄. Nihilominꝰ etiam proprie incōplexum dicit̄, quod eſt incōplexū ſignificatione tantū, & complexū voce. In propoſito nāq; complexionē maxime reputamꝰ ſecundum ſignificationē, ita vt vbi ſignificatio inueniat̄ cōpoſita: proprie dicamꝰ complexionē: incomplexionē vero, vbi fuerit ſignificatio ſimplex & cōceptus incōpoſitus. ¶Cōducit aūt hæc diuiſio ad diſtinguendum cōplexa ab incōplexis, propter ordinē prædicamentorū: quoniā (vt habet maxima Dialectica) nullum complexū in prædicamēto aliquo locū habet, intelligendo de cōplexione ſecundū ſignificationē. Nam ſecundum vocē complexio nihil impedit.

¶CAPVT VNDECIMVM

¶Secunda diuiſio anteprædicamentalis.

Secunda diuiſio. EOrū quę ſūt, alia de ſubiecto quodā dicunt, in ſubiecto vero nullo ſūt, alia in ſubiecto quidē ſūt, de ſubiecto vero nullo dicūt, alia de ſubiecto quodā dicūt, & ſūt i ſubiecto, alia vo neq; i ſubiecto ſūt, neq; de ſubiecto dicunt̄. Pro cuius diuiſionis intellectu explicandū eſt, quid in propoſito ſit, eſſe in ſubiecto & dici de ſubiecto. Poſſumꝰ autem iſta, vel rebꝰ applicare vel vocibus, ſicut & alibi admonuimꝰ, quæ rebus conueniunt ea & vocabulis ſuo modo aptari, atq; econtrario, quæ de vocibꝰ dicunt̄, ſuo modo rebꝰ applicari. ¶Loquēdo de vocibꝰ, dici de ſubiecto eſt prędicari eſſentialiter de aliquo, eſſe autē in ſubiecto eſt prædicari de aliquo accidētaliter. Vt anial dicit̄ de hōie, tanq̄ de eſſentialiter ſubiecto, & albū dicit̄ de homine accidētaliter tanq̄ de ſubiecto accidētali. ¶De rebꝰ autem loe

Dici de ſubiecto & eſſe in ſubiecto quid ſit.

tem loquẽdo dici de ſubiecto.eſt eſſentialiter eſſe in aliquo,vel mediãte vocabulo de aliquo eſſẽtialiter prędicari.Eſſe vero in ſubiecto,eſt accidẽtaliter eſſe in aliquo tanq̃ in ſubiecto accidẽtali, vel mediante vocabulo accidẽtaliter de aliquo p̃dicari.Sic natura gñica aĩalis dicit̃ d hoie,& ipſa albedo eſt in homine. ¶Ex quo patet,aliter accipi ſubiectũ,cũ dicit̃ prædicari de ſubiecto:aliter,cũ dicit̃,eſſe in ſubiecto Illic em̃ ſubiectũ intelligit̃ eſſẽtiale,qđ videlicet in ſe aliquid eſſentialiter cõtinet,tanq̃ ſui partẽ eſſentialem,ſi de reb⁹ loquamur. Vel vocabulũ qđ eſſentiali prædicatione alicui prædicabili ſubijcit̃, vt eſt ſpecies reſpectu gñis,indiuiduũ reſpectu ſuę ſpeciei & cõſtituta ſpecies reſpectu cõſtituẽtis differentiæ. De quib⁹ in præcedẽti Prædicabiliũ libro plen⁹ eſt determinatũ.Cũ aũt dicit̃ eſſe in ſubiecto, intelligit̃ ſubiectũ accidẽtale,cui videlicet aliquid inhęret accidẽtaliter, ſi de rebus loquamur:vel vocabulũ qđ ſubijcit̃ alicui prædicato in prædicatione accidentaria.Hoc pręmiſſo ita eſt intelligenda diuiſio. ¶Eorum quæ ſunt.i.inter õnia quæ ſubſiſtunt in rerꝫ natura,hęc eſt quadruplex differentia,vt aliqua dicant̃ de ſubiecto aliquo eſſentialiter,de nullo aut accidentaliter.Alia ſint in ſubiecto aliquo accidẽtaliter, & accidẽtaliter prędicent̃ de eo,eſſentialiter tamen de nullo ſubiecto poſſint prædicari. Alia & prædicent̃ de aliquo eſſentialiter,& de aliquo alio(nunq̃ autẽ de eodẽ)accidẽtaliter. Vltia neq; eſſentialiter de aliquo prædicent̃,neq; itẽ accidẽtaliter de aliquo. Hęc autẽ diuiſio quadrimẽbris,õnia cõplectitur quæ inueniunt̃ in rerꝫ natura ſubſiſtẽtia. Omne em̃ quod eſt creatum,vel eſt ſubſtãtia,vel accidẽs,& rurſum, omnis ſubſtãtia vel vniuerſalis & cõmunis eſt, vel particularis.Sic itẽ accidẽs vel eſt vniuerſale vel ſingulare:ex quorꝫ adinuicem cõpoſitione, iſta conſurgit quadrimẽbris diuiſio. ¶Sub primo namq; membro cõpræhenduntur omnes ſubſtantiæ vniuerſales,omnes videlicet naturæ genericæ & ſpecificæ, prædicamenti ſubſtantiæ:quæ omnes dicũtur de ſubiectis,quoniã eſſentialiter inſunt ſpeciebus & indiui

Exponit diuiſio.

Primũ mẽbrũ

eiuſdē acceptā ab eo poteſtatē atq; authoritatē. Ita ſanum, principaliter id quod ſanitatē in ſe habet, ſignificat, nēpe ipſum animal, qđ in ſe habet ſanitatem. Minus autē principaliter ſignificat id quod ſanitatis eſt effectiuū, quo modo medicinā dicim⁹ ſanā, atq; etiā id quod eſt indicatiuū ſanitatis, quō vrinam dicimus ſanā. ¶Ratio autē harū appellationū, ſecundum quā diſtincte priora æquiuoca vocent a caſu, iſta poſteriora a cōſilio, hæc eſt: quoniā id quod plura habet ſignificata ęque principalia, quoꝝ non alterum propter ſimilitudinē cū altero, vel relationē ad alterū ſignificat, manifeſtū eſt caſu & fortuito nactū eſſe plures illas ſignificationes, nimirum quod caſu obtigerit idē vocabulū pluribus accōmodari ſignificationibus. Qđ vero plura habet ſignificata, ſed alterum tantū propter ſimilitudinē cū altero, vel cōparationē ad alterū, manifeſtū eſt, id non caſu ſic obtigiſſe, ſed ex cōſyderatione, iudicio, & conſilio hominum, qui conſyderantes ſimilitudinē huius cū illo, eodem nomine iudicāt appellandā ſimilitudinē quo ipſum præcipuum cuius eſt ſimilitudo. Vt videntes ſtatuam Cęſaris ſimilitudinē habere in lineamentis atq; habitus apparētia exteriori, cū viuo ipſo Cæſare, ſtatuam appellitant Cæſarem. ¶Appellatur quoq; iſtud æquiuocū a conſilio alio nomine ἀνάλογον analogum, quaſi ſecūdū relationē aut comparationē plura ſignificans. Veruntamen non dicitur dictio aliqua ἀνάλογον analogū, niſi reſpectu ſignificati alicuius minus principalis. Vt verbi gr͞a, homo nō dicitur analogū reſpectu hominis viui, quoniā non ipſum ſignificat per relationē aut cōparationem, ſed per propriam impoſitionem, analogum autē dicitur reſpectu hominis picti, quem non ex propria & primaria impoſitione, ſed ex ſimilitudine & comparatione ſignificat. Æquiuocū tamē a conſilio dicitur, reſpectu amborū ſignificatoꝝ alterius principalis, & alterius minus principalis.

¶CAPVT IIII.

¶Tres ponuntur de æquiuocis regulæ.

De his autē æquiuocis tres ſolent poni regulæ, quarū

ſæ,quarum prima & tertia omnib⁹ generaliter conueniunt,ſecunda tantum æquiuocis a conſilio ſiue analogis. ❡Prior hæc eſt.

De æquiuoco prima regula.

Nullum æquiuocum vt æquiuocum, poteſt conſtitui in vllo prędicamẽto, neq; vlla definitione poteſt difiniri, neq; diuiſione diuidi.

❡Huius dicti ratio eſt,quia ęquiuocũ vt ęquiuocũ nihil vnũ ſignificat ſed plura indeterminate. Oportet autẽ determiate vnum habere ſignificatũ, quod debeat in prædicamẽto cõſtitui,aut definitione aliquà definiri;aut diuiſiõe diuidi. Quod intelligi debet de diuiſiõe propue dicta.Nam impropria diuiſione poſſet canis diuidi in canẽ latrantẽ,& ſydus cœleſte.Verũ hęc potius enũeratio eſt ſignificationũ termini ęquiuoci,quã ipſius diuiſio. ❡Signanter dicitur,ęquiuocũ vt ęquiuocum,non poſſe in vllo prędicamẽto &c,qm̃ ęquiuocũ ſcd̃m vnã ſignificationẽ conſyderatũ,rectè in prędicamẽto conſtituit, & definitur & diuiditur.Sic eñ nõ vt equiuocum conſyderatur,ſed vt vniuocũ. ❡Secũda regula.

Secũda regula.

Analogum per ſe poſitũ ſtat pro ſuo ſignificato famoſiori.

❡Hoc eſt,pro ſignificato precipuo & primario accipitur.& pro eo verificat id quod dicitur.Dicitur autẽ per ſe poni analogũ,i.ęquiuocum ęquiuocãs a cõſilio,quãdo nõ additur ei dictio alia quę ipſum trahat ad ſignificatũ min⁹ principale,aut quę ipſum indicet pro min⁹ principali accipi.Exẽpli gratia,dictio Cęſar,cũ dico,Cęſar eſt longus ſex pedes.Cęſar agit Romę,per ſe ponitur,quoniã nõ additur ei aliqua particula:diſtrahẽs ipſum ad ſignificatũ alterũ min⁹ pricipale,ſed in ſua cõſiſtit libertate. Ideo pro ſuo ſignificato pręcipuo ſine hęſitatione accipitur. Cũ autẽ dico,Cęſar ſculptus, pictus,fuſilis,aut fictilis;item

lis:itē Ceſar terreus,vel aure⁹,vel argente⁹,vel huiuſmodi aliquid,manifeſtū eſt per aliquā illarū adiectionum diſtrahi terminū a ſignificato præcipuo ad ſecundariū & minus principale, Facile em̄ quilibet intelligit,illic nō de vero Cæſare,ſed de eius imagine fieri ſermonem. ¶Tertia regula.

Tertia regula

Æquiuoco non debet eſſe vſus in diſciplinis,niſi fuerit diſtinctum.

¶Hoc eſt,niſi prius fuerit indicatū, pro quo ſignificato debeat accipi.Cui⁹ ratio eſt:quoniā æquiuocū indiſtinctū(vt recte dici ſolet) confuſionē patit. A diſciplinis autē omnis cōfuſio lōge arcēda venit,vt pote in quib⁹ omnia cōuenit eſſe quā ordiatiſſima, minimeq; perturbata.Qui em̄ confuſioni & perturbationi rerū vocūq; ſtudent,hos conſtat,non bonæ diſciplinæ ſed ſophiſticę cauillationis eſſe ſtudioſos. Hactenus de æquiuocis æquiuocātibus & æquiuocatis a caſu item & a cōſilio.Nunç ad vniuoca pergamus. ¶CAPVT V.

¶De definitione vniuocorum.

Defini. vniuorum.

VNiuoca dicunt, quorum & nomen eſt commune, & ratio ſubſtantię ſecundum nomen eſt eadem.

¶Hui⁹ definitionis intellect⁹,magna ex parte haberi poteſt ex ſuprapoſita & declarata definitiōe æquiuocoꝝ.Scđm cōparationē nāq; ōnia ſic dicēda ſunt de vniuocis,quēadmodū illic de ęquiuocis dixim⁹ Quō em̄ æquiuoca dixim⁹ æquiuocātia vel æquiuocata,ſic vniuoca dicim⁹ vniuocātia vel vniuocata.Vniuocum quippe vniuocās eſt dictio vniuoce plura ſignificās.i.quæ mediāte vno eſſentiali cōceptu plura ſignificat,aut ſecundū vnam orationē ſiue definitionē eſſentialē de pluribus p̄dicari poteſt.Vt animal gen⁹ eſt vniuocū reſpectu oim̄ ſpecierū ſuarum,quas oēs mediāte vno cōceptu eſſentiali ſignificat,& de quib⁹ omnib⁹ ſecundū vnā eſſentialē rationem

tionē ſiue definitionē prædicaſ. Homo em̄ eſt anial quia corpuſanimatū ſenſibile, & eadē ratione eſt equus, animal, & itē aſin⁹, atq; ita in reliquis. Vniuocata vero dicuntur ipſa plura, ſignificata, quę ſic per vnū vocabulū mediāte vno cōceptu eſſentiali ſignificanſ. ¶Ex his facile eſt, ſupradictā Ariſtotelis definitionē exponere in hunc modū. Vniuoca vniuocata dicunſ plura aliqua ſignificata quoꝝ eſt vnum cōmune nomē vniuocās. i. quę per vnū aliqđ vocabulū vniuocās ſignificanſ, & non ſolū nomen eſt illis cōmune, verumetiā ratio ſubſtantiæ ſecūdū illud nomen eſt eadē. i. mediante eodē conceptu eſſentiali, per illud nomē ſignificanſ, vel ſecundū eandem rationē ſiue definitionē eſſentialē. De eis prędicatur illud nomē. Quid autē ſit ratio ſubſtantiæ, patet ex dictis circa declarationē definitionis æquiuocorum. ¶Signanter vero in definitione diciſ, quod ratio ſubſtātiæ ſecundū illud nomen cōmune, debeat eſſe eadē: quoniā ad rationē vniuocoꝝ non ſufficit quālibet rationē eſſe communē, ſed oportet rationē ſubſtantię eſſe cū noīe cōmunē. i. oportet vocabulum illis ſignificatis plurib⁹ conuenire, ſecūdum eundē conceptū eſſentialē, vel ſecundū eandē definitionem eſſentialē. Homo em̄ & equus non poſſunt dici vniuoca a reſpectu albi. Attamē homo & equ⁹ habent nomē albi ſibi cōmune, ſiue per prędicationem, dicēdo homo eſt albus, equus eſt alb⁹, ſiue per ſignificationē & conceptū, quoniā album generali ſignificatione ōnia illa in quib⁹ eſt albedo ſignificat. Veꝝ non eſt illis ſecundū nomen iſtud ratio ſubſtātię eadē, Nam ratio albi nō eſt homini & equo ſubſtantialis, ſed tantū accidētalis.

Exponitur definitio.

CAP. VI.

¶De quibuſdam ad cognitionem denominatiuorum ſpectantibus.

Pro intellectu definitionis denominatiuorum quā ſubſequenter ponit Ariſtoteles, prēmittenda eſt differētia quā ponunt Dialectici conformiter ad cōmunem vſum & modū loquendi inter terminos cōcretiuos ſiue cōcreta, & terminos abſtractiuos ſiue abſtracta. Terminus cōcretiuus ſiue con

Quid ſit cõcretũ. ue concretũ. Dicit̃ vocabulũ quod de ſubiecto ali quo per ſemetipſum accidẽtaliter prædicat̃. Huiuſmodi ſunt noĩa aut verba, quę a Grãmaticis adiectiua appellãtur: vt albus, niger, doctus, ſedere, currere, &c. Hæc em̃ de ſubiectis per ſemetipſa prędicantur accidẽtaliter, dicẽdo. Pet9 eſt, alb9, niger, ſtudet, currit. Dictũ eſt autẽ de prædicatione accidẽtali, quoniam proprie nõ dicit̃ terminus concretiu9 ille, qui ſolum eſſentialiter de aliquo prędicat̃. Vt homo licet prædicet̃ vere de hoc homine & illo, nõ proprie tamen concretũ dicit̃ licet aliquãdo ſic min9 proprie dicat̃. ¶ Terminus autẽ abſtractiu9 ſiue abſtractum

Quid ſit abſtractum. dicit̃ vocabulũ ſignificãs aliquã formã accidentalẽ ſubiecto alicui inexiſtentẽ: per ſemetipſum tamẽ nõ poteſt de illo ſubiecto vere prædicari ſed tantũ mediante altero termino adiectiuo ſiue concretiuo. Vt albedo, nigredo, ſeſſio, curſus & huiuſmudi infinita Significãt em̃ iſta nomina formas accidẽtarias inexiſtentes ſuis ſubiectis, Attamẽ nõ per ſemetipſa poſſunt prædicari de ſubiectis illis quib9 inſunt res per ea ſignificatæ, Non em̃ vere quis dixerit. Petrũ eſſe albedinẽ, aut nigredinẽ, curſum aut ſeſſionẽ. Sed mediantib9 alijs terminis adiectiuis debẽt iſta prædicari, dicẽdo. Ioannẽ eſſe albũ vel nigrũ, ſedere, vel currere. ¶ Inter hęc aũt abſtracta & concreta eſt quędã

Differẽtia inter cõcreta & abſtracta. conuenientia, & quædã differentia. Siquidẽ abſtractum & ſuũ concretũ in principali ſignificato cõueniunt ſed in min9 principali differũt. Abſtractũ em̃ ipſam formã accidentariã nude repræſentat, concretum vero formã quidẽ illã principaliter ſignificat, nõ tamen nude ipſam, ſed cũ ipſa ſimul ſubiectũ cui ineſt, quoniã ipſam formã tanq̃ inexiſtentẽ ſubiecto ſignificat. Exempli gratia, termin9 albedo, nihil niſi purã formã accidẽtariã in ſuo cõceptu repræſentat, albũ vero, principaliter quidẽ ſignificat illã formã accidentariã, ſed circa ſubiectũ eam determinat qđ nõ facit terminus albedo. i. ſignificat formã illã tanquam ſubiecto inexiſtentẽ, ſicq; min9 principaliter & ſecũdario ipſum ſubiectũ ſignificat. ¶ Atq; hinc procedit, quod termin9 abſtractiuus per ſeipſum vere non

re nō poſſit dici de ſubiecto cui tamē res per ipſum ſignificata vere & realiter inexiſtit. Nimirꝫ quia tā- tum formā ſignificat, nō etiā ſubiectum. Null9 autem termin9 poteſt vere prædicari de eo quod ī ſuo conceptu nō ſignificat. Termin9 autē concretiuus, quia in ſuo cōceptu ſubiectum ſignificat, tanquam id quod in ſe formā accidentalē habet, ob hoc recte quoqꝫ per ſemetipſum & vere poteſt prædicari de ſubiecto. ¶ Atqꝫ ex his facile eſt intelligere rationem huius appellationis; quare videlicet concreta & abſtracta appellenť. Nimirū abſtracta dicunť eo quod ſignificent formā nudam & quaſi abſtractam a ſubiecto, ita vt ipſum nō ſimul cū forma ſignificāt. Concretū vero dicitur, eo quo ſubiectū concernat, ſimulqꝫ ſubiectū cum forma repræſentet, & in ſuo conceptu velut cōiungat atqꝫ commiſceat, nempe vno conceptu ſuo ſignificās & formā vt inhærentē & ſubiectū vt in ſe eam continēs. Hac etiā ratione videnť a Grammaticis nominata eſſe adiectiua verba vel nomina quod videlicet ſignificent formā accidentariā tanquā adiacentē rei, ſiue quaten9 rei inexiſtit. ¶ Hæc autē quæ diximus ſic appellari cōcreta vel adiectiua vocabula. Ariſtoteles in præſenti definitione vocat παρώνυμα paronyma, i. denominatiua, eadem vtiqꝫ ratione nimirꝫ quod ſecundum huiuſmodi vocabula debeat fieri denominatio ſubiectorꝫ, & quod ipſa denominationē ſuā qua ſubiectū denomināt, habent a nomine abſtracto, i. a re per ipſum ſignificata. Forma em̄ accidētalis ī ſubiecto exiſtēs, ipſum ſemper aliquale denominat, dās ei eſſe quoddā accidentariū: quæ quidē denominatio cū non poſſit apte vereqꝫ fieri per nomen abſtractum, neceſſe eſt, eam fieri per cōcretum ſiue denominatiuum. Vt iuſtitia in Petro exiſtens, ipſum denominat appellariqꝫ facit, non per abſtractum nomen iuſtitiam, ſed nomine concreto iuſtū. Petrum namqꝫ habentem in ſe iuſtitiam, non denominam9 iuſtitiam, ſed iuſtum. Ita eū in quo eſt actio vel paſſio, curſus vel ſeſſio, denominamus ab huiuſmodi formis accidentarijs agentem, patientem, currentē, ſedente-

Cōcreta & abſtracta quare ſic appellētur.

Inde ſecundū illud nomē habent appellationē.i. accidentalē habent prædicationē, ſecundū rem per nomen illud abſtractū ſignificatā. Hæc eñ accidētalis prædicatio, in propoſito appellaŧ denominatio. Exempli gratia humilis, ſuperbus, vocabula hæc ſunt denominatiua. Nā a ſuis abſtractis ſiue denominantibus (quæ ſunt humilitas & ſuperbia) differunt ſola transfiguratione ſiue terminatiōe finali, quę in propoſito caſus appellaŧ. In princpio nāq; conueniunt, neq; niſi in finali terminatione eſt differētia. Deinde appellationē habent ſcdm illa abſtracta.i. accidentalem prædicationē, ſecundū res per nomina abſtracta ſignificatas, quoniā humilis & ſuperb9 accidentaliter prædicantur de ſubiectis, ratione humilitatis & ſuperbiæ dicēdo. Iſte eſt humilis, ille ſuperbus.

¶ Circa quā definitionē aduerte, triplicia diſtingui ſolere denominatiua, nēpe voce tantū, ſignificatione tantū. voce & ſignificatione ſimul, in propoſito tamē ſola definiunŧ denominatiua voce & ſignificatione. ¶ Denominatiuū voce tantū dicit, quod cū „ aliquo abſtracto habet quidē ſecundū vocem cōue„ nientiā in principio, & differētiam in terminatione „ finali, ſed nō cōuenit cū eo in ſignificatione, nec ha„ bet ſcdm rē per ipſum ſignificatā denoīationē, ſiue „ accidentalē prædicationē, Vt pugillator eſt denominatiuum voce tantū, reſpectu pugillatoriæ, accipiendo eam vt ſignificet habitū artis pugillandi: pugillatorem vero, vt ſignificet naturalē potentiā ad pugillandum. Sic eñ licet in principio cōueniant, & differant in fine, in ſignificatione tamē non conueniūt neq; habet concretū appellationē ſcdm rem per abſtractum illud ſignificatā. Non eñ dicit quis pugillator ſcdm illam ſignificationē ab habitu artis, ſed a naturali potentia. Ita ſomnolent9 reſpectu ſomni eſt denominatiuū voce tantū, quia non dicit quis ſomnolent9 a ſomno, ſed a ſomnolētia. Sic curſor reſpectu curſus, eſt denominatiuū voce tantū, quoniam non dicit quis curſor a curſu, ſed ab habitu & arte. quæ curſoria dicit. Ita quoq; in alijs dicendū. ¶ De„ nominatiuū autē ſignificatione tantū dicitur, quod

Denoīatiuū voce tantū

homo eſt animal, equꝰ eſt animal, iuſtitia eſt virtus, ſuperbia eſt viciũ. Et vniuerſaliter, õnis prædicatio generis de aliqua ſpecierũ, eſt vniuoca: item ſpeciei de indiuiduis. Adijciunt quoq; prædicationẽ eſſentialis differẽtiæ de ſpecie cõſtituta & eius indiuiduis. ¶Prædicatio autẽ denominatiua dicit̃ in qua denominatiuũ prædicat̃ de ſubiecto ſiue denominato. Vt Petrꝰ eſt iuſtus, fortis, bonus humilis &c. Et vniuerſaliter õnis prædicatio accidẽtalis de ſuo ſubiecto, dicit̃ denominatiua. Adijciunt quoq; hi prædicationẽ proprij de ſuo ſubiecto. Vt homo eſt riſibilis. Habet em̃ etiã propriũ, ſecundũ rem per abſtractum ſignificatã denominationẽ. i. accidentalẽ prædicationẽ, ſi accidẽtalis prædicatio ſumatur largius. Hactenꝰ antepræedicamẽtales Ariſtotelis definitiones tractauimus, nunc ad diuiſiones tranſeamus. Prædicatio denominatiua.

¶CAPVT NONVM

¶Prima diuiſio antepprædicamentalis.

EOrum quæ dicuntur, alia ſecundum complexionem dicuntur, alia vero ſine complexione. Prima diuiſio.

¶Cuiꝰ diuiſiõis ſententia eſt, terminorũ quoſdã eſſe cõplexos ſiue compoſitos ex pluribꝰ, quoſdam eſſe ſimplices, incõplexos, atq; incõpoſitos. Terminꝰ incõplexus dicit̃, qui ex pluribꝰ dictionibus ſignificatiuis nõ componitur, vt iuſtus, ſuperbꝰ, homo, equꝰ currere, ſedere. &c. Terminꝰ autẽ complexꝰ dicitur qui ex pluribꝰ dictionibꝰ ſignificatiuis adinuicẽ rite vnitis cõponit̃. Vt homo albꝰ. Petrꝰ & Ioannes Petrus eſt probus, Ioannes eſt doctus &c. ¶Signanter dicitur, ex pluribꝰ dictionibꝰ ſignificatiuis, quoniam terminũ complexũ non facit cõpoſitio ſyllabarum aut literarũ, neq; etiã dictionũ plurium non ſignificantiũ, ſed tãtum cõpoſitio pluriũ ſignificatiuarum dictionũ. Imo neq; hoc ſufficit ad terminũ complexum, quod cõponatur ex partibus, quæ extra cõpoſitionem per ſe ſumptæ, ſunt ſignificatiuæ, Terminus complexus.

 ſed opor-

triplex diſtinguere cõplexum, & triplex item incõplexum:nẽpe cõplexum voce tantũ, complexũ ſignificatione tantũ, complexũ voce & ſignificatione ſimul,atq; itẽ incõplexum voce tantũ,ſignificatiõe tantũ,voce ſimul & ſignificatione. ¶Cõplexũ voce tantũ dicit̃,qđ ſcđm apparentiã vocabuli ex pluribus cõponit̃ dictionib9 ſignificatiuis,quę tamẽ ſecundũ veritatẽ in illa cõpoſitione ſignificatiue non ſunt,ſed vnã ſimplicẽ ſignificationẽ totũ habet. Huiuſmodi ſunt noia & verba figuræ cõpoſitæ,de quibus iã ſupradixim9. ¶Complexũ ſignificatione tantum dicit̃,quod ſcđm vocẽ non habet partes ſignificatiuas ex quib9 cõponat̃,in mente tamẽ plures habet concept9 adinuicẽ coniunctos & ſignificationẽ habet cõpoſitã,Vt cũ dico curro ſubintellecto pronomine,ſcđm vocẽ quidẽ. Hoc incõplexnm eſt,in mẽte tamẽ reſpõdet concept9 pronominis & verbi, ego curro.Ita putãt nõnulli de verbis imperſonalib9 paſſiuis,legit̃, docet̃,currit̃. Videtur eñ ſignificatione eſſe cõplexa,qm̃ legit̃ tantundẽ valet,ac ſi dicas, lectio fit,curritur,fit curſus,docet̃,fit doctrinatio, Similiter ſentiunt de illis verbis quę vocant̃ exemptæ actionis pluit,ningit,tonat.gradinat &c. ¶Cõplexum aũt voce & ſignificatione,eſt qđ & in voce & in mente plures habet dictiones ſignificatiuas adinuicẽ cõpoſitas.vt homo iuſt9,vir bon9, Deus viuit Et de hoc principaliter fit ſermo. ¶Per contrariũ vero facile eſt definire incõplexum voce tantũ,ſignificatione tantũ,voce & ſignificatione ſimul. Incõplexum eñ voce tantũ eſt,quod ſcđm vocẽ nõ cõponitur ex partib9 ſignificãtibus.attamẽ in mẽte eſt cõpoſitio & cõceptus reſpõdet cõpoſitus. Incõplexum aũt ſignificatione tantũ eſt,quod ſcđm vocẽ eſt cõpoſitũ ex pluribus9 dictionib9,ſed in mẽte nõ eſt cõpoſitio,tantũq; ſimplex cõceptus toti vocabulo reſpõdet in aĩo. Ex q; õne cõplexũ voce tantũ, incomplexum ſignificatione tantũ, quẽadmodmodũ omne complexũ ſignificatione tantũ,eſt incõplexũ voce tantũ & ecõtrario.Incõplexo autẽ voce & ſignificatione ſimul oino ex aduerſo oppor complexũ

Cõplexum voce tantũ

Cõplexum ſignificatione tantũ

Cõplexum voce,& ſignificatione.

Triplex incõplexum.

voce & ſignificatiõe ſimul. Ipſum eſt quod neq; ſecundũ vocẽ ex pluribꝰ dictionibꝰ componit̃ ſignificatiuis, neq; etiã ſecundũ rem & ſignificatione. Et hoc propriiſſime incõplexum dicit̃. Nihilominꝰ etiam proprie incõplexum dicit̃, quod eſt incõplexũ ſignificatione tantũ, & complexũ voce. In propoſito nãq; complexionẽ maxime reputamꝰ ſecundum ſignificationẽ, ita vt vbi ſignificatio inueniat̃ cõpoſita: proprie dicamꝰ complexionẽ; incomplexionẽ vero, vbi fuerit ſignificatio ſimplex & cõceptus incõpoſitus. ¶ Cõducit aũt hæc diuiſio ad diſtinguendum cõplexa ab incõplexis, propter ordinẽ prædicamentorũ: quoniã (vt habet maxima Dialectica) nullum complexũ in prædicamẽto aliquo locũ habet, intelligendo de cõplexione ſecundũ ſignificationẽ. Nam ſecundum vocẽ complexio nihil impedit.

¶ CAPVT VNDECIMVM

¶ Secunda diuiſio antepraedicamentalis.

Secunda diuiſio.

EOrũ quę ſũt, alia de ſubiecto quodã dicunt, in ſubiecto vero nullo ſũt, alia in ſubiecto quidẽ ſũt, de ſubiecto vero nullo dicũt, alia de ſubiecto quodã dicũt, & ſũt i ſubiecto, alia vero neq; i ſubiecto ſũt, neq; de ſubiecto dicunt. Pro cuius diuiſionis intellectu explicandũ eſt, quid in propoſito ſit, eſſe in ſubiecto & dici de ſubiecto. Poſſumꝰ autem iſta, vel rebꝰ applicare vel vocibus, ſicut & alibi admonuimꝰ, quæ rebus conueniunt ea & vocabulis ſuo modo aptari, atq; econtrario, quæ de vocibꝰ dicunt̃, ſuo modo rebꝰ applicari. ¶ Loquẽdo de vocibꝰ, dici de ſubiecto eſt prędicari eſſentialiter de aliquo, eſſe autẽ in ſubiecto eſt prædicari de aliquo accidẽtaliter. Vt anial dicit̃ de hoie, tanq̃ de eſſentialiter ſubiecto, & albũ dicit̃ de homine accidẽtaliter tanq̃ de ſubiecto accidẽtali. ¶ De rebꝰ autem lo-

Dici de ſubiecto & eſſe in ſubiecto quid ſit.

tem loquẽdo dici de ſubiecto,eſt eſſentialiter eſſe in
aliquo,vel mediãte vocabulo de aliquo eſſẽtialiter
prędicari.Eſſe vero in ſubiecto,eſt accidẽtaliter eſſe
in aliquo tanꝗ in ſubiecto accidẽtali, vel mediante
vocabulo accidẽtaliter de aliquo ꝓdicari.Sic natu=
ra gñica aĩalis dicit̃ d hoie,& ipſa albedo eſt in ho
mine.¶Ex quo patet,aliter accipi ſubiectũ,cũ dicit̃
prædicari de ſubiecto:aliter,cũ dicit̃,eſſe in ſubiecto
Illic eñ ſubiectũ intelligit̃ eſſẽtiale,qđ videlicet in
ſe aliquid eſſentialiter cõtinet,tanꝗ ſui partẽ eſſenti-
alem,ſi de reb⁹ loquamur. Vel vocabulũ qđ eſſen-
tiali prædicatione alicui prædicabili ſubijcit̃, vt eſt
ſpecies reſpectu gñis,indiuiduũ reſpectu ſuę ſpeciei
& cõſtituta ſpecies reſpectu cõſtituẽtis differentiæ.
De quib⁹ in præcedẽti Prædicabiliũ libro plen⁹ eſt
determinatũ.Cũ aũt dicit̃ eſſe in ſubiecto, intelligit̃
ſubiectũ accidẽtale,cui videlicet aliquid inhęret ac-
cidẽtaliter, ſi de rebus loquamur:vel vocabulũ qđ
ſubijcit̃ alicui prædicato in prædicatione acciden ta
ria.Hoc premiſſo ita eſt intelligenda diuiſio. ¶Eo- Exponit diuiſio.
rum quæ ſunt.i.inter õnia quæ ſubſiſtunt in reꝝ na
tura,hęc eſt quadruplex differentia,vt aliqua dicant̃
de ſubiecto aliquo eſſentialiter,de nullo aut acciden
taliter.Alia ſint in ſubiecto aliquo accidẽtaliter, &
accidẽtaliter prędicent̃ de eo,eſſentialiter tamen de
nullo ſubiecto poſſint prædicari. Alia & prædicent̃
de aliquo eſſentialiter,& de aliquo alio(nunꝗ autẽ
de eodẽ)accidẽtaliter. Vltĩa neqꝫ eſſentialiter de ali-
quo prædicent̃,neqꝫ itẽ accidẽtaliter de aliquo. Hęc
autẽ diuiſio quadrimẽbris,õnia cõplectitur quæ in-
ueniunt̃ in reꝝ natura ſubſiſtẽtia. Omne eñ quod
eſt creatum,vel eſt ſubſtãtia,vel accidẽs,& rurſum,
omnis ſubſtãtia vel vniuerſalis & cõmunis eſt, vel
particularis.Sic itẽ accidẽs vel eſt vniuerſale vel ſin
gulare:ex quoꝝ adinuicem cõpoſitione, iſta con-
ſurgit quadrimẽbris diuiſio. ¶Sub primo namqꝫ
membro cõprehenduntur omnes ſubſtantiæ vni- Primũ mẽbrũ
uerſales,omnes videlicet naturæ genericæ & ſpeci-
ficæ, prædicamenti ſubſtantiæ:quæ omnes dicũtur
de ſubiectis,quoniã eſſentialiter inſut ſpeciebus &

indiuiduis ſibi ſubiectis,ſed nulla illarũ poteſt eſſe in ſubiecto, qm̃ nulla ſubſtãtialis natura gñrica vel ſpecifica,poteſt alicui ſubiecto ineſſe accidentaliter, aut de aliquo accidẽtaliter prædicari.Nihil em̃ poteſt dici accidẽtaliter homo,vel aĩal, vel ſubſtantia. Sub hoc mẽbro cõprehendi etiã videnť, naturę differentiales,quę ſpecies cõſtituunt, Nã & ipſe eſſentialiter inſunt ſpecieb⁹,quas cõponunt, & nulli inſunt mere accidentaliter,ſcđm eũ modũ, quẽ paulo poſt dicem⁹ in definitiõe Ariſtotelis,qua definit ipſe quid ſit eſſe in ſubiecto.Nihil em̃ poteſt aſſignari qđ ſit accidẽtaliter rationale,aut ſenſibile:ſed quicquid tale eſt,eſſentialiter tale eſt. ¶ Sub ſecũdo mẽbro cõprehenduntur,accidẽtia ſingularia, vt hæc albedo,iſta hũilitas,atq; ita in ceteris. Hęc em̃ in ſubiecto aliquo ſunt accidẽtaliter, & de eo prædicãtur accidẽtaliter mediãtibus ſuis denomiãtiuis. De nullo aũt eſſentialiter valẽt prędicari,neq; eſſentialiter vlli ineſſe. ¶ Subtertio mẽbro continẽtur õnia accidentia vniuerſalia, vt albedo in generali,virtus,ſcientia,& ſimilia. Hæc em̃ cõmunia accidẽtia, & ſubiecta habẽt in quib⁹ accidẽtaliter inhęrẽt & inſuper ſingularia accidẽtia habẽt,quib⁹ inſunt eſſentialiter ſicut natura ſpecifica accidẽtalis eſt in oĩbus ſuis indiuiduis.i.ſingularib⁹ accidẽtibus illi⁹ naturæ. Vel etiã accidẽtia vniuerſalia inferiora habẽt quibus inſunt,vt natura gñica accidẽtalis eſt in naturis ſpecificis ſibi ſubiectis,vt natura coloris eſt in natura albedinis,& natura albedinis,in hac atq; illa albedine & in ſingulis indiuiduis.Sub hoc membro propria cõmunia ſimul cõprehendi ſolẽt, vt riſibile,flebile, ſicut propria particularia ad mẽbrum ſecundũ reducunť. Sunt em̃ propria accidẽtibus ſimilia, vt differentiæ generi & ſpeciei. ¶ Quartũ vero membrũ habet ſubſtantias particulares,ſiue indiuidua prædicamenti ſubſtãtiæ. Quæ neq; de ſubiecto aliquo dici poſſunt eſſentialiter,cũ nihil habeant ſe inferius de quo poſſent prędicari.Neq; in vllo ſubiecto poſſunt ineſſe accidẽtaliter,cũ æque repugnet ſubſtantia,eſſe in aliquo accidẽtaliter,atq; accidenti repugnat,ex

Secũdũ mẽbrũ.

Tertiũ mẽbrũ.

Quartũ mẽbrũ.

nat ex ſua natura per ſe ſubſiſtere. Ad hunc aūt modum enarrata diuiſione ac rebus applicata, facile eſt eandem & vocibus ſuo modo accommodare,

¶ Figura ad oculū demonſtrās ſingulorū mēbrorū prædictę diuiſionis conuenientiā aut differentiam.



¶CAPVT DVODECIMVM.

¶Definitio eſſe in ſubiecto poſita ab Ariſtotele,

Q Vid autẽ ſit eſſe in ſubiecto & quæ ſit natura eorũ quæ ſunt in ſubiecto plenius definit Ariſtoteles, in hunc modum.

Eſſe in ſubiecto definitio

In ſubiecto eſſe dico, quod cum in aliquo ſit non ſicut quędam pars, impoſſibile eſt ſine eo eſſe in quo eſt.

¶Cuius definitionis hic eſt ſenſus. Illud eſt in ſubiecto, quod exiſtens in aliquo non per modum partis neq; integralis neq; eſſentialis ſic ipſi tamen inhæreret & ſic in illo ſuſtẽtatur cui ineſt, vt ſeparatim extra ipſum ſubiectum non poſſit ſubſiſtere, ſed quam diu eſt, in ſubiecto debet ſuſtentari. ¶Quæ definitio pulchre explicat naturam accidentis, ipſum q; ab eſſentialibus diſtinguit. Modum em̃ deſcribit quo accidens ſuo inhæret ſubiecto longe differentem a modo quo eſſentialis natura ineſt illi cui⁹ eſt Natura em̃ eſſentialis, id eſt, generica & ſpecifica, atq; etiam differentialis, in eſt rei in qua eſt, ſicut pars ipſius eſſentialis, nimirũ ipſam componens & conſtituens eſſentialiter, quemadmodum in priori libro oſtendimus naturam genericam eſſe in ſpeciebus ſubiectis ſpecificam in indiuiduis, & differentialem in ſpecie cõſtitua ac ſubiectis indiuiduis. Accidens vero dicit Ariſtoteles eſſe in ſubiecto, nõ ſicut partem aliquam. ¶Quod tamẽ ita ſupplendo exponunt, vt id quod in ſubiecto eſt ſecundũ propoſitũ loquẽdi morẽ, debeat eſſe in aliquo non ſicut pars ipſius ſubiecti, neq; etiam alterius vnius quod ſimul cum ipſo conſtitueret atq; componeret ita vt id quod dicitur in aliquo vt in ſubiecto eſſe non ſolum non poſſit ipſum conſtituere, ſed neq; cũ ipſo aliquid vere & ſubſtãtialiter vnũ poſſit conſtituere. Quemadmodũ iuſtita exiſtẽs in anima, nec eſt animę pars, nec cum anima aliquid vnũ componit. Similiter nec color cum corpore, vt c[illegible] ſubiecto ineſt. Ex

eſt. Ex accidēte quippe & ſubiecto nihil proprie vnum conſtat, ſed aggregatione tantum ſunt vnum. ¶ Hoc autem ita ſupplēdo exponitur, propter formas ſubſtantiales, quæ non dicūtur eſſe in materia tanq̄ in ſubiecto, cum nō ſint formæ accidētales ſed omnino ſubſtantiales. Attamē definitio tota iā poſita illis cōueniret, ſi non ſupplementū illud adijceretur. Sunt quippe formę ſubſtātiales in materia nō ſicut eius quædam partes, eſt quoq; impoſſibile eas eſſe ſine materia vel extra eā, loquēdo de omnibus formis ſubſtātialibus, ſola anima rationali excepta. Verū per adiectionē ſupplementi illi⁹ aperte excluduntur, quoniā ſunt formæ in materia tanq̄ partes eius quod ſimul cū ipſa cōponunt atq; conſtituunt. Siquidē forma cū materia rem naturalē componit, quod vere & ꝓpriiſſime quid vnū eſt. Vt ꝟbi gratia, anima rationalis cū corpore humano cōſtituūt hominē, anima equi cū materia cōſtituunt equum, anima vegetatiua arboris cū materia, in qua eſt cōponit arborē atq; ita in reliquis, iuxta quod plenius tractauim⁹, in libris de cōſyderatione rerū naturalium, lib. i. qui inſcribiť de materia & forma. Quāuis itaq; forma ſubſtātialis non ſit in materia, tanq̄ pars eius, nō tamen eſt in ea, vt in ſuo ſubiecto, eo quod ſit pars eius cōpoſiti quod ſimul cū ipſa cōponit. i. quia ſimul cum ipſa aliquid vere vnum conſtituit. ¶ Similiter dicunt & de differētiali natura reſpectu naturæ genericæ quā diuidit & cōtrahit ad certam ſpeciem cōponendā, iuxta modū in priori libro, determinatū, in capite de differētia. Sic enī videť ſe habere natura differētialis ad genericā naturā quā contrahit in cōſtituendo certā ſpeciē cum ea, quēadmodum ſe habet forma ſubſtātialis reſpectu materię, in cōponendo cū ipſa vnū aliquod ſuppoſitū indiuiduale. Vnde ſicut nō admittitur forma eſſe in materia vt in ſubiecto, ita neq; videť concedendū, differentiam eſſe in genere vt in ſubiecto. Poſſet tamē ei definitio dicta recte applicari, niſi addereť ſupplemētum illud. Eſt enim natura differētialis in generica quā diuid[illegible] cōtrahit, nō ſicut pars aliqua ipſi⁹: cū

manife

manifeſtũ ſit,gen⁹ nõ cõponi ex differentijs ſuis diuiſiuis,ſed tantũ conſtitutiuis. Per prędictũ aũt ſupplementũ fit,vt ei definitio nõ poſſit applicari:quoniam licet ipſa ſit in generica natura nõ vt pars aliqua ipſi⁹,eſt tamẽ in ea vt pars eius quod ſimul cũ ipſa cõponit,nempe ſpeciei quã ſimul cũ ipſa cõſtituit,facitq; cũ ea quid vere vnũ nempe ſpecificã naturam. Sic enim in libro præcedẽti declaranim⁹,naturam genericã,adueniẽte natura differentiali, pariter conſtituere ſpecificã naturã. ¶ Quod autẽ pro ſecũdã definitionis parte ſubiungit Ariſtoteles, dicens, Impoſſibile eſt ipſum eſſe ſine eo in quo eſt,partim facit ad declarandã naturã,eius,quod eſt in ſubiecto queadmodũ Porphyrius in libro prædicabiliũ definiendo accidẽs,dixit ſemper ipſum in ſubiecto ſubſiſtere.i.non poſſe ſeparatim extra ſubiectũ eſſe, ſed debere quãdiu eſt ſuo ſubiecto inhærere. Cui aſtipulatur,quod ait in Phyſicis Ariſtoteles. Accidentis eſſe eſt ineſſe,quoniã videlicet ſicut de natura ſubſtãtiæ eſt, per ſe ſubſiſtere,vt nõ poſſit alteri inhærere ita eſt de natura accidẽtis,in ſubiecto aliquo hærere,atq; ab illo portari & ſuſtẽtari. Loquimur ĩ his naturalibus,ſecundũ naturalẽ tantũ potentiã,ſecundum quã Philoſophorũ dicta (quæ rationi innituntur,non fidei) ſemper ſunt exponenda. Fide enim edocti ſcimus,authori naturæ. Deo non eſt impoſſibile omne verbũ,vt poſſit ipſe accidẽs quod in ſubiecto eſt,& de ſubiecto hoc tráſfundere idẽ numero in aliud,& prorſus extra omne ſubiectũ conſtituere;quẽadmodũ de ſpecieb⁹ in Sacramẽto altaris apparentibus,credunt,omnes qui pie & recte credunt iuxta normã orthodoxæ fidei. ¶ Partim quoq; addita eſt particula illa,propter excludẽda ea quæ ſecundum alios modos eſſendi in,ab eo de quo nos loquimur diuerſos,ſunt in aliquo. Queadmodũ videlicet vinum in vaſe eſt,tanq̃ locatũ in loco & annulus eſt in manu tanq̃ circundans & ornans eã,item res tẽporales ſunt in tẽpore quo menſurant. Hæc aũt nõ ſic ſunt in illis,vt in ſubiectis. Neq; tamẽ per priorẽ particulã definitionis excludunt,quoniã locatũ eſt in loco.

in loco non vt pars quędam eius, ſimiliter annulus in digito, & res temporalis in tempore. Per poſteriorem ergo hanc particulam excluduntur, quoniam poſſibile eſt illa eſſe ſine ijs in quib⁹ ita ſunt. Poteſt eñ vinum eſſe ſine vaſe, & annulus ſine digito, & res poteſt eſſe elapſo hoc tempore in quo nunc eſt, & quo nunc menſuratur. ¶Pro cuius rei pleniori intellectu, operæprecium fuerit hic paucis annotare octo modos eſſendi in aliquo, quos in Phyſicis ſuis Ariſtoteles enumerat. Primo eñ dicitur aliquid eſſe in alio, vt pars integralis in toto integrali vt manus hominis in homine. Secundo, totum eſt in omnibus ſuis partibus. i. in eis & ex eis conſiſtit, quia ex ipſis eſt compoſitũ. Tertio, ſpecies dicit̃ eſſe in genere, id eſt, ſub genere, quoniã genus ſua communitate ambit & intra ſe cõplectitur omnes ſuas ſpecies. Quarto, gen⁹ eſt ſuis ſpeciebus, tanquã pars earum eſſentialis. Quinto, forma ſubſtãtialis eſt in materia quã informat, & accidens in ſubiecto ſuo. Inter quæ tamẽ eſt hæc diſiunctio (vt ſupra lati⁹ declaratũ eſt) quod forma facit cũ materia quid vnum non autem accidens cũ ſubiecto. Sexto, dicitur effectus eſſe in cauſa, ſecundũ virtutem & efficaciam, vt in ſole dicit̃ eſſe calor. Septimo, dicitur eſſe rex in regno, ſecundũ authoritatẽ. ſ. poteſtatẽ, & imperium. Octauo modo dicitur locatũ eſſe in loco, vel contentũ in continente. Hæc ita paucis dicta ſufficiant, pro intellectu antepraedicamentaliũ diuiſionum; quarum quæ ſit vtilitas, in ſubſequentibus fit manifeſtum. ¶CAPVT XIII.

Octo modi eſſendi in aliquo

¶De prima regula antepraedicamentali.

Prima regula.

POſt tres definitiones & duas diuiſiones, duas adhuc regulas antepraedicamentorum tractatum præmittit, quarum prior hæc eſt.

Qñ alterum de altero prædicat̃ vt de ſubiecto, quęcũq; de eo quod prędicatur dicunt̃, oĩa etiã de ſubiecto dicunt̃

¶Huius

¶ Huius regulæ ſenſus eſt. Quando alterũ de altero prædicatur eſſentialiter, quicquid de illo pri⁹ prędicato, eſſentialiter vt de ſubiecto poteſt prædicari, omne illud neceſſario debet etiã de primo ſubiecto prædicari. Vt, verbi gratia, animal de homine prædicaſ eſſentialiter, dicẽdo, homo eſt animal. De animali vero prædicatur eſſentialiter corpuſanimatũ, dicendo, animal eſt corpuſanimatũ. Propter hoc & corpuſanimatum de homine primo ſubiecto, debet vere atq; eſſentialiter prædicari, dicendo, homo eſt corpuſanimatum. ¶ Signanter dictum eſt, quando alterũ de altero prædicatur eſſentialiter vt de ſubiecto, ac deinde iterũ repetitur, eſſentialiter, dicendo quæcunq; de eo quod predicatur, eſſentialiter dicuntur: quoniã nõ niſi in prædicationib⁹ eſſentialibus habet hæc regula certam veritatẽ. Id quod manifeſto probatur exẽplo, illic etiã vbi prior prædicatio eſſentialis erit. Homo nãq; eſſentialiter de Ioanne prædicaſ. dicẽdo Ioannes eſt homo. De homine vero prædicatur (ſed accidẽtaliter nõ eſſentialiter) humilis, bonus, ſancti⁹, dicẽdo, homo quidã eſt ſanctus & iuſt⁹ & bon⁹. Hinc tamẽ non licebit inferre, prędicata illa dici de primo ſubiecto nẽpe Ioanne, qui forſitã totus eſt improb⁹. ¶ Quanquã autẽ hoc in loco regulã iſtam cõſtituens Ariſtoteles nõ intẽderit argũmentationũ formã deſcribere, eo quod hic nõ ſit argumentationũ locus, ſed tractatus vocũ ſimplicium, certũ eſt tamẽ, ex vigore & virtute ei⁹ validas ſumi poſſe argumentationes, eaſq; ſub duplici forma. Prius quidẽ (per propoſitiones, quas vocant neoterici de actu ſignato) ad hũc modũ. Homo prædicatur de Ioãne, & animal prædicatur de hoie, conſequẽs igitur eſt, animali prædicari de Ioanne, vbiq; intellige eſſentialiter. Secũdo (per propoſitiones quas appellant de actu exercito) ad hunc modũ. Ioannes eſt homo, & homo eſt animal, eſt igitur Ioannes animal. Intellige item vbiq; eſſentialiter, Sic in accidẽtibus, humilitas eſt virtus, virtus eſt habitus, humilitas ergo eſt habitus. ¶ Non eſt tamen bona hæc argumentandi forma, ſed rarior

teriæ valẽt iſtæ iam factæ argumentationes: quoniã videlicet ex materia conficiunt̃ certa, nẽpe prædicationũ eſſentialiũ: vbi ſi alia acciperet̃ materia, prædicationũ videlicet accidẽtalium, ſeruata penitꝰ eadem argumẽtandi forma, male cõcluderet argumentatio, quẽadmodũ eſt ſupra exẽplo monſtratum. Si vero modũ hunc argumẽtandi volumꝰ ad bonam formã redigere, ita vt ipſa forma argumẽtandi valeat, quacunq; accepta materia, vtpote tam in accidentalibus quã in eſſentialibus prædicationibꝰ, nihil opus eſt niſi ſecundã prædicationẽ vniuerſalẽ acciperet: ita videlicet vt terminꝰ ille qui in prima prædicatione prædicat̃ de altero, in ſecunda vbi ſubijcit̃, cum vniuerſali ſigno ſumat̃. Sic em̃ erit bona & infallibilis argumẽtandi formula ad hunc modũ. Ioannes eſt homo, õnis autẽ homo eſt animal, eſt ergo & Ioannes animal. In accidẽtalibus prædicationibꝰ ſimiliter argumẽtare. Ioãnes eſt homo, omnis autẽ homo eſt iuſtꝰ ac probus, eſt ergo Ioannes iuſtus ac probus. ¶Hanc formã argumẽtandi nemo calumniari poteſt. Non em̃ poterit ſimili forma argumentandi retẽta, vlla argumẽtatio mala inueniri, in qua poſſit antecedens dari verũ ſine conſequente. Hoc etiam ſeruato, quod ſi prima propoſitio fuerit particularis inferat̃ concluſio ſimilis. Nã ſi prima propoſitione exiſtente particulari, concluſio inferret̃ vniuerſalis, mala eſſet forma, tametſi forſitã interdũ ratione materiæ valeret argumentatio. Vt ſi quis ita argumentaret̃. Animal eſt homo, & õnis homo eſt rationalis, igit̃ omne animal eſt rationale, nihil valet forma eiuſmodi: quoniã manifeſtũ eſt illic antecedens eſſe verũ, conſequente exiſtente falſo, quod in bona argumẽtatione fieri non poteſt. ¶Argumẽtationes autẽ quæ ex vi huius regulæ formantur a diſputantibꝰ, interdũ ab ipſa regula ſolent appellari argumẽtationes primæ regulæ anteprædicamentalis, vel per primã regulã antepædicamentalẽ factæ, eo quod ſuã bonitatẽ ſumant ex vi huius regulæ ſecundum debitũ modũ intellectæ, iuxta quod ſupra ex[illegible] eſt. Interdũ appellant̃ argumentationes a

primo

primo ad vltimũ,eo quod in cõcluſione tandẽ fiat reditus ad coniungendũ vltimũ prædicatũ ei⁹ propoſitionis quæ in antecedente fuit vltima,cũ ſubiectio primæ propoſitionis. ❡Fitq; frequẽter hæc argumentatio multiplex,ita vt vna in ſe multas concludat.Exẽpli gratia,cũ ita argumentor.Ioannes eſt homo,homo eſt animal,animal eſt corpuſanimatũ corpuſan imatũ eſt corpus,corpus autẽ eſt ſubſtãtia, igitur Ioãnes eſt ſubſtãtia.Vel ſecundũ formam bonam,hoc modo.Ioannes eſt probus,omnis probus credit in Deũ,omnis credens in Deũ eſt grat⁹ Deo omnis Deo grat⁹ eſt filius regni,igiẽ Ioannes eſt filius regni.Huiuſmodi aũt argumẽtationes proprie appellanẽ à primo ad vltimũ,in quibus ſic per multas prædicationes fit trãſitus.❡Omnes autẽ huiuſmodi argumẽtationes,etiã quæ fiunt ex non eſſentialibus prædicationib⁹,ex vi regulæ hui⁹ accipiũt robur,ſi ita intelligaẽ.Quæcunq; de eo quod prædicatur dicunẽ vniuerſaliter,ſi ita tantũ ad dicunẽ addatur vniuerſaliter.Manifeſtũ tamen eſt,Ariſtotelẽ non eſſe loquutũ niſi de eſſentialibus propoſitionibus,neq; à propoſito hic tradere voluiſſe vllã argumentandi formã.Quare hæc tanq̃ a propoſito noſtro extranea,omittam⁹ proſequi longi⁹,inq; ſyllogiſmorũ librum(vbi proprius eſt eorũ locus) pleni⁹ tractãdæ argumentationũ formæ ſeruenẽ.Pauca tamen hæc quæ iã dicta ſunt,hoc in loco breuiter tractare volum⁹,ne multis diſputatorib⁹ celebrẽ hũc argumentandi modũ,qui ſecundũ regulã iſtam ſumitur,prorſus non attigiſſe videremur.

❡CAPVT XIIII.

❡Secunda regula antepraedicamentalis.

Diuerſorũ generũ & nõ ſubalternatim poſitorũ, diuerſæ ſũt ſpecies & differẽtiæ Subalternorũ verò generũ nihil phibet eaſdẽ eſſe differẽtias Secũda regula.

¶Vbi primo notandū eſt,in exemplarib⁹ vulgatis hanc regulam corrupte legi. Sic em̄ paſſim legitur. Diuerſæ ſunt ſpecies & differentię, vt & cōiunctio copulet inter ſpecies & differentiam,tanq̄ inter duos nominatiuos Ex originali autē Gręco textu manifeſta inuenit̄ corruptio. Sic enim habet. τῶν ἑτερογενῶν καὶ μὴ ὑπάλληλα τεταγμένων, ἕτεραι τῷ εἴδει καὶ αἱ διαφοραί. Hoc eſt. Diuerſorum generum & non ſubinuicem poſitorū,diuerſæ ſpecie vel ſecundū ſpeciē ſunt etiam differentiæ. Atq; ita legit Boetius,tā in Cōmentarijs,quam in textu interpoſito. In textu em̄ ſic legit. Diuerſorum generꝫ & non ſubalternatim poſitorū , diuerſæ ſunt ſpecie differentiæ. In Commentarijs autē ſic legit. Diuerſę ſunt ſecundū ſpeciem. &c. Cōmētator quoq; Auerrois,locum iſtum exponēs ſic ait. Genera diuerſa & non ſubiecta vel ordinata,alia ſub alijs differentias habēt diuerſas in ſpecie. Arbitror autē hanc corruptionē literę factā eſſe a nō intelligentib⁹,quibus mirandū videbatur,dicere ,differētias ſpecie diuerſas. Quanq̄ nō eſt in hoc difficultas permagna Dicim⁹ em̄ differentias diuerſas ſecundū ſpeciē,quę ſpecies diuerſas cōſtituunt,ſicut differētias,diuerſas, genere,quæ cōſtituunt diuerſa genera. ¶Habet aūt hęc regula Ariſtotelica duas partes. Prior eſt. Diuerſoꝝ generū & non ſubalternatim poſitoꝝ.i.quoꝝ neutrum ponit̄ ſub altero,eſſe etiā diuerſas differentias Id declarat exēplo,in animali & ſciētia,quę manifeſtum eſt genera eſſe nō ſubalternatim poſita, quoniam nec animal ſub ſciētia,nec ſub animali ſciētia ponitur. Habent autē differētias diuerſas. Animal em̄ habet differētias per quas diuidit̄,greſſibile, volatile,bipes,aquatile. Volatili namq; ſub animali cōſtituit autē,aquatile piſcem,ſicut reptile ſerpētem : & ob hoc quod ſic ſub eodem genere diuerſas ſpecies conſtituunt,recte dicuntur differentię ſecundū ſpeciem diuerſę. Scientia vero non illas eaſdem habet differentias. Non em̄ ſcientia diuiditur in greſſibilem,volatilem,aquatilem,aut bipedem , ſed potius in ſerm[illegible]tinalem,rationalem,& moralem. Ita in eo

dē præ

dem prædicamẽto ſubſtãtię,corpuſanimatũ & corpuſinanimatũ,duo genera nõ ſubalternatim poſita habẽt diuerſas differẽtias per quas diuidunt. Nã corpuſanimatũ diuidit per ſenſibile & inſenſibile, corpuſinanimatũ vero,diuidit in cœleſte & elemẽtare. ¶Loquit autẽ Ariſtoteles,in hac parte priori de differẽtijs diuiſiuis,id qđ ex ipſi⁹ declaratione exẽplari,facile patet. Loquẽdo em̃ de differẽtijs conſtitutiuis ſuperiorib⁹,ſic generꝶ etiã nõ ſubalternatim poſitorum eædẽ poſſent aſſignari differẽtiæ. Vt verbi gratia,anĩal & planta genera ſunt nõ ſubalternatim poſita:quoniã nec animal ſub plãta ponit,nec econtrario plãta ſub animali,ſed ſub eodẽ genere corpuſanimatũ ex ęquo ſunt poſita,vt ſpecies proxie. Habent tamẽ eaſdem aliquas differẽtias ſuperiores cõſtitutiuas,ſibi cõmunes,nẽpe animatũ & corporeũ. ¶Veruntamẽ de cõſtitutiuis proprijs generꝶ differentijs loquẽdo,id foret impoſſibile, vt duo genera nõ ſubalternata,eaſdẽ haberent differẽtias, vel eandem differentiã conſtituentẽ vtrumq; gen⁹. Proximas em̃ & proprias generꝶ diuerſorꝶ conſtitutiuas differẽtias oportet diuerſas eſſe,quẽadmodũ in prædicabiliũ libro pleniſſime tractatũ eſt. ¶Scđa pars regulę ita habet. Subalternorũ generꝶ nihil prohibet eaſdẽ eſſe differẽtias. Vbi primo notandũ eſt genera ſubalterna hic accipi pro ſubalternatim poſitis. Simpliciter em̃ genera ſubalterna vt in libro prędicabilium definita ſunt,differũt a ſubalternatim poſitis, cũ poſſint aſſignari ſubalterna gña,quę non ſint ſubalternatim poſita. Vt verbi gratia,anĩal & planta ſunt genera ſubalterna,quẽadmodũ ex prędicabilibus liquet,nõ ſunt tamẽ hic ſubalternatim poſita, quoniã neutrũ ponit ſub altero. Horꝶ ergo generũ ſubalternorꝶ ſiue ſubalternatim poſitorꝶ,nihil prohibet(inquit Ariſto.)eaſdẽ eſſe differẽtias. ¶Quod ita declarat,quoniã ſuperiora ſemper de inferiorib⁹ prædicant:atq; ob hoc,quæcunq; erunt differentiæ prædicati,eaſdem & inferiori ſubiecto cõuenire ſecundum prædicationem,iuxta priorem regulam, Quãdo alterum de altero &c. In qua pa[illegible] dum ita

loquitur. Mihil prohibet eaſdẽ eſſe differẽtias, indi-
cat, nõ omnes neceſſario differẽtias eaſdem eſſe eo-
rum quæ ſubalternata ſunt, poſſe tamen aliquas eſſe
eaſdem. Atq; ita ſane res habet. Nc auis & anial ge-
nera ſunt ſubalternata quæ aliquas differentias ha-
bent eaſdẽ, ſed non omnes. Greſſibile nãq;, volatile,
aquatile, reptile, bipes õnes ſunt differẽtiæ animalis
auis autẽ tantum vna harũ differentia, nẽpe volati-
le, quæ auis eſt cõſtitutiua. ¶ Non igitᷣ omnes diffe-
rentiæ in his ſubalternatis generibꝰ ſunt eædẽ. Ali-
quæ tamẽ eædem inueniuntᷣ. Primũ illa quę eſt ani
malis diuiſiua & auis conſtitutiua, eſt vtriuſq; diffe
rentia, licet diuerſo modo, illius nẽpe diuiſiua & hu
ius conſtitutiua. Deinde, ea quæ immediate conſti-
tuit animal, nẽpe ſenſibile, aliquo modo vtriuſq; eſt
differẽtia. Sicut enĩ eſt animalis immediate cõſtitu-
tiua ſic auis quod ſub animali ponitᷣ, eſt conſtituti-
ua mediate, & de aue eſſentialiter vtiq; prædicatur,
ſicut de animali. Ita & de õnibus alijs differẽtijs ſu-
perioribus dicendũ. Nulla enĩ differentia conſtitu-
tiua neq; mediata neq; immediata alicui generi cõ-
uenit, quæ nõ ſimul õnibus etiam conueniat, ſub ip-
ſo poſitis. ¶ Ac de his quidẽ conſtitutiuis differen-
tijs intelligere ſe poſteriorẽ iſtam partẽ mõſtrat. Ari
ſtoteles, cũ declarando ſubiungit. Superiora de infe
rioribus prædicantᷣ. Quare quæcunq; fuerint prædi
cati differentiæ, erunt eædẽ & ſubiecti. In diuiſiuis
nãq;, id manifeſtã haberet falſitatẽ. Quãuis enĩ ani-
mal de homine prędicatᷣ vt de ſubiecto; non tamen
quæcunq; ſunt diuiſiuæ prædicati, eædem erunt &
ſubiecti. Generũ itaq; ſubalternatim poſitorũ, nihil
prohibet eſſe eaſdẽ differentias, ſed non neceſſe eſt
omne eſſe eaſdẽ. His ergo de antepredicamẽtis vt-
cunq; tractatis, & qualicunq; claritate elucidatis, ad
præcipuũ prædicamentorũ tractatum alacres tran-
ſeamus, illo prius admonito, ne iſtam noſtrã in ante
prædicamẽtis hiſce qualẽcunq; prolixitatẽ, quaſi ſu-
peruacaneã aut ſuperſtitioſam; lector moroſus ęgre
accipiat. Solet enĩ nimia in fundamentalibus initijs
quæſita breuitas ita ſe vlciſci vt poſtmodũ in præci

puo nego

puo negocio, vel obſcuritate confundat omnia, vel morã duplo tardiorẽ adducat. Ac proinde hanc nõ ſtram in initijs, inqꝫ præparamẽtis præcipui negocij morã aliquanto longiorẽ, in ſubſequentib⁹ magno lucro nobis futurã ſperamus. ¶CAP XV.

¶De enumeratione decẽ prædicamentorum.

INcipiens Ariſtotelis de prædicamentis tractatũ primo diuiſionem conſtituit in qua prædicamẽta ſingula enumerat. Ea eſt hæc.

Eorum quæ ſecundum nullam complexionem dicuntur, ſingulũ aut ſubſtantiam ſignificat, aut quantitatẽ, aut qualitatem, aut adaliquid, aut vbi, aut quando, aut ſitum eſſe, aut habere, aut facere, aut pati. Diuiſio prædicamẽtalis.

¶Vbi dũ pro diuiſo conſtituit ea quę dicunt̃, manifeſte indicat de vocib⁹ ſe loqui, ſicut & in eo quod ſequitur, ſingulũ aut ſubſtantiam ſignificat. &c. Vocabuli quippe eſt ſignificare, ſicut rei eſt ſignificari. Dat quoqꝫ exempla ſingulorũ membroꝝ per ordinem. Eſt autem ſubſtantia (inquit) vt homo, equus, quãtitas, vt bicubitũ tricubitũ, qualitas, vt albũ grãmaticum, adaliquid vt duplũ, dimididiũ: vbi, vt in foro eſſe, vel in lycio: quãdo, vt heri fuiſſe, aut cras fore: ſitum eſſe, vt ſedere, iacere; habere, vt calciatũ eſſe, vel armatũ: facere, vt ſecare, vrere, pati, vt ſecari, vri. ¶Enumerant̃ autẽ hæc decem genera, maxime quantũ ad accidentia, vel in concreto, vel in abſtracto. In abſtracto ſic, quãtitas, qualitas, adaliquid ſiue relatio, vbi ſiue in loco exiſtẽtia, quãdo ſiue in tempore exiſtentia, ſitus, habitus, actio, paſſio. In cõcreto 𝔳o ſic enumerant̃. Quantũ, quale, adaliquid, ſiue relatiuũ, vbi ſiue in loco eſſe, quando ſiue in tẽpore eſſe, ſitũ eſſe, habere, agere, pati. Eſt autẽ hęc diuiſio ſiue potius enumeratio decẽ primoꝝ generũ

ſufficiens, quoniã neq; ſuperfluit neq; deficit vllum membrũ. Nec em̃ aliud genus poterit inueniri, qđ his decem primis adijciatur, neq; ex enumeratis ali quod recte ſubtrahi poterit.

CAPVT XVI.

¶De ſubſtantia in ſpeciali.

INter omnia prædicamenta, merito primũ obti net locũ ſubſtãtia: quoniã cętera omnia ſũt accidentium prædicamẽta. Subſtantia autẽ, accidente eſt dignior, vtpote quæ ipſum debeat ſuſtentare, & quia accidẽtia õnia propter ſubſtantias ſunt, ad eas videlicet ornãdas atq; perficiendas. Inter ſubſtantias autẽ diſtinguit Ariſtoteles, quaſdam vocãs primas ſubſtantias, alias autẽ ſecundas. Primas ſubſtantias (vt figuraliter dicamus) appellat ſubſtantias indiuiduas ſiue ſingulares, id eſt, indiuidua prædicamenti ſubſtantię: Ioannem, Petrum, hunc equum, illum aſinum. Secundas autẽ ſubſtantias appellat ſubſtantias cõmunes ſiue vniuerſales, id eſt, genera & ſpecies prædicamẽti ſubſtantię: vt homo, equus, aſinus, animal, & huiuſmodi, ſunt ſecundæ ſubſtantię. ¶Definitio autem ſiue deſcriptio quam Ariſtoteles aſſignat primæ ſubſtantiæ, hæc eſt.

Definitio primæ ſubſtãtiæ

Subſtãtia quę proprie, principaliter, & maxime dicitur eſt, quę neq; de ſubiecto dicitur, neq; in ſubiecto eſt.

¶Quæ definitio ſiue deſcriptio, duas in ſe includit Prior in periphraſi quæ ponitᷣ a parte definiti innuitur, nempe iſta. Prima ſubſtantia eſt, quæ proprie, principaliter, & maxime ſubſtantia dicitur. Poſterior hæc eſt. Prima ſubſtãtia eſt, quæ neq; de ſubiecto dicitur, neq; in ſubiecto eſt. In priore explicatur ratio nominis, quare videlicet ſubſtãtia ſingularis dicatur prima ſubſtãtia. In poſteriore ex ijs quæ prius dicta ſunt notificatur, quæ appellandæ ſunt primæ ſubſtantię. ¶Quantum itaq; ad priorẽ illã deſcriptionem, ſciendũ eſt, tres illas particulas, proprie, principaliter, & maxime, accipi poſſe pro eodẽ, vt ad maiorem

iorem rei declarationẽ tria illa vocabula adinuicẽ ſic dicanť coniuncta. Nam id frequenter ijs qui aliquid intellectu difficile explicare laborant, euenire ſolet, vt ita per coniunctionẽ copulatiuã plura vocabuſa adinuicẽ connectant, vt quod vno min⁹ ſufficienter, aut nõ ſatis lucide poteſt explicari, ſaltem per plura dicať lucidi⁹. Secundũ hanc ergo ſentẽtiã, proprie ſubſtare, aut ſubſtantiã eſſe, nihil eſt aliud q̃ ſubſtare principaliter, & hoc iterũ nihil eſt aliud, q̃ ſubſtare maxime. ¶Quare autẽ primæ ſubſtantię dicantur maxime ſubſtare, aut eſſe maximę ſubſtãtiæ, ratio eſt, quia plus omnibus ſunt ſubiectæ, & plus omnibus ſubſtant. Quæ autem magis ſunt ſubiectę aut amplius ſubſtant: merito magis ſubſtãtię dicuntur: & quæ maxime ſunt ſubiectæ, merito maxime ſubſtantiæ dicuntur. Quod autem primę ſubſtantię plus omnibus ſubſtant aut ſubiectę ſunt, ita declaratur: quoniã omnia vel in ipſis ſunt, vel de ipſis dicũtur. Omnia quippe accidẽtia, tam cõmunia q̃ ſingularia, ſingularibus ſubſtantijs inſunt, vt in ſubiectis. Omnes vero ſubſtãtię vniuerſales, de primis ſubſtãtijs eſſentialiter vt de ſubiectis prædicanť. Sunt igitur primæ ſubſtantiæ, & ſubiectę omnib⁹ accidentibus accidẽtaliter, & ſubiectæ omnibus ſecundis ſubſtantijs eſſentialiter. ¶De accidentibus ſingularibus, id eſt, manifeſtũ ad oculum: quoniã omnis color eſt in aliquo corpore, õnis item magnitudo, omnis qualitas, in aliqua ſingulari debet eſſe ſubſtãtia, vt in ſubiecto. De accidentib⁹ vniuerſalibus, ex cõſequẽti idẽ patet: quoniã accidẽtia vniuerſalia ſunt in ſingularib⁹ accidentibus eſſentialiter. Sicut ergo accidẽtia ſingularia ſunt in ſubſtãtijs primis accidẽtaliter, ita & accidẽtia cõmunia, quæ nõ poſſunt nõ eſſe vbi ſunt ſingularia. De ſubſtãtijs quoq; vniuerſalibus manifeſtũ eſt, quomõ eis ſunt primæ eſſentialiter ſubiectę: quoniã de primis ſubſtãtijs ſecundæ prędicanť eſſentialiter, vt ex libro prædicabiliũ notum relinquitur. Merito ergo ſubſtantiæ ſingulares peculiariter veniunt appellandæ primæ ſubſtantiæ, eo quod maxime ſubſtent, & maxime ſubiectæ

¶Seuerinus autē Boeti9, tres illas ſuprapoſitas particulas, proprie, principaliter, & maxime, ſubtili cōſyderatione diſtinguit. Proprie nāq; ſubſtantias ait dici ſubſtantias ſingulares, eo quod ſenſui primum ſubiectæ ſint, & proprie atq; immediate cognoſcantur per ſenſum: ac deinde ex ipſis pręcognitis acquiritur cognitio vniuerſaliū ſubſtantiarū. Queadmodum videlicet ſenſui primū proponitur & offertur Ioannes Petrus, Paul9, hic equus, ille equus, ac deinde, ex his elicit̄ cognitio vniuerſalis, hominis & equi: ex quibus deinde elicit̄ cognitio animalis, atq; ita ſemper aſcendēdo in ſuperiora, de quo modo cognoſcendi per abſtractionē vniuerſalia ex ſingularibus, ſuo loco plene determinauim9, in libris, de conſyderatione rerū naturaliū, libro. II. de intellectu capite. II. & I2. ¶Principaliter vero ſubſtātias appellari dicit, eo quod omne accidēs prius inſit ſubſtantię ſingulari, q̄ vniuerſali, vt quaſi ſecundo loco in vniuerſale veniat. Exēpli gratia, color quilibet primū & immediate eſt in hoc aut illo homine, & ſecūdario eſt in homine. Sic & per prædicationē, prius dicitur hic homo eſſe alb9 aut doctus, ac poſteri9 quaſi ex conſequēti, dicitur homo eſſe albus aut doct9 nimirū quia hic vel ille homo eſt alb9 aut doct9. Idcirco eni de ſubſtātia vniuerſali dicit̄ accidens quia de prima aliqua ſecundā illam includente dicitur. Recte igit̄ (inquit) quod prius ſubiectū eſt, principaliter ſubſtātia dicitur. ¶Maxime autē ſubſtantiā appellari dicit, eadē ratiōe quā ſupra nos aſſignauim9 nimirū quia maxime ſubiecta eſt rebus alijs: quoniam omnia aut de primis ſubſtantijs dicunt̄, aut in ipſis ſunt, vt iā ante declarauim9. CAP XVII.

¶De ſecundis ſubſtantijs.

Secundas ſubſtantias ita definit Ariſtoteles.

Definitio ſcdarū̄ ſubſtantiarum.

SEcundæ ſubſtantię dicunt̄ ſpecies in quib9 illę quę principaliter ſubſtātię dicunt̄, inſunt: hæ quidem & harū ſpecierū

ſpecierum genera.

¶Cuiꝰ definitionis hic eſt ſenſus. Secundæ ſubſtantiæ dicuntur ſpecies illæ. in quibꝰ inſunt. i. ſub quibus continent̃ eſſentialiter illæ quæ dicunt̃ principaliter ſubſtãtiæ. i. ſubſtãtiæ ſingulares: ⁊ non ſolũ ſpecies earũ immediate, ſed etiã genera illarũ ſpecierum. Vt homo & equus, ſunt ſecundæ ſubſtantiæ: quoniam ſunt ſpecies in quibꝰ ſunt, & ſub quibꝰ cõtinentur eſſentialiter, primæ ſubſtantiæ. In homine em̃ vel ſub homine, eſſentialiter continent̃ hic homo, ille homo, & cætera õnia indiuidua hominis. Sic in equo vel ſub equo ſunt, iſte equus, ille equus & cętera õnia equi ſingularia. Capit̃ autẽ hic, eſſe in ſecundũ eum modũ. i. quo inferiꝰ eſſe dicit̃ in ſuo ſuperiori: vtputa indiuiduũ in ſua ſpecie, ⁊ ſpecies in ſuo genere. ¶Ne vero putemꝰ ſolas ſpecies ſpecialiſſimas proximas indiuiduis eſſe ſecundas ſubſtantias, adiungit: hę quidẽ, ⁊ harũ ſpecieꝝ genera. Qua adiectione indicat, õnes ſubſtantias vniuerſales dici ſecundas ſubſtãtias: quoniã omnes ſubſtãtiæ vniuerſales quæ nõ ſunt ſpecies ſpecialiſſimæ, ſunt gña aliquarũ ſpecieꝝ quas ſub ſe ſiue in ſe compræhendunt. ¶Quare autẽ iſte dicant̃ ſecundæ ſubſtãtię, facile quiuis poteſt intelligere, cõtraria nimiꝝ ratione ad eã quæ de primis ſubſtãtijs eſt reddita. Secundæ em̃ ſubſtantię merito dici debẽt, quibus alię ſunt priores ſubſtãtiæ. Dici quoqꝫ poſſunt ſubſtantiæ minus propriæ: minus principaliter, & minꝰ ſubſtãtię, comparatione ad primas ſubſtãtias, iuxta ſuprapoſitam Boetij declarationẽ. Minus proprie quidem, eo quod poſteriꝰ cognitioni hominis ſubijciant̃, vtpote quaꝝ cognitio non niſi ex primis ſubſtãtijs poſſit elici. Minꝰ principaliter vero, quoniã accidentia eis poſteriꝰ inſunt, prius aũt indiuiduis. Simpliciter autẽ dicunt̃ minus ſubſtãtiæ, quoniã non tantũ ſubiectæ ſunt quantũ primæ. Primæ ſiquidẽ ſubſtantiæ omnibus ſubijciunt̃ quibus ſecundæ fuerint ſubiectæ, & præterea ipſis ſubijciuntur ſecundis: propter quod, nemo dubitat primas eſſe magis & maxime

ſubiectas. ¶CAPVT XVIII.

¶Ponuntur quędã regulæ ad cognoſcendum, inter ſecūdas ſubſtātias quę ſint magis ſubſtātię.

Vanquã autẽ genera õnia & ſpecies prædicamenti ſubſtātiæ dicant communi nomine ſcdæ ſubſtantiæ, ſunt tamen inter eas aliæ alijs magis ſubſtātię, quędam autẽ æqualiter ſubſtantiæ dicuntur. Pro cuius rei intellectu, notandæ ſunt duæ regulę, quas ponit & declarat Ariſtoteles Prior hæc eſt.

Regula de ſecundis ſubſtantijs.

Secundarum ſubſtantiarum, ſpecies magis eſt ſubſtantia, quàm genus.

¶Cuius ſenſus eſt, inter ſecundas ſubſtantias magis ꝓprie, magis principaliter, & ſimpliciter magis ſubſtantias, dici ſpecies, q̄ ipſarum genera. Vt homo & equus, magis ſunt ſubſtātiæ, quã animal, item pom⁹ & pirus, magis ſunt ſubſtātiæ, quã arbor aut planta. ¶Declaratur hæc regula dupliciter. Primo ſic. Illud quod eſt magis propinquũ primæ ſubſtantiæ, merito debet dici magis ſubſtātia, quàm quod eſt magis elongatũ ab ea: quoniam in vnoquoq; gñe, id quod magis appropinquat maxime tali, eſt magis, tale q̄ id qđ longi⁹ abeſt. Species autẽ viciniores ſunt primis ſubſtantijs, quã ipſarꝫ genera Recte ergo magis ſubſtātiæ ſunt dicendæ. ¶Secundo idẽ declarat. Primæ ſubſtātiæ dicunt maxime ſubſtātiæ, eo qđ maxime ſint ſubiectæ, nẽpe omnib⁹ accidentib⁹ & õnib⁹ ſecundis ſubſtātijs. Cũ ergo ſpecies ſint magis ſubiectæ q̄ ſua genera, vtpote quę ſubiectę ſint õnib⁹ quibus genera ſubijciunt, ac pręterea ipſis generib⁹, cõſequens eſt, ſpecies dici magis ſubſtātias quã ſua genera Sicut em̄ ſe habẽt primę ſubſtātię ad ſecundas ſubſtantias, ita ſpecies ad omnia genera ſuprapoſita ¶Quõ autẽ ſupra ex Boetio declaratũ eſt de prima ſubſtātia, dici eã proprie ſubſtantiã, & principaliter & maxime, ſic per ordinẽ diſtincte tria iſta accõmodando ſpeciei in cõparatione ad gen⁹ declarari poteſt. [illegible] magis proprie, magis principaliter, & ſimpliciter

pliciter magis ſubſtantiã dici,quã ſuum genus.Magis proprie quoniã propinqui⁹ obijcit̃ ſenſui ſpecies,q̃ genus.i.vicinior eſt cognitio ſpeciei cognitioni primę ſubſtantię ex qua immediate elicit̃,quã cognitio generis quæ ex ſpecieb⁹ diuerſis elicitur.Magis item principaliter,quoniã prius accidens venit in ſpeciẽ,quam in genus.Sicut em̃ pri⁹ dicim⁹ hũc hominẽ eſſe doctũ,ac poſterius hominẽ doctũ eſſe, ita prius dicim⁹ hominẽ eſſe doctũ quã anĩal. Simpliciter quoq; magis ſubſtãtia dicit̃ ſpecies q̃ genus qm̃ õnib⁹ ſubſtat ſpecies quib⁹ gen⁹; ac præterea ipſi generi:qua parte gen⁹ in ſubſtãdo excedit. ¶In prędicta autẽ regula,cũ de ſpecie loquimur, non ſolum ſpecies ſpecialiſſimas intelligimus,ſed generaliter omnes ſpecies ſubijcibiles,in comparatione ad ſua genera.Quemadmodũ em̃ homo eſt magis ſubſtantia quam animal,ſic animal eſt magis ſubſtantia quam corpuſanimatũ,corpuſanimatũ vero eſt magis ſubſtantia quã corpus:& genus ſubſtantia,cũ ſit generaliſſimũ,eſt minus ſubſtantia quã corp⁹.Quẽadmodum em̃ infima prędicamẽti ſubſtantię, nempe indiuidua dicunt̃ primę ſubſtantię:ita per oppoſitum,ſuprẽmũ genus dici debet vltima ſubſtantia, quoniã minime ſubiacet aut ſubſtat. Nã ſolis ſubiacet accidentib⁹,nulli autẽ ſubſtantiæ: cętera omnia genera & ſpecies & indiuidua ſub ipſo poſita,ſubiecta ſunt etiã ſubſtantijs quædam quidẽ omnib⁹ vniuerſalibus,vt indiuidua,quædã plurib⁹, vt ſpecies: quædam paucіorib⁹,vt ſuperiora & generaliſſimo viciniora genera.Sicut em̃ ſecundę ſubſtantię, quãto viciniores ſunt primę,tanto dicuntur magis ſubſtantiæ,ita quanto viciniores ſunt generaliſſimo,tãto ſunt minus ſubſtantiæ,tanto min⁹ proprie & minus principaliter ſubſtantiæ dicuntur.

¶Poſterior regula quam ponit Ariſtoteles de ſecũdis ſubſtantijs hæc eſt.

Specierũ quæ non ſunt genera , vna non eſt magis ſubſtantia quam alia. Altera regula

¶Hoc

¶ Hoc eſt, ſpecies ſpecialiſſimæ quæ ſolum ſpecies ſunt & nõ etiã genera, ſunt æqualiter ſubſtãtiæ, non alia magis alia. Cuius ratio eſt, quoniam illarũ alia non eſt magis ſubiecta quã alia, neq; illarum alia eſt propinquior primæ ſubſtantię, quã alia. Omnes em̃ ſpecies ſpecialiſſimę ſunt ęque propinquę ſuis indiuiduis. proximæ nimirũ & immediatæ. Quomodo ergo primarũ ſubſtantiarũ nulla dicitur magis ſubſtantia quã altera : ſed omnes ſimpliciter primæ dicuntur, quoniã ęque omnes ſubiectę ſunt omnibus quę de ipſis dicuntur vel quæ in ipſis ſunt, ita ſpecies earũ proximæ æqualiter omnes ſubſtantiæ ſunt dicendæ. Secus vero dicendum eſt, de ſpeciebꝰ illis quæ ſunt etiã genera, ſiue de ſpeciebus ſubalternis. Illarum namq;, alia poteſt eſſe alia magis ſubſtantia vel minus. Vt animal eſt magis ſubſtantia, quã corpus, & corpus magis quam ſubſtantia.

¶ CAPVT XIX.

¶ De conditionibus, ſiue de communitatibus, & proprietatibus ſubſtantiæ.

AD pleniorem ſubſtãtiarum cognitionẽ, ponit Ariſtoteles quaſdam conditiones ſubſtãtiarum, Ex quibus earum natura perfectius cognoſci poterit: id tamen quod vltimo loco ponit ſolum appellat propriũ, cætera aũt non õnino propria audet appellare. Tametſi em̃ in prædicabilibus diſtinxerimus proprij quatuor modos. ſolus tamen quartus modꝰ vere & perfecte proprij meretẽ appellationẽ. Vnde quia nulla earũ conditionũ quas hic poſiturꝰ eſt Ariſtoteles, cõuenit ſubſtantiæ cõuertibiliter. i. omni & ſoli ſubſtãtiæ, & ſemper) ſed aliqua tantũ ſoli & non õni, alia omni ſed non ſoli) eo excepto quod vltimo loco ponendum eſt, iccirco hoc ſolũ audet ſubſtantiæ proprium nominare. Cætera autẽ dicit ſubſtantijs conuenire, vel ineſſe, vel communia eſſe, non autẽ dicit ea eſſe ſubſtantiæ propria

¶ Prima igitur proprietas hæc eſt.

Pría proprietas ſubſtãtię

Commune eſt omni ſubſtãtiæ, in ſubiecto non eſſe.

¶ Id manifeſte probat̃ per inductionẽ: quoniã omnis ſubſtantia, prima eſt vel ſecũda. Sed neq; prima neq; ſecunda ſubſtantia vlla in ſubiecto poteſt eſſe. igitur cõmune eſt omni ſubſtantiæ, in ſubiecto non eſſe. Quod autẽ prima ſubſtãtia non ſit in ſubiecto, manifeſtũ eſt, quoniã hic homo & hic equus in nulla re exiſtũt vt in ſubiecto, ſed ipſa potius ſunt accidentium ſubiecta. Quid autẽ ſit, eſſe in ſubiecto, ex ijs quæ dicta ſunt in ſecunda diuiſione antepraedicamentali, notũ relinquitur. ¶ De ſecunda autẽ ſubſtãtia, forſitan magis videri poſſit, quod in ſubiecto aliquo ſit, eo quod de primis ſubſtãtijs prædicet̃. Secũdum veritatẽ tamen, non amplius ſecunda ſubſtantia quã prima, alicui ſubiecto poteſt ineſſe. Licet em̃ ſecunda ſubſtãtia prædicet̃ de prima, id fit eſſentialiter tanquã de ſubiecto eſſentiali. Vnde non conſequitur ſecundã ſubſtantiã in prima eſſe accidentaliter vt in ſubiecto accidẽtali. Propter quod, ſupra dictum eſt, ſecundas ſubſtãtias contineri ſub membro illo Quędam dicuntũ de ſubiecto, & nõ ſunt in ſubiecto. ¶ Præterea, nullũ vniuerſale poteſt eſſe in aliquo ſubiecto, niſi ſecundũ aliquod ſuũ ſingulare in ſit eidẽ. Vt exempli gratia, albedo eſt in ſubiecto ratione huius albedinis ſingularis, quæ eſt in ſubiecto eodem, & ſi nulla albedo ſingularis in ſubiecto fuerit, neq; poterit vere dici, albedinẽ eſſe in ſubiecto. Si igitũ ſecunda ſubſtãtia poſſet eſſe in ſubiecto, conſequẽs eſſet & primã ſubſtantiã in ſubiecto poſſe exiſtere. quod eſt ſenſui repugnans, ac prorſus impoſſibile. Eſt igitũ omni ſubſtantiæ commune, in ſubiecto non eſſe. ¶ Verũ iſtud licet cõmuniter omni cõueniat ſubſtantiæ non tamen meretur dici proprium quarto modo ipſi ſubſtãtiæ, eo quod non ſoli cõueniat ſubſtãtię. Nam & differentijs ſubſtantialib⁹ cõuenit, quæ in nullo ſunt ſubiecto. Nã ſi in aliquo eſſent vt in ſubiecto, id maxime videretũ de conſtituta ſpecie ſiue genere. Sed de his id minime verũ eſt quoniã de his vt de ſubiectis eſſentialibus dicũtur. Quemadmodũ em̃ ſecundę ſubſtãtię, genera & ſpecies, de primis dicunt̃ vt de ſubiectis eſſen[illegible]lib⁹. ſic

& differētiæ cōſtitutiuæ de generibus & ſpeciebus conſtitutis,atq; omnib9 eorū indiuiduis dicuntur vt de ſubiectis,prædicatione vtiq; eſſentiali. Differētiæ autē ſubſtantiales,nō ſunt ſubſtātię,ſed ſubſtātiarum tantū differentiæ.Primæ em̄ ſubſtantię eſſe nō poſſunt quoniam illæ ſecūdis ſubſtant, quod nō faciunt differentiæ.Secundæ quoq; nō ſunt ſubſtantiæ,quoniā illæ ſupra primas ponunt,tanquā ſpecies earum vel genera,vt ex definitione ſecundarum ſubſtantiarum eſt manifeſtum,quod ſubſtantialibus differentijs non conuenit. ℂCAPVT XX.

ℂSecunda communitas ſiue proprietas ſubſtantię.

Scda proprietas ſubſtātię

INeſt ſecundis ſubſtantijs & differentijs vniuoce prædicari.

ℂHoc eſt,ſubſtantijs & differentijs ſubſtantialibus hoc eſt cōmune,vt omnes prędicationes quæ ab ipſis egrediunt,ſint prædicationes vniuocæ intelligēdo de prædicationibus ordinatis. Quod declarans Ariſtoteles,primum a prędicatione excludit primā ſubſtantiam,dicens,A principali,id eſt,ſingulari ſubſtantia,nullam exire prædicationem, eo quod nihil habeat ſibi ſubiectum, neq; eſſentialiter , vt manifeſtum eſt,neq; accidentaliter,quoniam in ſubiecto nullo eſt,vt ex præcedenti conditione liquet.

Maxima Ariſtotelica.

ℂDebet autē hoc intelligi de prædicatione ordinata,qua ſecundū verum ordinē aliquid vel in ſubiecto vel de ſubiecto dicatur. Nā prędicatione quam identicā appellant, nihil prohibet primā ſubſtantiā prædicari. Vt cum dico: Ioannes eſt Ioannes , vel hic homo eſt Ioannes.Sic item prædicatione inordinata dicitur,homo eſt Ioannes. ℂHoc igitur ſuppoſito,quod a prima ſubſtantia nulla exeat prædicatio,facile eſt oſtēdere,omnes prędicationes ordinatas,quę egrediuntur a ſubſtantijs atq; differentijs ſubſtātialibus,eſſe vniuocas.Omnes em̄ prædicationes quæ a ſecūdis ſubſtātijs egrediuntur , ſunt ſpeciei de indiuiduo,vel generis de ſpecie aut indiuiduo. Quæ autē a differentijs ſubſtātialibus ſumūtur,vel

tur,vel ſunt differẽtiæ de genere cõſtituto,aut ſubiectis eius ſpeciebus & indiuiduis:vel de ſpecie cõſtituta,aut eius indiuiduis. Omnes autẽ hę prędicatiões,ſunt vniuocę, quẽadmodũ planiſſime liquet ex ijs quę ſupra in antepraedicamentis ſunt dicta de prędicatione vniuoca. Verũ eſt ergo,õnes prædicationes quę a ſubſtãtijs aut earũ differentijs ſumunt eſſe vniuocas. ¶Loquimur ſemper de ordinatis prædicationib9(Inordinatas eñ,Philoſophi nõ dignas reputãt prędicatiõis noĩe)Secũdũ inordinatã nãq; prædicationẽ non prędicãtur vniuoce ſecũdæ ſubſtãtiæ,neq; differentię. Nã ſi dixeris , animal eſſe hominẽ,aut rationale eſſe hominẽ,prędicatiões iſtę vniuocę nõ ſunt:ſed ſi conuertas prædicationes illas,vt fiãt ordinatę,inuenies ſimul & vniuocas,dicendo,homo eſt rationalis,homo eſt animal.

¶CAPVT XXI.

¶Tertia proprietas ſiue communitas ſubſtantiæ.

OMnis ſubſtantia videtur hoc aliquid ſignificare. Tertia proprietas ſubſtãtiæ

¶Poſuerat Ariſtoteles duas conditiones ſubſtãtiæ, quæ ideo propria dici non poterant,quod non ſoli ſubſtantiæ,ſed etiam differentijs conuenirent. Nũc aliam ponit conditionẽ quæ ob hoc non recte dicitur ſubſtãtiæ propriũ,quia ſecundũ veritatem non omni ſubſtãtię conuenit,tametſi prima facie aliquo modo id videatur. Ait ergo,omni quidẽ ſubſtantiæ hoc eſſe cõmune,vt videat hoc aliquid ſignificare, attamen ſcđm veritatẽ non omnẽ ſubſtãtiã hoc aliquid ſignificare. De prima eñ ſubſtãtia fatet , ſcđm veritatẽ eã ſignificare hoc aliquid,id eſt,aliquã particularẽ,ſingularem,& indiuiduã ſubſtãtiã. Vt vocabulum Ioannes hoc aliquid,id eſt,hunc hominẽ ſignificat:& hic equus ſignificat hoc aliquid , equũ particularem. ¶De ſecunda autẽ ſubſtantia ait, videri eam ſignificare hoc aliquid,ſecundũ appellationis figuram.i.propter modum denominandi primas ſubſtãtias,& appellandi per ſecũdas ſubſtãtias.

Vt quia Ioannẽ & Petrũ dicim⁹ eſſe hominem & animal,ſicq; nominib⁹ ſecundaꝝ ſubſtantiaꝝ appellamus primas ſubſtãtias,hinc videnẽ ſecundũ apparentiam externã ſecundæ illę ſubſtantię ſignificare hoc aliquid.i.ſingularẽ & indiuiduã ſubſtantiã.Verum non ita rẽ habere aſſerit,ſed potius ipſas quale quid ſignificare.i.ſubſtantiã communẽ ſiue naturã communẽ ſubſtantialẽ.Quod eſt intelligendum de primario & magis principali ſignificato. ¶Secundæ em̃ ſubſtantiæ primario & magis principaliter ſignificant quale quid:hoc eſt,vniuerſalẽ ſubſtantiã ſiue naturã aliquã ſubſtantialẽ multis communem, in qua videlicet cõueniũt multa indiuidua,aut plures ſpecies:min⁹ principaliter vero & quaſi ſecũdario ſignificant hoc aliquid.i.ſubſtantiã ſingularẽ: illa.ſ,indiuidua aut illas ſpecies,quę in illa natura cõmuni primario ſigficata, conueniũt. Significãt em̃ ſecundę ſubſtãtię naturam illã communẽ, tanquam eſſentialiter inexiſtentẽ aliquibus: atq; ita ſecundario etiã illo ſignificãt,quibus vt inexiſtẽs natura cõmunis ſignificaſ.Exempli gratia, vocabulũ homo ſecunda ſubſtantia,ſignificat primario naturam humanam,i naturã omnibus particularib⁹ hominib⁹ eſſentialiter communẽ,quã dicimus humanitatem quia tamen nõ abſolute ac nude naturã ipſam ſignificet terminus homo. ſed eã ſignificat vt eſſentialiter inexiſtentẽ aliquib⁹, ob hoc ſecundario dicitur omnia illa quę in natura humana cõueniunt,ſignificare,õnes videlicet indiuiduos homines. Sic aĩal. primario naturã omnibus animalib⁹ communẽ ſignificet ſecundario autẽ:omnia animalia. ¶Quod autẽ ſecundę iſtę ſubſtantię, homo animal, & ſimiles, non ſignificant ſolã vniuerſalẽ ſubſtantiã.i.nude ipſam communẽ naturã dupliciter oſtẽditur, ex cõparatione duoꝝ horũ terminorũ, homo & hũanitas,adinuicẽ.Primũ namq; manifeſtum eſt, duas iſtas dictiones differre in ſignificando,Non videtur autẽ aſſignanda differentia alia,niſi quod vocabulũ humanitas nude ipſam humanã naturã ſignificat: homo autẽ ſignificat ipſam naturã principaliter atq; prima

ꝙ primario,ſed ſimul ſecundaria ſignificatione om
nia in illa natura cõmunicãtia:id quod etiã explicã
do vocẽ monſtrat̃,quoniã homo tantundẽ valet,at
ꝙ humanã naturã participans.Deinde,ipſa prędica
tio ſignificationẽ arguit.Nã quia terminꝰ homo,de
ſingularibꝰ ſubſtantijs prædicat̃,dicendo:Ioãnes eſt
homo,Petrꝰ eſt homo,cõſequens eſt,etiã ſingulares
ſubſtãtias per ipſum ſignificari. Abſurdũ namq; fo-
ret,prædicari aliquid de eo quod nõ aliquo modo
ſignificet. ¶His itaq; declarat Ariſtoteles quod a
principio propoſuit,ſecundas ſubſtãtias non ſignifi
care hoc aliquid.Intellige pricipaliter, ſicut primæ
ſubſtãtiæ principaliter hoc aliquid ſignificãt,ſed pri
mario ſignificare quale quid.i. naturã communem
ſubſtantialẽ,quam tamẽ ita ſignificãt,vt eã circa ſub
ſtantiã determinẽt.i.tanq̃ particularibꝰ ſubſtãtijs in
exiſtentẽ ſignificent. Vnde conſequit̃,ſecundario &
minꝰ principaliter etiã ſecundas ſubſtãtias ſignifica-
re hoc aliquid ſiue ſubſtantiã ſingularẽ. ¶Ex quo
etiã patet intellectus eius quod ſubiungit dę hac de
terminatione Ariſtoteles,dicens.Plus autẽ ſiue plu-
rium in genere,q̃ in ſpecie determinatio fit: Dicens
eñ animal,plus cõplectitur,quã dicens hominem.
Quo verbo ſignificat̃,genus ſubſtantialẽ illam na-
turam quã ſignificat genericã,circa plura determĩa-
re,quã ſpecies naturã ſuam ſpecificam determinet,
hoc eſt(vt noſtro more dicamꝰ)genus plura ſecun-
dario ſignificare,quam ipſius ſpeciem.Quod ita eui
dentiſſime monſtrat̃,quoniã ſpecies ſuã quam ſigni
ficat ſpecificam naturã tantum determinat circa ſua
indiuidua,ſignificãdo naturã illam cõmunẽ vt om
nibus illis ſingularibꝰ inexiſtentẽ,& omnia illa ſin-
gularia indiuidua ſecundario ſignificãdo, vt in ſpe-
cifica ipſa natura eſſentialiter cõmunicantia. Genus
vero,genericã naturam quam ſignificat determinat,
non ſolũ circa indiuidua vniꝰ ſpeciei, ſed circa plu-
res ſpecies,& õnia eaꝝ indiuidua.Animal eñ non
ſolũ ſingularia õnia vnius ſpeciei,ſed õnia ſingula-
ria omniũ ſuaꝝ ſpecierum ſecundario ſignificat, vt
participãtia animalis naturã;& ipſam naturã illam

genericã principaliter ſignificat, vt omnibus cõmu nem ſiue cõmunicabilem. CAPVT XXII

Quarta proprietas ſubſtantiæ.

¶Quarta proprietas ſiue communitas ſubſtantiæ.

Ineſt etiã ſubſtãtijs, nihil eſſe cõtrariũ

HOc eſt ſubſtantijs conuenit, non eſſe alicui contrariũ, neq; contrariũ vllum habere. Id patet, tam in primis q̃ in ſecũdis ſubſtantijs. Neq; em̃ hic homo vel hic equus aliquid habet cõtrariũ, neq; etiam homo vel equus. Conuenit proinde hęc conditio omnib⁹ ſubſtantijs. ¶Quod ſi quis obijciat, ignẽ & aquam ſibijnuicem contrariari, eo quod ignis ſit calidus & ſiccus, aqua frigida & humida. Reſpondetur, ignem & aquam per ſe nõ contrariari, ſed tantum per accidens. Illa autẽ dicuntur per ſe cõtraria, quæ ex ſua propria natura adinuicẽ cõtraria ſunt, vt albedo & nigredo, calor & frigus, humor & ſiccitas. Illa aũt per accidens, quæ non ex ſua natura contrariantur, ſed tantum ratione accidentium contrariorum ſibi inexiſtẽtium. Sic ignis & aqua quia qualitates in ſe cõtrarias retinẽt, nempe calorem & frigus, ſiccitatem & humorem, icciro per accidens contraria dici poſſunt: quẽadmodũ etiam homines duo, cõtrarias habẽtes opiniões, cõtrariari dicuntur per accidens, ratione earũ quæ in eis ſunt cõtrariarũ opinionũ. Per ſe autẽ nequaquã huiuſmodi cõtrariantur. ¶Conuenit igitur omni ſubſtãtiæ, nõ eſſe vlli cõtrariũ, neq; vllũ habere cõtrariũ. Verũ nõ ſoli ſubſtantię cõuenit. Nã & quãtitates cõtrariũ non habent, vt duo, tria, nihil habent contrariũ, neq; bicubitũ, tricubitũ. Neq; hoc igitur poteſt dici ſubſtantiæ propriũ, ſecũdũ quartum modum, ſed tantum iuxta modum ſecundum.

¶CAPVT XXIII.

Quinta proprietas ſubſtantiæ.

¶Quinta communitas vel proprietas ſubſtantiæ.

Videtur ſubſtantia non ſuſcipere magis aut minus.

HOc eſt, null⁹ termin⁹ ſubſtãtialis poteſt prædicari

dicari cũ aduerbio magis & minus,neq; vlla ſubſtã
tia realis aut res ſubſtantialis poteſt ſuſcipere inten-
tionem vel remiſſionẽ. Vt Ioãnes non dicitur ma-
gis homo q̃ Petrus,neq; iſte equus magis equus q̃
ille,neq; homo eſt magis animal q̃ brutum, atq; ita
in cæteris.Natura enim ſubſtantialis ſi ſpecifica fue
rit,ex æquo participatur,non ſecundum plus & mi
nus omnibus indiuiduis. Generica vero ex æquo
omnibus ſpeciebus ac earum indiuiduis. Ac proin-
de,non poſſunt termini naturas illas ſiue genericas
ſiue ſpecificas ſignificantes, prædicari de ſpeciebus
vel indiuiduis,ſecundum magis vel minus.Eadem
ratione,facta comparatione ad ſeipſum non poteſt
dici Ioannes magis homo nunc q̃ ante,quoniã non
poteſt natura ſubſtantialis,ſecundum plus & minꝰ,
pro diuerſis temporibus communicari ſpeciei , vel
indiuiduo.In qualitatibus autẽ inuenitur prædica-
tio ſecundum magis & minus,ſiue comparando ad
inuicem diuerſa,ſiue idem ad ſeipſum ſecũdum di-
uerſa tẽpora.Vt Ioannes eſt magis albꝰ : vel magis
doctus,vel magis iuſtus Petro.Imo idẽ homo nũc
eſt magis aut minꝰ doctus vel iuſtus,q̃ ante fuerat.
¶Quod ſi quis obijciat,ex his quæ prædicta ſunt.
Auditæ ſunt primæ ſubſtantiæ dici magis ſubſtan-
tiæ q̃ ſecundæ ac rurſum inter has dictæ ſunt ſpeci-
es magis eſſe ſubſtantiæ quam genera . Videtur er-
go ſubſtantia ſuſcipere magis & minꝰ.Hoc ita diſ-
ſoluit Ariſtoteles,nõ negans vnã ſubſtãtiam magis
dici ſubſtantiam quam alterã,quẽadmodũ dictũ eſt
primam ſubſtantiam eſſe magis ſubſtantiam q̃ ſecũ
dam,ſed vnũquodq; dicit ſecundũ hoc ipſum quod
eſt,nõ dici magis & minus. Vt ſi aliquid eſt homo
ipſum nõ eſt magis homo altero,neq; ſeipſo. Sic id
quod animal eſt vel corpus , non eſt magis animal,
vel magis corpus.Hoc eſt genera & ſpecies prædi-
camenti ſubſtantiæ nõ prædicari de ſibi ſubiectis in
diuiduis aut ſpeciebus,ſecundum magis & minus.
¶Ad pleniorem autẽ & clariorẽ huius difficultatis
diſſolutionẽ,ſolent diſtinguere duplicẽ ſignificatio-
nem huius vocabuli ſubſtantia.Dicũt enĩ ſubſtãtiã

dicitur,vel a ſubſtãdo,vel a ſubſiſtendo. Subſtãtia vt a ſubſtãdo dicit̃,relatiuũ eſſe videtur. Dicitur em̃ aliquid hoc modo ſubſtãtia,in reſpectu vel cõparatione ad alterum,vt primę ſubſtantię dicuntur ſubſtantiæ,in reſpectu ad ſecũdas quibus ſubſtant, & in reſpectu ad accidentia quibus item ſubſtant. Secundæ quoq; ſubſtantiæ,ſimiliter dicuntur ſubſtãtiæ,reſpectu ſuperiorũ generũ & accidẽtium,vt ſupra declaratũ eſt. Ita accipitur ſubſtantia,cũ diuiditur in primam & ſecundam. In hac autẽ ſignificatione nõ eſt termin9 iſte,ſubſtãtia generaliſſimũ genus prędicamenti ſubſtãtiæ. Cum em̃ relationem ſignificet,qui fieri poteſt,vt ſupraponatur terminis abſolutam naturam abſq; omni relatione ſignificantibus? Cuiuſmodi ſunt omnes termini prędicamenti ſubſtantiæ ¶ Subſtantia vero vt dicitur a ſubſiſtendo, relatiue non dicitur,ſed abſolute ſine relatione & comparatione ad alterũ. Quẽadmodum em̃ id quod dicitur homo aut animal aut corpus,ita dicitur non per relationem ad aliud vel alia,ſed omnino abſolute videlicet quia naturã hominis, animalis aut corporis participat:ita & ſubſtantia hoc modo aliquid dicitur abſolute,ſine cõparatione ad aliud,eo quod naturam ſubſtantialitatis participet. Atq; hoc modo acceptum vocabulũ ſubſtantia,genus eſt generaliſſimum ſupra omnia genera & ſpecies prædicamẽti ſubſtantiæ,neq; vllo modo dicitur ſecũdum magis & minus,ſicut nec cętera genera ſubiecta. Nihil em̃ eſt magis ſubſtantia altero,quoniã quęcunq; naturã ſubſtantialitatis habent:eandẽ ex æquo participant ſicut & de cæteris generibus ſupra dictum eſt.

¶ Hanc autem diſtinctionem propoſito applicãtes, pro diſſolutione propoſiti argumẽti,clare dicimus quãquam termin9 ille ſubſtãtia vt a ſubſtãdo dedu citur,ſecundum magis & minus prędicet̃. Dicendo vnã ſubſtantiã eſſe magis ſubſtantiam q̃ alterã, non tamen hinc cõſequitur,vllã ſubſtantiã dici ſecundũ magis & minus. Nam ſubſtãtia a ſubſtãdo,nõ eſt terminus ſubſtãtialis,ſed relatiu9. Vult autẽ ſuprapoſita cõditio ſiue proprietas,nullũ terminum prędicamenti

menti ſubſtãtiæ prædicari ſcd̃m magis & min⁹.i.cũ aduerbijs eiuſmodi magis & minus,vel nullã ſubſtantiã ſuſcipere huiuſmodi p̃dicationẽ,ſecundũ aliquod prędicatũ ſibi eſſentialiter cõueniẽs. Hoc em̃ eſt quod dicit Ariſtoteles,vnamquãq; ſubſtantiã ſecundũ hoc ipſum quod eſt nõ dici magis aut min⁹

¶Quomodo aũt hactenus omniũ conditionũ prædictarũ nulla inuẽta eſt proprie cõuenire ſubſtantię ſic neq; iſta.Quamuis em̃ omni ſubſtãtię cõueniat non tamen ſoli.Cõuenit em̃ & quãtitati:vt bicubitum nõ dicitur alio magis bicubitũ,neq; linea vna dicitur magis linea q̃ altera.Ac proinde propriũ dici poteſt ſecundo modo,quarto modo non poteſt.

¶CAPVT XXIIII.

¶De ſexta proprietate ſubſtantiæ,quæ ſingulariter dici meretur proprietas.

QVę hactẽ⁹ poſitę ſunt cõditiones ſubſtantiæ,poti⁹ cõmunitates dicẽdæ ſunt quã proprietates.Quod autẽ nũc dicẽdũ eſt,id proprie videt̃ ſubſtãtiæ cõuenire.Ait ergo Ariſtoteles

Maxime aũt propriũ videtur eſſe ſubſtantiæ cum vnũ & idem numero ſit, contrariorum ſuſceptibile eſſe. Sexta p̃prietas ſubſtãtiæ

¶Cõuenit em̃ hoc õni ſubſtantiæ,queadmodũ per inductionẽ poteſt oſtendi ad oculũ. Videmus nãq; vnũ eundẽq; hominẽ nunc calorẽ in ſe habere,nũc frigus,nunc bonũ eſſe & probũ,poſtea malũ & improbũ,modo albũ poſtea nigrũ,nunc huius opinionis poſtmodũ contrarię,modo velle aliquid modo idẽ nolle.¶Sic in õnibus corporibus conſyderatione facta ad cõtrarias qualitates,videbimus eaſdem numero ſubſtantias cõtrariorũ eſſe ſuſceptibiles. In ſubſtantijs autem incorporeis oportet conſyderare qualitates cõtrarias ſpirituales,quę ad corpus nõ attinẽt.Nã & angeli cõtrariorũ ſunt ſuſceptiui,quoniam contrariarum opinionũ aut volitionũ ſunt ſuſceptibiles.Poſſunt enim modo nolle qđ antea vole

bant,& ecōtrario. Poſſunt mutari ex ſua natura ſecundum odium & amorē, proſequutionem & fugā triſtitiam & gaudiū, aliaq́ huiuſmodi, quæ omnia ſunt contraria. ¶ Notandū vero quod non dicuntur ſubſtantiæ ſuſcipere contraria: ſed ſuſceptibiles, eſſe contrariorum: quoniam nō poteſt fieri vt ſubſtantia vna & eadem numero: actu ſimul cōtraria ſuſcipiat. Hoc enim naturæ cōtrariorum repugnat, ſimul eidē ineſſe: ſed tēporis ſucceſſione ſubſtātiæ dicūtur eſſe contrariorum ſuſceptiuæ, ita vt vno migrantē poſſit ſubſtantia eadē manēs acquirere alterū. Quēadmodū abſcedente calore, venit frigus in corp9 & ecōtrario: egritudine pulſa, introducitur ſanitas, & econtrario. ¶ Notandū quoq́ non hic dici quod ſubſtantia quælibet ſit cōtrariorum quorūlibet ſuſceptibilis, ſed tantū aliquorū contrariorū. Non enim neceſſe eſt, vnā eandemq́ ſubſtantiam omniū contrariorum eſſe ſuſceptibilem, ſatis autē fuerit, ſi aliqua poſſit ſuſcipere contraria. Siquidem arbor iſta vna & eadem nō poteſt omnia cōtraria ſuſcipere. Non enim eſt ſuſceptibilis gaudij & triſtitiæ: odij & amoris cōtrariarū opinionū, volitionū, & nolitionū, aliorūq́ huiuſmodi. Quorundā autem cōtrariorum eſt ſuſceptibilis. Quāquā & vniuerſaliter intelligi poteſt, quālibet ſubſtantiam quorūlibet contrariorum eſſe ſuſceptibilem ad hunc ſenſum, vt quoties ſubſtātia quælibet ex cōtrarijs duobus, alterū ſuſceperit, poſſit etiam alterū contrariū eadem numero in ſe ſuſcipere. Vt, verbi gratia, ſi quid ſuſceptiuū eſt albedinis, eſt idipſum nigredinis quoq́ ſuſceptiuū: ſi quid capax eſt huius opinionis, eſt & contrariæ capax: ſi quid amoris & odij, atq́ item in cæteris. Contraria namq́ ex ſua ratione fieri habent circa idem ſubiectum, ſeq́ pellunt mutuo. ¶ Excipiuntur ſi quæ ſint qualitates a natura determinatæ aliquibus ſubſtantijs: vt igni eſt naturaliter deputata caliditas & ſiccitas & leuitas. Propter quod, ignis licet habeat in ſe iſtas qualitates, contrariorū tamen nō videtur ſuſceptibilis. Verum hic, proprie loquēdo, non vere dicimus, ignem eſſe ſuſceptiuum caloris, ſiccitatis,

& leuita

& leuitatis. Potius namq; ignis dicendus eſt habere naturaliter deputata illa quam ſuſcipere. Suſcipitur em̃ in aliquo, quod ipſi eſt extraneũ, & a natura ei nõ eſt deputatum, quẽadmodum annotauit & Boetius. Atq; ita ſimpliciter adhuc remanet veritas generalis dicti illius, ſubſtantiam eſſe ſuſceptibilẽ quorumlibet cõtrariorum, ita vt ſi alterum quorũlibet ſuſcipiat, poſſit & reliquum ſuſcipere. ¶Ita ergo probatũ eſt omni ſubſtantiæ prædictã conditionem conuenire. Nunc autẽ & quomõ ſoli cõueniat ſubſtantiæ, declarem9. Patebit autẽ hoc per ſingula accidentia diſcurrendo. Non em̃ poterit inueniri color aliquis, qui vnus & idẽ numero dicatur, nũc albus, nunc niger: neq; aliquis habitus numero idem poteſt dici nunc bonus, nunc malus: neq; aliqua eadem actio numero, bona eſſe poteſt & mala: & ita in reliquis, non poterit inueniri aliquod accidentium, quod contraria poſſit idem numero ſuſcipere. Conuenit igitur ſoli ſubſtantiæ, eſſe contrariorum ſuſceptibilem.

¶CAPVT XXV.

¶Proponitur & ſoluitur obiectio de opinione & oratione.

VErum aduerſus hãc proprietatem, Ariſtoteles obiectionẽ ponit, de oratione vocali vel opinione mentali, quæ eadem numero manens ſuſceptiua videtur veritatis & falſitatis, cũ dicatur modo vera, modo falſa. Exempli gratia, hæc oratio, Ioannes dormit, modo vera eſt, vere dormiente Ioanne. Poterit autẽ eadem fieri falſa, ſi expergiſcatur Ioãnes a ſomno, manebit tamẽ oratio vna & eadem numero. Eadẽ igitur oratio vna & eadẽ numero, vera eſſe poteſt ac falſa ſucceſſu temporis: ac proinde contrariorũ eſt ſuſceptibilis, cum verũ & falſum videantur eſſe cõtraria. Quod ſi admittatur, conſequens eſt, nõ ſoli ſubſtãtiæ id eſſe propriũ quod dictũm eſt. ¶Propter hanc obiectionem diſſoluẽdam, Ariſtoteles proprietatem ſupra poſitã ſupplet in hunc modũ. Proprium eſt ſubſtantiæ, cũ ſit vna & eadẽ numero cum ſui mutatione eſſe ſuſceptibilem contrariorũ. Per adiectionẽ au...

cum ſui mutatione,excludit obiectionē,dicens,orationē aut opinionē licet eadem numero poſſit eſſe vera & falſa,nō tamē per hoc fieri circa eam aliquā mutationē.Quod em̄ hæc propoſitio nunc vera dicitur nunc falſa,id non fit per aliquā mutationē circa ipſam propoſitionē,ſed per mutationem rei ſignificatę.Dicitur em̄ propoſitio vera,ex eo quod ita ſit in re quomodo ipſa ſignificat. Falſa vero , ex eo quod aliter ſit in re q̄ ipſa ſignificat . Ex ſola igitur mutatiōe circa rem ſignificatā,propoſitio paulo ante vera fit falſa, & econtrario. Vt ex hoc quod ipſe homo Petr9 mutatur a ſtatione in ſeſſionē,propoſitio iſta.Petrus ſedet,ex falſa efficitur vera , abſq; ſui reali aliqua mutatione.Poteſt vero & aliter reſpondere propoſitæ obiectioni,ſimpliciter negādo quod aſſumitur, nempe opinionē vel orationē eandē ſuſcipere contraria.Nec valet ꝓbatio.Eadē oratio vel opinio modo vera eſt modo falſa,eadē numero manens,igitur cōtrariorū eſt ſuſceptibilis. Mala ſiquidem eſt iſta illatio,laborans defectu duplici. Primū em̄ verū & falſum proprie nō videnť contraria,cū cōtrarietas proprie dicta(vt poſterius dicetur)in ſolis inueniať qualitatibus.Veritas autē & falſitas nō videnť eſſe qualitates,ſed potius adaliquid ſunt vel relationes.Dicitur em̄ veritas exęquatio & correſpondentia rei ſignificatæ ad propoſitionē ſignificātem,quod videtur ad relationē magis quā ad qualitatem ſpectare,cū ſit qualitas omnis,quid abſolutū nō conſiſtens in relatione vnius ad alterū. ¶Deinde etiā ſi veritas & falſitas cōtraria eſſent,nō tamen oratio eadē ex hoc quod modo vera eſt modo falſa dicenda eſſet ſuſcipere contraria.Ipſa namq; oratio nō ſuſcipit in ſe veritatē & falſitatem,cū veritas(vt iam dictū eſt)nō ſit in oratione vera.Si em̄ veritas & falſitas ſuſciperentur in ipſa oratione vera,iā nec Ariſtotelis valeret ſolutio,quia dicit, orationem eādem dici modo verā,modo falſam,abſq; ſui mutatione.Prorſus em̄ cum ſui mutatione id fieret,ſi vere in ipſa ſuſciperetur veritas & falſitas. ¶Amplius autē aduerſus ſupradictam proprietatē obijcitur, de

materia

materia prima & quãtitate corporea,quæ ſuſcipiũt in ſe cõtrarias qualitates,nõ tamen ſunt ſubſtantię. Propter hanc obiectionẽ,recentiores vt per omnia conuertibilẽ faciant hanc proprietatẽ, ita eam com plent.Maxime proprium eſt ſubſtantiæ eſſe ſuſceptibilem cõtrariorꝫ:tanq̃ completũ & vltimatũ ſubiectum.Prius adijciunt,ne proprietas cõueniat ipſi materię primę,quę proprie loquẽdo non eſt ſubſtãtia,ſed tantũ ſubſtantiæ pars.Materia nãqꝫ eſt cõtrariorum ſuſceptibilis,quoniã omnia accidẽtia corporalia ſuſcipiunt in corporali materia,queadmodum in Phyſicis noſtris declarauimus. Verꝫ ipſa non eſt ſubiectũ completũ, quoniã pars tantũ eſt altera cõpoſiti.Subſtãtia autẽ eſt ſubiectũ completũ atqꝫ perfectũ.Alterꝫ adijciunt propter quantitatẽ,quæ(iuxta quorundã probabilẽ opinionẽ)immediate in ſe ſuſcipit corporeas qualitates,vt colorẽ dicunt ſuſcipi in ſuperficie,figuras idem ſubiectari in ſuperficie aut corpulẽtia.Iuxta quorꝫ opinionẽ neceſſe eſt fateri,etiam quantitatẽ eſſe contrariarꝫ qualitatũ ſuſceptibilem.Verꝫ ipſa non eſt ſubiectũ earum vltimatum,quoniã vlterius ſunt in ipſa ſubſtantia: mediãte quãtitate.Sed harꝫ rerum determinatio,a Dialectica conſyderatione eſt aliena,magiſqꝫ Phyſicæ cõuenit:quamobrẽ iſta tetigiſſe cõtenti,explicato vtcunqꝫ ſubſtantiæ prædicamento,ad quantitatem recto curſu pergamus. ¶CAPVT XXVI.

¶De prædicamento quantitatis.

POſt prædicamentũ ſubſtantiæ proximo loco ſubſequit prædicamentũ quantitatis,qđ maior ſit cõuenientia,& ſimilitudo ſubſtãtiæ,cũ quantitate quã cum qualitate.Sicut em̃ ſubſtãtia nõ ſuſcipit magis & min⁹,nihilqꝫ habet contrariũ., ſic & de quantitate,paulo poſt declarabit.Item iuxta quorundam probabilẽ ſententiã qualitates corporales ſuſcipiunt in ſubſtantia mediante quantitate., ita vt quantitas ſit ſubiectũ immediatũ qualitatum , atqꝫ hac conſyderatione videt quãtitas aſſimilari ex aliqua parte ſubſtantię,quoniam modo quodã ſubſtat tametſi nõ vt vltimatũ & per ſe conſiſtẽs ſubiectũ, quoniã

quoniam & ipſum eſt in alio, nempe in ſubſtantia.
¶Tractans autē de quantitate Ariſtoteles, ipſius nō ponit definitionē, quoniam generaliſſimū genus ꝓprie definiri non poteſt, vtpote quod aliud ſupra ſe genus non habeat per quod poſſet definiri aut differentiā aliquā conſtitutentē. Poſſet tamen aliquomodo deſcribi per ſuum concretum, hoc modo.

Definitio quātitatis.

Quantitas eſt, ſecundum quam aliq̄d dicitur quantum.

¶Vtpote longū, latum, profundū, multum, paucū, magnum, paruum, diuturnū vel breuis durationis.
¶Incipit autem Ariſtoteles tractatum quantitatis, ponēs duas eius diuiſiones. Quarum prior hæc eſt.

Diuiſio quantitatis.

Quantitatis, aliud continuum, aliud diſcretum.

¶Hoc eſt, quantitatū, alia eſt continua, alia diſcreta Quæ diuiſio duas ſpecies immediatē ſub quantitate poſitas aſſignat: nempe quātitatem cōtinuam, & quantitatem diſcretam, quarum definitiōes ſiue deſcriptiones ex Ariſtotelis declaratione colliguntur.

¶CAPVT XXVII.

¶De quantitate continua & primo ponitur definitio eius.

Definitio quantitatis continuæ.

QVantitas cōtinua eſt, cuius partes copulātur ad aliquē terminum communem.

Quid terminꝰ cōmunis.

¶Vt partes lineæ copulantur ad punctū. Dicitꝰ autem in propoſito terminus communis aliquarū partium, quod eſt principiū vnius & finis alterius. Ad quarum definitionū intelligentiam notandum eſt. quod quantitatis continuæ ſecundū propriam enumerationem ſunt quatuor ſpecies, nempe linea. ſuperficies, corpus, ſiue (ad diſtinctionem a corpore prædicamenti ſubſtantiæ) corpulentia; & tempus.

Nam dę

Nam de loco quã velut quintam ſpeciem prioribꝰ cõnumerare videtur Ariſtoteles,cõmunior eſt ſen⸗tentia,non eſſe a ſuperficie ſpeciem diſtinctã,ſed tan tum ſecundum connotatũ ab ea differre, quatenus videlicet ſupra ſignificationẽ ſuperficiei locus con⸗notat vel vltra ſignificat,alicuiꝰ rei intra ſe cõtinẽ⸗tiam. Siquidem locus dicitur ſuperficies continens aliquid,nempe rem locatam. ❡ Priores autem quatuor ſpecies ſunt diſtinctæ ſub quantitate conti⸗nua,vt ſpecies ſub eodẽ immediato genere cõtentæ Linea namqꝫ,ſuperficies,corpulẽtia & tempus:quã⸗titates ſunt,& cõtinuæ quãtitates.Quantitates qui⸗dẽ,quoniã ſecundũ ipſam,res dicuntur quãtę,vtpo⸗te ſecundũ lineam longę,ſecundũ ſuperficiem latæ, ſecundũ corpulentiã craſſæ aut profundæ, ſecundũ tempus diuturnæ. Continuæ autẽ dicuntur,quoniã ſingulæ earũ partes ſuas habent per aliquẽ cõmunẽ terminũ ad inuicem compoſitas. Lineæ eñ partes copulantur per intermediũ punctũ, qui vnꝰ & idẽ numero,finit partem vnam & alteram incipit: atqꝫ ideo per punctũ dicitᷓ terminꝰ cõmunis lineę. Sup⸗ficiei item partes continuantᷓ per terminũ cõmunẽ nempe per lineam. Corpulentiæ vero partes per ſu⸗perficiem continuantur,ipſa tamen nullius alterius quantitatis partes copulat. Ac proinde ſicut punc⸗tus eſt communis terminus lineæ, ſic linea ſuperfi⸗ciei,ſic deinde ſuperficies corporis: corpꝰ vero nul⸗lius alteriꝰ quantitatis eſt terminꝰ. ❡ Habet quoqꝫ tẽpus partes ſuas continuatas per cõmunẽ terminũ. Pars eñ quæ præceſſit iamqꝫ effluxit, & ea quę ſub ſequitur quæqꝫ iam incipit,per pręſens tempus,ſiue (vt magis proprie loquamur) per præſens inſtans, aut momentũ aut indiuiſibile temporis continuan tur:quod quidẽ momentum præſens, terminus eſt partis iam elapſæ ſiue præteritæ, & initium partis e veſtigio abſqꝫ intermedia diſtantia ſubſequentis.
❡ Ex quibus colligi facile poſſunt ſingularũ ſupra⸗poſitarũ ſpecierũ qualeſcunqꝫ definitiones:hoc mo
" do, Linea eſt quãtitas continua, cuius partes copu⸗lantur per punctũ. Superficies eſt quãtitas cõtinua, cuius Definitiones li⸗

neç ſuperficiei, corporis & temporis.

„ cuius partes copulanẽ per lineam. Corpus eſt quantitas continua, cuius partes copulãtur per ſuperficiem. Tempus eſt quãtitas continua, cuius partes copulantur per præſens tempus, ſiue inſtans præſens. Sed harũ rerũ latior deductio atq; plenior declaratio, ad phyſicam magis quã ad Dielecticã ſpectat.

¶CAPVT XXVIII.

¶De altera ſpecie quantitatis, nempe de quantitate diſcreta.

Definitio quãtitatis diſcretæ.

QVantitas diſcreta eſt, cuius partes non copulantur per aliquẽ terminum communem, ſed abinuicẽ diſtinctæ ſunt & ſeparatæ.

Sub hac quãtitate diſcreta cõtineẽ numer⁹ cũ omnibus ſpeciebus ſuis, vtpote binario, ternario, & ita de alijs. Numeri ſiquidẽ partes per nullũ terminũ cõmunem copulantur. Vt partes denarij, quinq; & quinq;, nõ continuantur adinuicẽ per aliquid quod eſſet vnius partis initiũ, & terminus alterius, ſed abinuicẽ ſunt diſcretę & ſegregatæ, propter quod, etiã diſcreta quantitas appellatur. ¶Addit quoq; Ariſtoteles nũero orationẽ dicẽs, etiã eam eſſe quãtitatem diſcretã, eo quod partes vocales habeat abinuicem diuerſas & diſcontinuas. Vt cũ dico, Ioannes, Andreas currere, partes orationũ harũ abinuicem ſunt diſcretæ & diſcõtinuæ. Ideo orationẽ dicit eſſe quantitatẽ diſcretã. ¶Verũ de hac oratiõe difficultas eſt non minima, quid per eã debeat intelligi. Nã ſi per orationẽ intelligatur ipſa vox ex partibus pluribus conſtans. i. ex plurib⁹ vocib⁹ partialibus, non videẽ hoc modo oratio recte dici quãtitas, cũ õnes voces, imo omnes ſoni propriũ ſibi habeãt locũ in prędicamẽto qualitatis, vna cũ cęteris obiectis aliorum ſenſuum, quẽadmodũ ſuo dicetur loco. Si autẽ iſta vocalis oratio hic non intelligatur ab Ariſtotele, difficilę videbitur aliquid aliud ad propoſitũ cũ modę

mode aſſignari. ¶Huius difficultatis duplex eſt ſolutio. Quidã per orationẽ in propoſito intelligunt ipſum numerũ qui ſubiectatur in partibus orationis vocalis, quo videlicet partes plures vnius dictionis numerant. Vt in hac oratione dñs, ternarius quo numerantur tres iſtæ voces aut ſyllabæ, do, mi, & nus iuxta horũ ſententiã appellatur oratio. Verũ his noua emergit difficultas. Si em̃ oratio iſta nõ aliud eſt quã numerus ille in partibus orationis vocalis ſubiectatus, quõ ergo Ariſtoteles tanquã ſpecies diuerſas aut genera diuerſa, ſub quantitate diſcreta æque immediate iungit numerũ & orationẽ? Sic em̃ oratio ſub numero comprehendit, quoniã omnis talis oratio eſt numerus. Quam tamen obiectionẽ ita ſoluunt, dicentes, orationẽ non eſſe ſpeciem diuerſam vel genus aliud a numero, ſed ambo vnũ eſſe ſecundum principale ſignificatũ, nec eſſe differentiã, niſi in connotato (vt appellant) ſiue conſignificato: quẽadmodum ſupra dictũ eſt de ſuperficie & loco, non eſſe illa diuerſa genera vel ſpecies diuerſas, ſed tantum cõnotato differre. Sic em̃ dicunt orationẽ principaliter ſignificare numerũ, ſimul tamen ſignificãdo numerũ, vt eſt in partibus orationis alicuius ſubiectatus. Vnde hanc dicunt prædicationẽ identicã. Oratio eſt numerus, ſicut & illa, locus eſt ſuperficies & ecõtrario, æſtimatur identicã: quoniã vtrobiq, ſecundũ principale ſignificatũ, idem ſignificãt ſubiectum & prædicatũ. ¶Hæc autẽ ſolutio tametſi vtcunq ſatiſfaciat, tamẽ ſi exacte perpendant Ariſtotelis verba & penitius introſpiciant, videbit aliud aliquid voluiſſe per orationẽ intelligere, nec ita pro eodẽ iſta cõputaſſe. Propter quod ab alijs dicit, per orationẽ in propoſito intelligi certã menſuram & quantitatẽ ſyllabarũ, per quã oratio vocalis ſecundum ſyllabas longas vel breues pronunciat, vt ex ſingularũ ſyllabarũ quãtitatibus, de quibus ars metrica tractat totius orationis conſurgat vna mẽſura. quæ quãtitas recte dicit, eo quod orationẽ mẽſuret & quantã denominet. Diſcreta aũt quãtitas dicitur eo quod quãtitates illæ ſingularũ ſyllabarũ, ex quibus con-

bus conflatur vna quantitas totius orationis vno ſpiritu prolatę per nullum terminũ communẽ ſunt cõiunctæ,ſicut nec ipſe ſyllabæ vllo cõmuni termino adinuicẽ coniunctæ ſunt.Quã ſentẽtiam aperte ſatis indicare videtur Ariſtoteles, cum de ea ſic ait Quod autẽ quantitas ſit oratio,manifeſtũ eſt.Menſuratur eñ ſyllaba longa & breui.In quo verbo indicare videtur, iſtã quantitatẽ potius accipiendam eſſe ſecundum menſurã longitudinis vel breuitatis ſyllabarum,quam ſecundũ numerum tantũ earum.

CAPVT. XXIX.

De ſecunda diuiſione quantitatis.

Secũda diuiſio quantitatis.

QVantitatis, aliud cõſtat partib⁹ habentibus adinuicẽ poſitionẽ aliud conſtat ex partib⁹ non habentibus poſitionem adinuicem.

Pro hui⁹ diuiſionis intellectu,explicandũ eſt primo quid ſit partes alicuius habere poſitionẽ, ac deinde quę quantitates tales ſint aut nõ ſint.Requirit autẽ(vt Boeti⁹ tradit)iſta partiũ adinuicem poſitio, tria.Primũ,vt partes ipſæ alicubi ſint, ita vt poſſis demõſtrare hanc partẽ in tali loco, & illam in alio, atq; ita vnicuiq; parti ſuũ locũ vel ſuã partẽ loci deſignare.Secundũ vt partes nõ ſint in fluxu nec pereant,ſed ſimul permaneant.Tertiũ,vt partes adinuicem cõiungãtur & couniantur. Huiuſmodi autem quantitates ſunt,linea, ſuperficies,& corpus, ac iuxta Ariſtotelis cõnumerationem loc⁹.In linea ſi quidẽ partes adinuicẽ poſitionẽ habent,quoniã ſingulæ partes certũ locum ſuum obtinẽt,& ſingulis ſuus locus poteſt demõſtrari dicẽdo hæc pars lineę eſt ad dexterã,illa ad ſiniſtrã,hec finẽ ibi accipit,illa initiũ.Item partes nõ fluunt nec pereũt,ſed permanent,& ſimul exiſtunt.Adinuicẽ autẽ continuãtur & copulantur per punctũ,vt ſupra dictũ eſt.Ita ſuo modo dicendum de ſuperficie & corpore. Vbicunq;

cunqꝫ vero horũ aliquod defuerit,illuc nõ dicũtur partes habere poſitionẽ.Vnde tẽpus quãuis quantitas continua ſit,nõ tamẽ habent partes eius poſitionem,defectu duorꝫ priorũ requiſitorũ.Nec eñ partes tẽporis alicubi ſitæ ſunt , vt poſſit eis ſuus cuiqꝫ locus aſſignari.Deinde neqꝫ permanent ſimul ſubſiſtentes,ſed in cõtinuo fluxu ſunt,vt vna adueniente,altera cogatur cedere , & vna abeunte,altera debeat ſuccedere:quoniã iuxta illud Poetæ.Fugit hora,& hoc quod loquimur inde eſt.Recte tamẽ dicimus eas habere ordinem,videlicet ſecundũ ſucceſſionem,quoniam vna eſt prior,altera poſterior,vna præcedens,altera ſubſequens. ¶Numerus quoqꝫ nõ cõſtat expartibus habẽtibus poſitionem defectu primi & tertij:quoniã partes non habent continuationem adinuicem,imo neqꝫ determinate ſitum aliquem habent,vt demõſtrari poſſit,hæc pars numeri hic eſt,illa illic.Poſſunt tamẽ partes ei⁹ dici adinuicem habẽtes ordinẽ,quoniã binarius eſt prior ternario,vt ternarius prior eſt quaternario , atqꝫ ita in cæteris.

¶CAPVT XXX

¶De cõmunitatibus,& proprietatibus quantitatis

Quemadmodum autẽ ſubſtantię ſecundum ſuã naturã ſupra aſſignauimus certas quaſdam conditiones:quas vel communitates vel proprietates nominauimus,ſic & quãtitati veniunt aſſignandę aliquot ipſi ex natura ſua competẽtia,vel cõmuniter cũ alijs,vel proprie.Prima conditio quantitatis hæc eſt.

Quantitati nihil eſt contrarium.

Pria proprietas quãtitatis.

¶Nõ eſt aũt hoc quantitati propriũ quarto modo. Eſt eñ ei cũ ſubſtantia cõmune.Secundo tamẽ modo propriũ dicitur,quoniam omni quãtitati conuenit,id quod in ſingulis eſt manifeſtũ.Linea eñ non cõtrariatur ſuperficiei vel corpori , quoniam ſimul in eodem ſunt linea ſuperficies & corp⁹. Imo & in ſeinuicẽ exiſtunt,& a pleriſqꝫ dicũtur ineſſe tanquã accidentia.Vt verbi gratia,lineã eſſe dicũt in ſuperficie,tanquã accidens in ſubiecto,ita ſuperficiem in corpore.

corpore.Nō em̄ cum veritate dici poterit, Lineam eſſe in ſuperficie aut ſuperficiem in corpore per modum partis integralis quoniam nō componitur ſuperficies ex lineis tanquā ex ſuis partibus, neq; corpus ex ſuperficieb9,ſicut nec linea ex punctis componitur.Sed habet ſuperficies lineam pro termino cōmuni,ad ſuarū partiū continuationē,& corp9 ſuperficiē ſuas partes continuantē, impoſſibile eſt autem cōtraria eidē ſimul ineſſe,ac magis etiam ſibijn uicem ineſſe. ¶Tempus quoq; nulli eſt contrariū, Nam dies & nox licet videantur quandam habere oppoſitionē,nō tamē proprie cōtraria ſunt,ſed ſunt priuatio& habitus.Dies quoq; vt nocti opponitur non ipſum tempus ſignificat,ſed illuminationē aeris,aut præſentiam ſolis ſupra noſtrum hemiſphærium.Neq; hyems & æſtas per ſe contraria ſunt. Per accidens em̄ videntur aliquo modo cōtrariari, ratione cōtrariorū effectuū,qui vigēt tempore hyemis & tēpore æſtatis.Hyeme nāq; humiditas & frigiditas,æſtate vero ſiccitas & caliditas vigent.Ceterum inter tēpus ipſum hyemale & ęſtiuū,nulla eſt per ſe cōtrarietas.Ita em̄ & lineā rectā per accidēs dicim9 cōtrariari lineę curuę,quoniam videlicet rectitudo & curuitas qualitates p ſe cōtrarię ſunt,a quib9 illę duę lineę dicūtur per accidēs cōtrariæ, ſicut ſuperi9 in ſubſtātia dixim9,hominē albū nigro contrariari per accidēs. ¶Præterea,numerus nullū habet contrariū.Nā duo non cōtrariantur trib9,neq; tres quatuor,atq; ita in cęteris.Quod ita declarat,quoniam nō videtur maior ratio contrarietatis inter binariū & ternariū,q̄ inter binariū & quaternariū aut quinariū.Idē igitur binarius infinita haberet contraria quod eſt impoſſibile:cū determinate vnum vni ſit contrariū,vt albedo nigredini,virtus vicio : aut vt plurimū vnū duob9,in illis videlicet vbi ſecundū exceſſum & defectū a medio ſumit cōtrarietas,quēadmodū eadē liberalitas ſcd̄m exceſſum habet contrariam prodigalitatē,ſecundū defectū vero auaritiam.Relinquitur itaq;,binariū nullū eſſe contrariū ac proinde nec vlli numerorū.Par ſiquidem eſt de

omnib9

omnibus ratio. Præterea, contrariorũ alterũ non includitur in altero, ſed numerus alius alium includit, vtpote ternarius binarium: quaternarius ternarium. Non igitur poſſunt numeri, eſſe adinuicẽ contrarij. Per ſingula ergo diſcurrentes, oſtendimus nulli quãtitati quicq̃ eſſe contrariũ. ¶Contra hanc autẽ proprietatem facit obiectionẽ Ariſtoteles, de magno & paruo, multo & pauco. Iſta eñ videnť eſſe cõtraria, & nihilominus quãtitates. Videntur igitur quantitates ſibiinuicem eſſe cõtrariæ. Cui obiectioni ſatiſfacit dupliciter. Primo, negãdo quod aſſumiť, magnũ & paruũ eſſe quantitates. Non eñ proprie quãtitatem ſignificant magnũ & paruũ, multũ & paucum ſed adaliquid ſiue relationẽ, Quod ita declarat. Dicimus eñ aliquid magnũ aut paruũ, ſecundũ comparationẽ vel relationẽ ad alterꝫ. Vt montẽ iſtum dicimus paruũ, in cõparatione ad alterũ maiorem, & granũ milij vel ſinapis dicim⁹ magnũ in cõparatione ad aliud ſimile granũ minus. Non dicerem⁹ autem montẽ paruum, & milij aut ſinapis granũ magnum, ſi ſimpliciter & abſolute diceretť magnum & paruũ, & non magis ſecundũ relationẽ vel comparationẽ. Similiter de multis & paucis declarat quoniam in ciuitate aliqua magna dicimus eſſe paucos homines, in vico autẽ vel pago multos, cum tamen ſimpliciter illic plures ſint q̃ hic. Niſi igitur ſecundum relationẽ & comparationẽ diceretur multum & paucũ, nunq̃ ita dicerent homines. Nunc autẽ in ciuitate illa magna dicunt homines eſſe paucos cõparatione facta ad ciuitatem aliam in qua longe plures ſunt homines: & in vico dicunt eſſe multos cõparatione ad vicũ alium in quo ſunt pauciores. Manifeſtum eſt ergo magnũ & paruũ, multũ & paucũ eſſe ad aliquid, & ſecundũ comparationẽ vel relationem dici. ¶Secundo reſpondet Ariſtoteles prædictæ obiectioni, negando aſſumptũ alterꝫ de contrarietate magni & parui, multi & pauci. Hęc eñ adinuicem non ſunt contraria. Quod primũ quidem ex præcedentib⁹ conſequitur, quoniã contrarietas proprie dicta non niſi in qualitatib⁹ inueniť. Magnum

dicitur,vel a ſubſtãdo,vel a ſubſiſtendo. Subſtãtia vt a ſubſtãdo dicit̃,relatiuũ eſſe videtur. Dicitur em̃ aliquid hoc modo ſubſtãtia,in reſpectu vel cõparatione ad alterum,vt primę ſubſtantię dicuntur ſubſtantiæ,in reſpectu ad ſecũdas quibus ſubſtant, & in reſpectu ad accidentia quibus item ſubſtant. Secundæ quoq; ſubſtantiæ,ſimiliter dicuntur ſubſtãtiæ,reſpectu ſuperiorũ generũ & accidẽtium,vt ſupra declaratũ eſt. Ita accipitur ſubſtantia,cũ diuiditur in primam & ſecundam. In hac autẽ ſignificatione nõ eſt termin9 iſte,ſubſtãtia generaliſſimũ genus prędicamenti ſubſtãtiæ. Cum em̃ relationem ſignificet,qui fieri poteſt,vt ſupraponatur terminis abſolutam naturam abſq; omni relatione ſignificantibus? Cuiuſmodi ſunt omnes termini prędicamenti ſubſtantiæ
¶ Subſtantia vero vt dicitur a ſubſiſtendo, relatiue non dicitur,ſed abſolute ſine relatione & comparatione ad alterũ. Quẽadmodum em̃ id quod dicitur homo aut animal aut corpus,ita dicitur non per relationem ad aliud vel alia,ſed omnino abſolute videlicet quia naturã hominis, animalis aut corporis participat:ita & ſubſtantia hoc modo aliquid dicitur abſolute,ſine cõparatione ad aliud,eo quod naturam ſubſtantialitatis participet. Atq; hoc modo acceptum vocabulũ ſubſtantia,genus eſt generaliſſimum ſupra omnia genera & ſpecies prædicamẽti ſubſtantiæ,neq; vllo modo dicitur ſecũdum magis & minus,ſicut nec cętera genera ſubiecta. Nihil em̃ eſt magis ſubſtantia altero,quoniã quęcunq; naturã ſubſtantialitatis habent:eandẽ ex æquo participant ſicut & de cæteris generibus ſupra dictum eſt.
¶ Hanc autem diſtinctionem propoſito applicãtes, pro diſſolutione propoſiti argumẽti,clare dicimus quãquam termin9 ille ſubſtãtia vt a ſubſtãdo deducitur,ſecundum magis & minus prędicet̃. Dicendo vnã ſubſtantiã eſſe magis ſubſtantiam q̃ alterã, non tamen hinc cõſequitur,vllã ſubſtantiã dici ſecundũ magis & minus. Nam ſubſtãtia a ſubſtãdo,nõ eſt terminus ſubſtãtialis,ſed relatiu9. Vult autẽ ſuprapoſita cõditio ſiue proprietas,nullũ terminum prędicamenti

menti ſubſtãtiæ prædicari ſcđm magis & min⁹.i.cũ aduerbijs eiuſmodi magis & minus,vel nullã ſubſtantiã ſuſcipere huiuſmodi p̄dicationẽ,ſecundũ aliquod prędicatũ ſibi eſſentialiter cõueniẽs. Hoc eṁ eſt quod dicit Ariſtoteles,vnamquãq; ſubſtantiã ſecundũ hoc ipſum quod eſt nõ dici magis aut min⁹ ¶Quomodo aũt hactenus omniũ conditionũ prædictarũ nulla inuẽta eſt proprie cõuenire ſubſtantię ſic neq; iſta.Quamuis eṁ omni ſubſtãtię cõueniat non tamen ſoli.Cõuenit eṁ & quãtitati:vt bicubitum nõ dicitur alio magis bicubitũ,neq; linea vna dicitur magis linea q̃ altera.Ac proinde propriũ dici poteſt ſecundo modo,quarto modo non poteſt.

¶CAPVT XXIIII.

¶De ſexta proprietate ſubſtantiæ,quæ ſingulariter dici meretur proprietas.

QVę hacten⁹ poſitę ſunt cõditiones ſubſtantiæ,poti⁹ cõmunitates dicẽdæ ſunt quã proprietates.Quod autẽ nũc dicẽdũ eſt,id proprie videt̃ ſubſtãtiæ cõuenire.Ait ergo Ariſtoteles

Maxime aũt propriũ videtur eſſe ſubſtantiæ cum vnũ & idem numero ſit, contrariorum ſuſceptibile eſſe. Sexta p̄prietas ſubſtãtiæ

¶Cõuenit eṁ hoc õni ſubſtantiæ,queadmodũ per inductionẽ poteſt oſtendi ad oculũ. Videmus nãq; vnũ eundẽq; hominẽ nunc calorẽ in ſe habere,nũc frigus,nunc bonũ eſſe & probũ,poſtea malũ & improbũ,modo albũ poſtea nigrũ,nunc huius opinionis poſtmodũ contrarię,modo velle aliquid modo idẽ nolle.¶Sic in õnibus corporibus conſyderatione facta ad cõtrarias qualitates,videbimus eaſdem numero ſubſtantias cõtrariorũ eſſe ſuſceptibiles. In ſubſtantijs autem incorporeis oportet conſyderare qualitates cõtrarias ſpirituales,quę ad corpus nõ attinẽt.Nã & angeli cõtrariorũ ſunt ſuſceptiui,quoniam contrariarum opinionũ aut volitionũ ſunt ſuſceptibiles.Poſſunt enim modo nolle.qđ antea vole

bant,& ecõtrario.Poſſunt mutari ex ſua natura ſecundum odium & amorẽ,proſequutionem & fugã triſtitiam & gaudiũ,aliaq; huiuſmodi, quæ omnia ſunt contraria. ¶ Notandũ vero quod non dicuntur ſubſtantiæ ſuſcipere contraria: ſed ſuſceptibiles, eſſe contrariorum:quoniam nõ poteſt fieri vt ſubſtantia vna & eadem numero:actu ſimul cõtraria ſuſcipiat. Hoc enim naturæ cõtrariorum repugnat, ſimul eidẽ ineſſe:ſed tẽporis ſucceſſione ſubſtãtiæ dicũtur eſſe contrariorum ſuſceptiuæ, ita vt vno migrante poſſit ſubſtantia eadẽ manẽs acquirere alterũ. Quẽadmodũ abſcedente calore,venit frigus in corpus & ecõtrario : egritudine pulſa,introducitur ſanitas,& econtrario. ¶ Notandũ quoq; non hic dici quod ſubſtantia quælibet ſit cõtrariorum quorũlibet ſuſceptibilis,ſed tantũ aliquorũ contrariorũ. Non enim neceſſe eſt,vnã eandẽq; ſubſtantiam omniũ contrariorum eſſe ſuſceptibilem,ſatis autẽ fuerit,ſi aliqua poſſit ſuſcipere contraria. Siquidem arbor iſta vna & eadem nõ poteſt omnia cõtraria ſuſcipere. Non enim eſt ſuſceptibilis gaudij & triſtitię:odij & amoris cõtrariarũ opinionũ,volitionũ,& nolitionũ,aliorũq; huiuſmodi. Quorundã autem cõtrariorum eſt ſuſceptibilis. Quãquã & vniuerſaliter intelligi poteſt, quãlibet ſubſtantiam quorũlibet contrariorum eſſe ſuſceptibilem ad hunc ſenſum, vt quoties ſubſtãtia quælibet ex cõtrarijs duobus alterũ ſuſceperit, poſſit etiam alterũ contrariũ eadem numero in ſe ſuſcipere. Vt,verbi gratia, ſi quid ſuſceptiuũ eſt albedinis,eſt idipſum nigredinis quoq; ſuſceptiuũ: ſi quid capax eſt huius opinionis, eſt & contrariæ capax: ſi quid amoris & odij,atq; item in cæteris. Contraria namq; ex ſua ratione fieri habent circa idem ſubiectum,ſeq; pellunt mutuo. ¶ Excipiuntur ſi quæ ſint qualitates a natura determinatæ aliquibus ſubſtantijs : vt igni eſt naturaliter deputata caliditas & ſiccitas & leuitas. Propter quod, ignis licet habeat in ſe iſtas qualitates, contrariorũ tamen nõ videtur ſuſceptibilis. Verum hic,proprie loquẽdo,non vere dicimus,ignem eſſe ſuſceptiuum caloris, ſiccitatis, & leuita

& leuitatis.Potius namq; ignis dicendus eſt habere naturaliter deputata illa quam ſuſcipere. Suſcipitur em̄ in aliquo,quod ipſi eſt extraneū, & a natura ei nō eſt deputatum,queadmodum annotauit & Boetius.Atq; ita ſimpliciter adhuc remanet veritas generalis dicti illius,ſubſtantiam eſſe ſuſceptibilē quorumlibet cōtrariorum,ita vt ſi alterum quorūlibet ſuſcipiat,poſſit & reliquum ſuſcipere. ¶Ita ergo probatū eſt omni ſubſtantiæ prædictā conditionem conuenire.Nunc autē & quomō ſoli cōueniat ſubſtantiæ,declarem9.Patebit autē hoc per ſingula accidentia diſcurrendo. Non em̄ poterit inueniri color aliquis.qui vnus & idē numero dicatur,nūc albus,nunc niger;neq; aliquis habitus numero idem poteſt dici nunc bonus,nunc malus;neq; aliqua eadem actio numero,bona eſſe poteſt & mala: & ita in reliquis,non poterit inueniri aliquod accidentium,quod contraria poſſit idem numero ſuſcipere. Conuenit igitur ſoli ſubſtantiæ,eſſe contrariorum ſuſceptibilem.

¶CAPVT XXV.

¶Proponitur & ſoluitur obiectio de opinione & oratione.

VErum aduerſus hāc proprietatem,Ariſtoteles obiectionē ponit,de oratione vocali vel opinione mentali,quæ eadem numero manens ſuſceptiua videtur veritatis & falſitatis,cū dicatur modo vera,modo falſa.Exempli gratia , hæc oratio,Ioannes dormit,modo vera eſt,vere dormiente Ioanne,Poterit autē eadem fieri falſa,ſi expergiſcatur Ioānes a ſomno,manebit tamē oratio vna & eadem numero . Eadē igitur oratio vna & eadē numero,vera eſſe poteſt ac falſa ſucceſſu temporis; ac proinde contrariorū eſt ſuſceptibilis , cum verū & falſum videantur eſſe cōtraria.Quod ſi admittatur,conſequens eſt,nō ſoli ſubſtātiæ id eſſe propriū quod dictū eſt. ¶Propter hanc obiectionem diſſoluēdam,Ariſtoteles proprietatem ſupra poſitā ſupplet in hunc modū.Proprium eſt ſubſtantiæ, cū ſit vna & eadē numero cum ſui mutatione eſſe ſuſceptibilem contrariorū.Per adiectionē au

cum ſui mutatione,excludit obiectionē,dicens,orationē aut opinionē licet eadem numero poſſit eſſe vera & falſa,nō tamē per hoc fieri circa eam aliquā mutationē.Quod enī hæc propoſitio nunc vera dicitur nunc falſa,id non fit per aliquā mutationē circa ipſam propoſitionē,ſed per mutationem rei ſignificatę.Dicitur enī propoſitio vera,ex eo quod ita ſit in re quomodo ipſa ſignificat. Falſa vero, ex eo quod aliter ſit in re q̄ ipſa ſignificat. Ex ſola igitur mutatiōe circa rem ſignificatā,propoſitio paulo ante vera fit falſa, & econtrario. Vt ex hoc quod ipſe homo Petrꝰ mutatur a ſtatione in ſeſſionē,propoſitio iſta.Petrus ſedet,ex falſa efficitur vera, abſq; ſui reali aliqua mutatione.Poteſt vero & aliter reſponderi propoſitæ obiectioni,ſimpliciter negādo quod aſſumitur, nempe opinionē vel orationē eandē ſuſcipere contraria.Nec valet ꝓbatio.Eadē oratio vel opinio modo vera eſt modo falſa,eadē numero manens,igitur cōtrariorū eſt ſuſceptibilis. Mala ſiquidem eſt iſta illatio,laborans defectu duplici. Primū enī verū & falſum proprie nō videnť contraria,cū cōtrarietas proprie dicta(vt poſterius dicetur)in ſolis inueniať qualitatibus.Veritas autē & falſitas nō videnť eſſe qualitates,ſed potius adaliquid ſunt vel relationes.Dicitur enī veritas exęquatio & correſpondentia rei ſignificatæ ad propoſitionē ſignificantem,quod videtur ad relationē magis quā ad qualitatem ſpectare,cū ſit qualitas omnis,quid abſolutū nō conſiſtens in relatione vnius ad alterū. ¶Deinde etiā ſi veritas & falſitas cōtraria eſſent,nō tamen oratio eadē ex hoc quod modo vera eſt modo falſa dicenda eſſet ſuſcipere contraria.Ipſa namq; oratio nō ſuſcipit in ſe veritatē & falſitatem,cū veritas(vt iam dictū eſt)nō ſit in oratione vera.Si enī veritas & falſitas ſuſciperentur in ipſa oratione vera,iā nec Ariſtotelis valeret ſolutio,quia dicit, orationem eādem dici modo verā,modo falſam,abſq; ſui mutatione.Prorſus enī cum ſui mutatione id fieret,ſi vere in ipſa ſuſciperetur veritas & falſitas. ¶Amplius autē aduerſus ſupradictam proprietatē obijcitur, de

materia

materia prima & quãtitate corporea, quæ ſuſcipiũt in ſe cõtrarias qualitates, nõ tamen ſunt ſubſtantię. Propter hanc obiectionẽ, recentiores vt per omnia conuertibilẽ faciant hanc proprietatẽ, ita eam complent. Maxime proprium eſt ſubſtantiæ eſſe ſuſceptibilem cõtrariorum: tanquam completũ & vltimatũ ſubiectum. Prius adijciunt, ne proprietas cõueniat ipſi materię primę, quę proprie loquẽdo non eſt ſubſtãtia, ſed tantũ ſubſtantiæ pars. Materia nanq; eſt cõtrariorum ſuſceptibilis, quoniã omnia accidẽtia corporalia ſuſcipiunt in corporali materia, quẽadmodum in Phyſicis noſtris declarauimus. Verum ipſa non eſt ſubiectũ completũ, quoniã pars tantũ eſt altera cõpoſiti. Subſtãtia autẽ eſt ſubiectũ cõmpletũ atq; perfectũ. Alterum adijciunt propter quantitatẽ, quæ (iuxta quorundã probabilẽ opinionẽ) immediate in ſe ſuſcipit corporeas qualitates, vt colorẽ dicunt ſuſcipi in ſuperficie, figuras idem ſubiectari in ſuperficie aut corpulẽtia. Iuxta quorum opinionẽ neceſſe eſt fateri, etiam quantitatẽ eſſe contrariarum qualitatũ ſuſceptibilem. Verum ipſa non eſt ſubiectũ earum vltiãtum, quoniã vlterius ſunt in ipſa ſubſtantia; mediãte quãtitate. Sed harum rerum determinatio, a Dialectica conſyderatione eſt aliena, magiſq; Phyſicæ cõuenit: quamobrẽ iſta tetigiſſe cõtenti, explicato vtcunq; ſubſtantiæ prædicamento, ad quantitatem recto curſu pergamus. ¶CAPVT XXVI.

¶De prædicamento quantitatis.

Poſt prædicamentũ ſubſtantiæ proximo loco ſubſequit prædicamentũ quantitatis, qd maior ſit cõueniencia, & ſimilitudo ſubſtãtiæ, cũ quantitate quã cum qualitate. Sicut enim ſubſtãtia nõ ſuſcipit magis & minus, nihilq; habet contrariũ, ſic & de quantitate, paulo poſt declarabit. Item iuxta quorundam probabilẽ ſententiã qualitates corporales ſuſcipiunt in ſubſtantia mediante quantitate, ita vt quantitas ſit ſubiectũ immediatũ qualitatum, atq; hac conſyderatione videt quãtitas aſſimilari ex aliqua parte ſubſtantię, quoniam modo quodã ſubſtat tametſi nõ vt vltimatũ & per ſe conſiſtẽs ſubiectũ, quoniã

quoniam & ipſum eſt in alio, nempe in ſubſtantia. ¶Tractans autē de quantitate Ariſtoteles, ipſius nō ponit definitionē, quoniam generaliſſimū genus ꝓ p̄prie definiri non poteſt, vtpote quod aliud ſupra ſe genus non habeat per quod poſſet definiri aut differentiā aliquā conſtituentē. Poſſet tamen aliquomodo deſcribi per ſuum concretum, hoc modo.

Definitio quātitatis.

Quantitas eſt, ſecundum quam aliq̄d dicitur quantum.

¶Vtpote longū, latum, profundū, multum, paucū, magnum, paruum, diuturnū vel breuis durationis. ¶Incipit autem Ariſtoteles tractatum quantitatis, ponēs duas eius diuiſiones. Quarum prior hæc eſt.

Diuiſio quantitatis.

Quantitatis, aliud continuum, aliud diſcretum.

¶Hoc eſt, quantitatū, alia eſt continua, alia diſcreta. Quæ diuiſio duas ſpecies immediate ſub quantitate poſitas aſſignat: nempe quātitatem cōtinuam, & quantitatem diſcretam, quarum definitiōes ſiue deſcriptiones ex Ariſtotelis declaratione colliguntur.

¶CAPVT XXVII.

¶De quantitate continua & primo ponitur definitio eius.

Definitio quantitatis continuæ.

QVantitas cōtinua eſt, cuius partes copulātur ad aliquē terminum communem.

Quid terminꝰ cōmunis.

¶Vt partes lineæ copulantur ad punctū. Dicitur autem in propoſito terminus communis aliqua℞ partium, quod eſt principiū vnius & finis alterius. Ad quarum definitionū intelligentiam notandum eſt. quod quantitatis continuæ ſecundū propriam enumerationem ſunt quatuor ſpecies, nempe linea, ſuperficies, corpus, ſiue (ad diſtinctionem a corpore prædicamenti ſubſtantiæ) corpulentia; & tempus.

Nam de

Nam de loco quã velut quintam ſpeciem priorib⁹ cõnumerare videtur Ariſtoteles, cõmunior eſt ſententia, non eſſe a ſuperficie ſpeciem diſtinctã, ſed tantum ſecundum connotatũ ab ea differre, quatenus videlicet ſupra ſignificationẽ ſuperficiei locus connotat vel vltra ſignificat, alicui⁹ rei intra ſe cõtinẽtiam. Siquidem locus dicitur ſuperficies continens aliquid, nempe rem locatam. ℂ Priores autem quatuor ſpecies ſunt diſtinctæ ſub quantitate continua, vt ſpecies ſub eodẽ immediato genere cõtentæ Linea namq; ſuperficies, corpulẽtia & tempus: quãtitates ſunt, & cõtinuæ quãtitates. Quantitates quidẽ, quoniã ſecundũ ipſam, res dicuntur quãtę, vtpote ſecundũ lineam longę, ſecundũ ſuperficiem latæ, ſecundũ corpulentiã craſſæ aut profundæ, ſecundũ tempus diuturnæ. [Co]ntinuæ autẽ dicuntur, quoniã ſingulæ earũ partes [su]as habent per aliquẽ cõmunẽ terminũ ad inuicem compoſitas. Lineæ ẽm partes copulantur per intermediũ punctũ, qui vn⁹ & idẽ numero, finit partem vnam & alteram incipit: atq; ideo per punctũ dicit terminꝰ cõmunis lineę. Superficiei item partes continuant per terminũ cõmunẽ nempe per lineam. Corpulentiæ vero partes per ſuperficiem continuantur, ipſa tamen nullius alterius quantitatis partes copulat. Ac proinde ſicut punctus eſt communis terminus lineæ, ſic linea ſuperficiei, ſic deinde ſuperficies corporis: corp⁹ vero nullius alteri⁹ quantitatis eſt termin⁹. ℂ Habet quoq; tẽpus partes ſuas continuatas per cõmunẽ terminũ. Pars ẽm quæ præceſſit iamq; effluxit, & ea quę ſubſequitur quæq; iam incipit, per pręſens tempus, ſiue (vt magis proprie loquamur) per præſens inſtans, aut momentũ aut indiuiſibile temporis continuantur: quod quidẽ momentum præſens, terminus eſt partis iam elapſæ ſiue præteritæ, & initium partis eueſtigio abſq; intermedia diſtantia ſubſequentis.

ℂ Ex quibus colligi facile poſſunt ſingularũ ſuprapoſitarũ ſpecierũ qualeſcunq; definitiones: hoc modo. Linea eſt quãtitas continua, cuius partes copulantur per punctũ. Superficies eſt quãtitas cõtinua, cuius Definitiones li[neæ]

cuius

neç ſu pficiei, cor poris & temporis.

„ cuius partes copulanť per lineam. Corpus eſt quantitas continua, cuius partes copulãtur per ſuperficiem. Tempus eſt quãtitas continua, cuius partes copulantur per præſens tempus, ſiue inſtans præſens. Sed harũ rerũ latior deductio atq; plenior declaratio, ad phyſicam magis quã ad Dielecticã ſpectat.

¶CAPVT XXVIII.

¶De altera ſpecie quantitatis, nempe de quantitate diſcreta.

Definitio quãtitatis diſcretæ.

Qvantitas diſcreta eſt, cuius partes non copulantur per aliquẽ terminum communem, ſed abinuicẽ diſtinctæ ſunt & ſeparatæ.

Sub hac quãtitate diſcreta cõtineť numer⁹ cũ omnibus ſpeciebus ſuis, vtpote binario, ternario, & ita de alijs. Numeri ſiquidẽ partes per nullũ terminũ cõmunem copulantur. Vt partes denarij, quinq; & quinq;, nõ continuantur adinuicẽ per aliquid quod eſſet vnius partis initiũ, & terminus alterius, ſed abinuicẽ ſunt diſcretę & ſegregatæ, propter quod, etiã diſcreta quantitas appellatur. ¶Addit quoq; Ariſtoteles nũero orationẽ dicẽs, etiã eam eſſe quãtitatem diſcretã, eo quod partes vocales habeat abinuicem diuerſas & diſcontinuas. Vt cũ dico, Ioannes, Andreas currere, partes orationũ harũ abinuicem ſunt diſcretæ & diſcõtinuæ. Ideo orationẽ dicit eſſe quantitatẽ diſcretã. ¶Verũ de hac oratiõe difficultas eſt non minima, quid per eã debeat intelligi. Nã ſi per orationẽ intelligatur ipſa vox ex partibus pluribus conſtans. i. ex pluribus vocib⁹ partialibus, non videť hoc modo oratio recte dici quãtitas, cũ õnes voces, imo omnes ſoni propriũ ſibi habeãt locũ in prędicamẽto qualitatis, vna cũ cęteris obiectis aliorum ſenſuum, queadmodũ ſuo dicetur loco. Si autẽ iſta vocalis oratio hic non intelligatur ab Ariſtotele, difficile videbitur aliquid aliud ad propoſitũ cũ modę

node aſſignari. ¶Huius difficultatis duplex eſt ſo
lutio. Quidā per orationē in propoſito intelligunt
ipſum numerū qui ſubiectatur in partibus orationis
vocalis, quo videlicet partes plures vni⁹ dictionis
numerant̄. Vt in hac oratione dn̄s, ternari⁹ quo nu
merantur tres iſtæ voces aut ſyllabæ, do, mi, & nus
iuxta horū ſententiā appellatur oratio. Verū his no
ua emergit difficultas. Si em̄ oratio iſta nō aliud eſt
quā numerus ille in partibus orationis vocalis ſub
iectatus, quō ergo Ariſtoteles tanquā ſpecies diuer
ſas aut genera diuerſa, ſub quantitate diſcreta æque
immediate iungit numerū & orationē? Sic em̄ ora
tio ſub numero compræhendit̄, quoniā omnis talis
oratio eſt numer⁹. Quam tamen obiectionē ita ſol
uunt, dicentes, orationē non eſſe ſpeciem diuerſam
vel gen⁹ aliud a numero, ſed ambo vnū eſſe ſecun
dum principale ſignificatū, nec eſſe differentiā, niſi
in connotato (vt appellant) ſiue conſignificato: quē
admodum ſupra dictū eſt de ſuperficie & loco, non
eſſe illa diuerſa genera vel ſpecies diuerſas, ſed tan
tum cōnotato differre. Sic em̄ dicunt orationē prin
cipaliter ſignificare numerū, ſimul tamen ſignificā
do numerū, vt eſt in partib⁹ orationis alicuius ſub
iectatus. Vnde hanc dicunt prædicationē identicā.
Oratio eſt numer⁹, ſicut & illa, locus eſt ſuperficies
& ecōtrario, æſtimatur identicā: quoniā vtrobiq̧, ſe
cundū principale ſignificatū, idem ſignificāt ſubie
ctum & prædicatū. ¶Hæc autē ſolutio tametſi vt
cunq̧ ſatiſfaciat, tamē ſi exacte perpendant̄ Ariſto
telis verba & penitius introſpiciant̄, videbit̄ aliud
aliquid voluiſſe per orationē intelligere, nec ita pro
eodē iſta cōputaſſe. Propter quod ab alijs dicit̄, per
orationē in propoſito intelligi certā menſuram &
quantitatē ſyllabarū, per quā oratio vocalis ſecun
dum ſyllabas longas vel breues pronunciat̄, vt ex
ſingularū ſyllabarū quātitatibus, de quibus ars me
trica tractat toti⁹ orationis conſurgat vna mēſura,
quæ quātitas recte dicit̄, eo quod orationē mēſuret
& quantā denominet. Diſcreta aūt quātitas dicitur
eo quod quātitates illæ ſingularū ſyllabarū, ex qui
bus con

bus conflatur vna quantitas totius orationis vno ſpiritu prolatę per nullum terminũ communẽ ſunt cõiunctæ, ſicut nec ipſe ſyllabæ vllo cõmuni termino adinuicẽ coniunctæ ſunt. Quã ſentẽtiam aperte ſatis indicare videtur Ariſtoteles, cum de ea ſic ait Quod autẽ quantitas ſit oratio, manifeſtũ eſt. Menſuratur enĩ ſyllaba longa & breui. In quo verbo indicare videtur, iſtã quantitatẽ potius accipiendam eſſe ſecundum menſurã longitudinis vel breuitatis ſyllabarum, quam ſecundũ numerum tantũ earum.

¶CAPVT XXIX.

¶De ſecunda diuiſione quantitatis.

Secũda diuiſio quantitatis.

QVantitatis, aliud cõſtat partib⁹ habentibus adinuicẽ poſitionẽ aliud conſtat ex partib⁹ non habentibus poſitionem adinuicem.

¶Pro hui⁹ diuiſionis intellectu, explicandũ eſt primo quid ſit partes alicuius habere poſitionẽ, ac deinde quę quantitates tales ſint aut nõ ſint. Requirit autẽ (vt Boeti⁹ tradit) iſta partiũ adinuicem poſitio, tria. Primũ, vt partes ipſæ alicubi ſint, ita vt poſſis demõſtrare hanc partẽ in tali loco, & illam in alio, atq; ita vnicuiq; parti ſuũ locũ vel ſuã partẽ loci deſignare. Secundũ vt partes nõ ſint in fluxu nec pereant, ſed ſimul permaneant. Tertiũ, vt partes adinuicem cõiungãtur & couniantur. ¶Huiuſmodi autem quantitates ſunt, linea, ſuperficies, & corpus, ac iuxta Ariſtotelis cõnumerationem loc⁹. In linea ſi quidẽ partes adinuicẽ poſitionẽ habent, quoniã ſingulæ partes certũ locum ſuum obtinẽt, & ſingulis ſuus locus poteſt demõſtrari dicẽdo hæc pars lineę eſt ad dexterã, illa ad ſiniſtrã, hęc finẽ ibi accipit, illa initiũ. Item partes nõ fluunt nec pereũt, ſed permanent, & ſimul exiſtunt. Adinuicẽ autẽ continuãtur & copulantur per punctũ, vt ſupra dictũ eſt. Ita ſuo modo dicendum de ſuperficie & corpore. ¶Vbicunq;

cunq; vero horũ aliquod deſuerit, illuc nõ dicũtur partes habere poſitionẽ. Vnde tẽpus quãuis quantitas continua ſit, nõ tamẽ habent partes eius poſitionem, defectu duoꝶ priorũ requiſitorũ. Nec eñ partes tẽporis alicubi ſitæ ſunt, vt poſſit eis ſuus cuiq; locus aſſignari. Deinde neq; permanent ſimul ſubſiſtentes, ſed in cõtinuo fluxu ſunt, vt vna adueniente, altera cogatur cedere, & vna abeunte, altera debeat ſuccedere: quoniã iuxta illud Poetæ. Fugit hora, & hoc quod loquimur inde eſt. Recte tamẽ dicimus eas habere ordinem, videlicet ſecundũ ſucceſſionem, quoniam vna eſt prior, altera poſterior, vna præcedens, altera ſubſequens. ¶Numerus quoq; nõ cõſtat expartibus habẽtibus poſitionem defectu primi & tertij: quoniã partes non habent continuationem adinuicem, imo neq; determinate ſitum aliquem habent, vt demõſtrari poſſit, hæc pars numeri hic eſt, illa illic. Poſſunt tamẽ partes ei⁹ dici adinuicem habẽtes ordinẽ, quoniã binarius eſt prior ternario, vt ternarius prior eſt quaternario, atq; ita in cæteris.

¶CAPVT XXX

¶De cõmunitatibus, & proprietatibus quantitatis

Quemadmodum autẽ ſubſtantię ſecundum ſuã naturã ſupra aſſignauimus certas quaſdam conditiones: quas vel communitates vel proprietates nominauimus, ſic & quãtitati veniunt aſſignandę aliquot ipſi ex natura ſua competẽtia, vel cõmuniter cũ alijs, vel proprie. Prima conditio quantitatis hæc eſt.

Quantitati nihil eſt contrarium. Prĩa proprietas quãtitatis.

¶Nõ eſt aũt hoc quantitati propriũ quarto modo. Eſt eñ ei cũ ſubſtantia cõmune. Secundo tamẽ modo propriũ dicitur, quoniam omni quãtitati conuenit, id quod in ſingulis eſt manifeſtũ. Linea eñ non cõtrariatur ſuperficiei vel corpori, quoniam ſimul in eodem ſunt linea ſuperficies & corp⁹. Imo & in ſeinuicẽ exiſtunt, & a pleriſq; dicũtur ineſſe tanquã accidentia. Vt verbi gratia, lineã eſſe dicũt in ſuperficie, tanquã accidens in ſubiecto, ita ſuperficiem in corpore.

corpore.Nō em̄ cum veritate dici poterit, Lineam eſſe in ſuperficie aut ſuperficiem in corpore per mo dum partis integralis quoniam nō componitur ſuperficies ex lineis tanquā ex ſuis partibus, neq; corpus ex ſuperficieb⁹,ſicut nec linea ex punctis componitur.Sed habet ſuperficies lineam pro termino cōmuni,ad ſuarū partiū continuationē,& corp⁹ ſuperficiē ſuas partes continuantē, impoſſibile eſt autem cōtraria eidē ſimul ineſſe,ac magis etiam ſibijn uicem ineſſe. ¶Tempus quoq; nulli eſt contrariū, Nam dies & nox licet videantur quandam habere oppoſitionē,nō tamē proprie cōtraria ſunt,ſed ſunt priuatio& habitus.Dies quoq; vt nocti opponitur non ipſum tempus ſignificat,ſed illuminationē aeris,aut præſentiam ſolis ſupra noſtrum hemiſphærium.Neq; hyems & æſtas per ſe contraria ſunt. Per accidens em̄ videntur aliquo modo cōtrariari, ratione cōtrariorū effectuū,qui vigēt tempore hyemis & tēpore æſtatis.Hyeme nāq; humiditas & frigiditas,æſtate vero ſiccitas & caliditas vigent.Ceterum inter tēpus ipſum hyemale & ęſtiuū,nulla eſt per ſe cōtrarietas.Ita em̄ & lineā rectā per accidēs dicim⁹ cōtrariari lineę curuę,quoniam videlicet rectitudo & curuitas qualitates p ſe cōtrarię ſunt,a quib⁹ illę duę lineę dicūtur per accidēs cōtrariæ, ſicut ſuperi⁹ in ſubſtātia dixim⁹,hominē albū nigro contrariari per accidēs. ¶Præterea,numerus nullū habet contrariū.Nā duo non cōtrariantur trib⁹,neq; tres quatuor,atq; ita in ceteris.Quod ita declarat,quoniam nō videtur maior ratio contrarietatis inter binariū & ternariū,q̄ inter binariū & quaternariū aut quinariū.Idē igitur binarius infinita haberet contraria quod eſt impoſſibile:cū determinate vnum vni ſit contrariū,vt albedo nigredini,virtus vicio : aut vt plurimū vnū duob⁹,in illis videlicet vbi ſecundū exceſſum & defectū a medio ſumit cōtrarietas,quēadmodū eadē liberalitas ſcd̄m exceſſum habet contrariam prodigalitatē,ſecundū defectū vero auaritiam.Relinquitur itaq;,binariū nullū eſſe contrariū ac proinde nec vlli numerorū.Par ſiquidem eſt de
omnib⁹

omnibus ratio. Præterea, contrariorũ alterũ non includitur in altero, ſed numerus alius alium includit, vtpote ternarius binarium: quaternarius ternarium. Non igitur poſſunt numeri, eſſe adinuicẽ contrarij. Per ſingula ergo diſcurrentes, oſtendimus nulli quãtitati quicq̃ eſſe contrariũ. ¶Contra hanc autẽ proprietatem facit obiectionẽ Ariſtoteles, de magno & paruo, multo & pauco. Iſta eñ videnť eſſe cõtraria, & nihilominus quãtitates. Videntur igitur quantitates ſibiinuicem eſſe cõtrariæ. Cui obiectioni ſatiſfacit dupliciter. Primo, negãdo quod aſſumiť, magnũ & paruũ eſſe quantitates. Non eñ proprie quãtitatem ſignificant magnũ & paruũ, multũ & paucum ſed adaliquid ſiue relationẽ, Quod ita declarat. Dicimus eñ aliquid magnũ aut paruũ, ſecundũ comparationẽ vel relationẽ ad alterꝝ. Vt montẽ iſtum dicimus paruũ, in cõparatione ad alterũ maiorem, & granũ milij vel ſinapis dicim9 magnũ in cõparatione ad aliud ſimile granũ minus. Non dicerem9 autem montẽ paruum, & milij aut ſinapis granũ magnum, ſi ſimpliciter & abſolute diceretẽ magnum & paruũ, & non magis ſecundũ relationẽ vel comparationẽ. Similiter de multis & paucis declarat quoniam in ciuitate aliqua magna dicimus eſſe paucos homines, in vico autẽ vel pago multos, cum tamen ſimpliciter illic plures ſint q̃ hic. Niſi igitur ſecundum relationẽ & comparationẽ diceretur multum & paucũ, nunq̃ ita dicerent homines. Nunc autẽ in ciuitate illa magna dicunt homines eſſe paucos cõparatione facta ad ciuitatem aliam in qua longe plures ſunt homines: & in vico dicunt eſſe multos cõparatione ad vicũ alium in quo ſunt pauciores. Manifeſtum eſt ergo magnũ & paruũ, multũ & paucũ eſſe ad aliquid, & ſecundũ comparationẽ vel relationem dici. ¶Secundo reſpondet Ariſtoteles prędictæ obiectioni, negando aſſumptũ alterꝝ dẽ contrarietate magni & parui, multi & pauci. Hęc eñ adinuicem non ſunt contraria. Quod primũ quidem ex præcedentib9 conſequitur, quoniã contrarietas proprie dicta non niſi in qualitatib9 inueniť. Magnum

autẽ & paruũ non qualitates ſunt,ſed adaliquid,in quibus non inueniť contrarietas.Deinde & ita probatur.Si multũ & paucũ,magnũ & paruum eſſent cõtraria,cõſequens eſſet cõtraria ſimul de eodẽ prędicari.De eodẽ ſiquidẽ mõte vere diciť hic eſt mõs magnus & mõs paruus.Magn⁹ quidã,comparatione ad montẽ alium minorẽ:paruus vero cõparatione ad aliũ maiorẽ.Sic demonſtrata eadẽ hominum multitudine,vere diciť. Iſti homines multi ſunt & pauci.Multi quidẽ reſpectu paucioꝝ,pauci vero,reſpectu pluriũ.Simul igitur eidem inerunt cõtraria. ſi magnum & paruum dixerimus eſſe contraria.

¶CAPVT XXXI.

¶Secunda proprietas quantitatis.

Scda ꝓprietas quantitatis.

QVantitas non ſuſcipit magis & minus.

¶Non eſt item hoc propriũ quarto modo quantitati,quoniã non ſoli quantitati conuenit,quod ſupra dictum & declaratũ eſt cõuenire etiam ſubſtantiæ. Propriũ tamẽ ſecũdo modo dicitur. Omni eñ quãtitati,etſi non ſoli,conuenit. Omnis eñ quantitas nõ ſuſcipit magis & minus.Id in ſingulis liquet. Linea eñ vna non eſt magis linea quã altera,neq; ſuperficies vna eſt magis ſuperficies quam altera,neq; corpulẽtia iſta eſt magis corpus vel corpulẽtia quã altera. Sed neq; tempus vnũ eſt magis tẽpus quam alterum,neq; numer⁹ vnus eſt magis numerus quã alius. Item faciẽdo comparationẽ generum ac ſpecierum adinuicẽ,non dicitur quantitas continua magis quantitas q̃ diſcreta,vel econtrario. Neq; linea dicitur eſſe magis quantitas vel continua quantitas q̃ ſuperficies aut corp⁹.Neq; temp⁹ magis q̃ numerus.Neq; denarius dicitur magis numer⁹ q̃ binari⁹ atq; ita in ſingulis .Patet igitur per inductionẽ,omni quãtitati hoc cõuenire:vt nequeat magis aut minus ſuſcipere.¶Quod ſi quis obijciat,lineam vnam dici maiorẽ altera, aut magis longã. Item ſuperficiẽ dici maiorẽ vel magis latã ſic & corpulẽtiã maiorẽ

vel ma

vel magis ſpiſſam, ita tẽpus dici mai⁹ vel magis lõgũ, numerũ quoq; aliũ alio dici maiorẽ vel magis multũ. Videnẽ igiẽ quãtitates iſtæ dici ſcđm magis & min⁹. Soluitur obiecto per negationẽ conſequentiæ. Aliud em̃ eſt ſuſcipere magis & min⁹, ſic loquẽdo per aduerbia, aliud maius & min⁹, loquendo per comparatiua nomina. Quantitatẽ em̃ non ſuſcipere magis & min⁹ eſt, nullũ genus aut ſpeciẽ prędicamenti quãtitatis prædicari vere cũ iſtis aduerbijs ſe determinantibus. Atq; ita res habet. De nulla enim quantitate potes dicere. Hęc eſt magis quãtitas q̃ illa, aut magis cõtinua vel diſcreta q̃ illa, aut magis linea vel ſuperficies, vel tẽpus q̃ illa. Neq; item in cõcretis, hoc eſt magis quantũ illo, hoc eſt magis continuũ aut magis diſcretum illo, hoc eſt illo magis lineatum vel ſuperficiatũ &c. Cuius ratio eſt, quoniam realis ipſa quãtitatis natura nõ recipit intentionem vel remiſſionẽ. Atq; ob hoc, null⁹ termin⁹ prędicamenti quantitatis prædicari poteſt cũ aduerbijs illis quæ proprie ſignificãt intentionẽ vel remiſſionem formæ; per ipſum quod determinẽt ſignificatę.

¶Cũ autẽ diciẽ linea eſſe maior aut magis longa, & alia huiuſmodi, manifeſtũ eſt nullũ terminũ pdicamẽti quãtitatis illic prędicari cũ aduerbijs magis & min⁹, nec vllã ibi intẽtionẽ vel remiſſionẽ ſignificari. Significaẽ em̃ tantũ exceſſus vel defect⁹ in extenſione ſcđm longitudinẽ aut latitudinẽ aut corpulẽtiã, vel ſcđm diuturnitatẽ aut numerũ. Sic etiam ſubſtantia vna dicitur magis longa q̃ alia, aut magis alba, vel nigra. non tamẽ ob hoc dicitur ſuſcipere magis & minus, vt ſuo loco declaratum eſt.

¶CAPVT XXXII.

☞ ¶Tertia proprietas quantitatis.

Maxime propriũ quantitatis eſt æquale vel inæquale dici. Tertia proprietas quantitatis.

¶Hoc eſt. Quãtitati proprie & quarto modo propriũ eſt, vt ſecundũ ipſam aliquid dicaẽ æquale vel inæquale. Exempli gratia, ſecundũ longitudinẽ aut

latitudinẽ,aut corpulentiã dicuntur res æquales aut inæquales.i.æque longe,æque late,aut æque corpulentæ,item ſecundũ tempus dicunt̃ res æquales duratione.i.æque diuturnæ.Secundũ numerum dicuntur æquales multitudine.i.æque multę.In omnibus autẽ his ſignificat̃ ęqualitas.¶Non ſumit̃ aũt ęqualitas vel inæqualitas proprie dicta,niſi ſecundum aliquam harꝝ quantitatũ.Secundũ qualitates enim,vt albedinẽ vel nigredinẽ,non ſumit̃ æqualitas vel inæqualitas,ſed tantũ ſimilitudo & diſſimilitudo.Nõ eñ ſimpliciter æquales dicunt̃ ſecundũ albedinem vel nigredinẽ ſcientiã vel virtutẽ,ſed ex his ſimiles dicunt̃ aut diſſimiles. ¶Sumit̃ autẽ æqualitas vel inæqulitus non eodẽ modo tn quantitatibus continuis & diſcretis.In diſcretis eñ,ſecundũ identitatẽ tantũ ſpeciei ſumit̃ æqualitas: & ecõtrario,ſecundũ ſpeciei diuerſitatẽ,inęqualitas.Vt duo binarij ęquales dicunt̃,item duo ternarij,duo quaternarij: & ſecundũ duos binarios dicunt̃ duo homines nnmero æquales duobus equis quatuor homines quatuor equis.Binarius autẽ & ternari⁹ ſunt inæquales,item binarius & quaternarius:& vniuerſaliter,binarius omni numero prꝫterq̃ binario eſt inęqualis. Vnde ſcdm numerꝝ duo hoĩes trib⁹ aut quatuor dicuntur inæquales.¶Inter quãtitates aũt cõtinuas,nõ ita facile cognoſcit̃ æqualitas vel inæqualitas.Non enim ſufficit æqualitatẽ identitas ſpeciei. Non eñ omnes lineę dicuntur ęquales,nec õnis ſuperficies,nec omnia corpora.Necꝫ item inęqualitatẽ facit diuerſitas ſpeciei:quæ ad æqualitatẽ nec requiritur nec ſufficit Non quidẽ requiritur:qm̃ vna linea alteri eiuſdem ſpeciei inæqualis eſſe poteſt.Nec ſufficit quoniam linea non dicit̃ eſſe inęqualis ſuperficiei. Sciendũ ita ꝙ eſt,inter quãtitates cõtinuas illas eſſe ęquales quę ſunt eiuſdẽ ſpeciei,& eiuſdẽ menſuræ ſpecialis:illas autẽ inæquales,quæ ſunt eiuſdem ſpeciei,ſed diuerſarum menſurarꝝ ſpecialium.Vt linea quæ menſuratur longitudine vnius cubiti aut pedis,dicitur æqualis alteri lineę ſimiliter cubitali aut pedali,& bipe- [illegible] alteri bipedali.Item ſuperficies quę menſuratur

ſuratur latitudine trium pedũ,dicitur alteri ſuperfi-
ciei ęque latæ æqualis:& corpus profundum ſex pe
des,dicitur alteri eandẽ profunditatẽ habenti æqua-
le,ſecundũ profunditatẽ.A tucro:linea longitudinis
pedalis,inæqualis eſt alteri lineæ habenti bipedalem
longitudinẽ & ſuperficies latitudinis triũ pedum,eſt
inęqualis habenti latitudinẽ quatuor pedum, & ita
in cæteris.Sic tẽpus quod vniꝰ horæ duratione mẽ-
ſuratur,dicit̃ ęquale alteri quod menſuratur duratio
ne æquali.Tempus autẽ vnius horæ & tempus du-
arum horarũ.dicuntur inæqualia tẽpora.Modus ita
ꝗ menſurandi ſpecialis in eadẽ ſpecie,facit æqualita
tem vel inæqualitatẽ inter quantitates continuas.
¶Signãter dicimꝰ,modus menſurãdi ſpecialis,quo
niam generalis modꝰ mẽſurandi,nẽpe ſecundũ lon-
gitudinẽ aut latitudinẽ,aut profunditatẽ, aut durati
onem,in generali,nõ facit ęqualitatẽ. Alioqui õnia
tempora eſſent ęqualia,& omnes lineæ æquales,&
õnes ſuperficies ſibiĵnuicẽ.Sed ſecundum ſpeciales
modos mẽſurandi ſumi debet ęqualitas vel inęqua
litas.Vtpote ſecundũ longitudinẽ tantam vel tan-
tam,ſecundũ latitudinem tantã vel tantã,ſcd̃m pro-
funditatem tantã vel tantã,ſecundũ durationem tan
tam vel tantã.

¶CAPVT XXXIII.

☞ ¶De prædicamento aliquid.

Poſt prædicamenta ſubſtantiæ & quantitatis, Aristoteles adiũgit prædicamentũ adaliquid, forſitan ea ratione,quod in quãtitate relatiuorum quorundã ſiue adaliquid feciſſet mentionem,nempe multi & pauci,magni & parui,propter quod continua determinatione nunc eoꝝ vult tractatum abſoluere.Ponit autẽ duas adaliquid definitiones,quarum hæc eſt. *Prior definitio adaliqd*

Adaliquid talia dicũtur,quæcũꝗ hoc ipſum quod ſũt, aliorum dicũtur,vel quomodolibet aliter adaliud.

¶Pro cuiꝰ definitionis intellectu notandũ eſt adali-

quid in propoſito idem eſſe quod relatiuum, ſiue id
quod refertur aut dicitur in ordine ad aliud. Vt pa-
ter dicitur ĩ ordine vel in reſpectu ad aliquid, nem-
pe ad filium cuius eſt pater: ſicut econtrario dicitur
filius in cõparatione ad patrẽ. Sic dicitur dominus
in relatione ad ſeruũ, & econtrario. Inter hæc autẽ
quę relatiue ſic dicuntur adinuicẽ, quædam inueni-
untur ex principali ſuo ſignificato relationẽ ſignifi-
care, ſiue habitudinẽ vnius ad alterꝫ, vt ea quę iam
poſita ſunt exẽpla, dominus & ſeruus, pater & filius.
Principale nanq; ſignificatũ quod hi termini impor
tant: eſt habitudo aliqua, vel eius qui genuit ad eũ:
qui genitꝰ eſt, aut econtrario, vel eius qui habet im-
perium ſiue authoritatẽ pręcipiendi ad eum in quẽ
habet imperiũ. Et hæc vocãtur adaliquid ſecundũ
eſſe, videlicet quia ſecundum eſſe ſuum. i. ſecundum
principale ſignificatũ ita referuntur. ¶ Quædam au
tem inueniũt vocabula dici relatiue quæ tamẽ ex
principali ſignificato nõ important relationem, ſed
abſolutũ aliquid, vtpote vel ſubſtantiã vel qualita-
tem: quẽadmodũ Ariſtoteles exempla ponit de vir
tute & vicio, habitu & diſpoſitione, cum tamen iſta
manifeſtũ ſit ex principali ſignificato nõ habere re-
lationem, quoniã ex principali ſignificato repræſen
tant qualitates abſolutas. Dicunt tamen aliquo mo
do relatiue, vt habitꝰ dicitur reſpectu eiꝰ qui eo diſ-
poſitus ſiue (vt ita loquar) habituatus eſt, & diſpoſi-
tio reſpectu eius qui ita diſpoſitꝰ eſt. Vel habitus di-
citur reſpectu eius ad quod homo per habitũ illum
diſponitur, ſicut ſcientiã dicit ad ſuum ſcibile vel ſci
tum, obiectũ ſcientiæ: & ecõtrario ſcibile vel ſcitum
dicitur in reſpectu ad ſcientiam, quæ eſt de ipſo. Sen
ſus quoq; dicitur in cõparatione ad ſenſatũ vel ſen-
ſum & econtrario. ¶ Cũ ergo iſta non ſignificent ex
principali ſignificato relationes vel habitudines ali
quas, ſed meras & abſolutas qualitates, manifeſtum
eſt quod nõ poſſint dici adaliquid ſecundũ eſſe. i. ſe
cundũ pricipale ſignificatũ, ſed tantũ ſecundũ dici,
eo quod nõ niſi ex ſignificato minus principali hoc
habeant vt relatiue dicantur. Vnde dicũt vocabu-
lum ſci-

lum ſciētia prȩter principale ſignificatū,quod eſt ab ſoluta qualitas,adhuc ex cōnotato importare quandam relationē ſiue quandā habitudinē,qua ipſa ſciētia ſe habet ad ſcibile aut ſcitum,tanq̄ ad ſuum obiectum quod ſpeciali modo reſpicit:atq; ex hac cōſignificatione dicunt illā procedere relationē qua dicimus ſcientiā eſſe ſcibilis ſcientiā & ſcibile eſſe ſcientia ſcibile.Sic habitū & diſpoſitionē,prȩter qualitates abſolutas principales dicūt ſignificare quaſdā relationes,aut habitudines ipſoꝝ habituum,vel ad ipſos in quib⁹ ſunt,vel ad id ad qđ habentē diſponunt atq; ex huiuſmodi cōnotatis predictā ponunt vocabuloꝝ relationē. ¶Hęc autē adaliquid tantū ſcđm dici quāuis nō proprie ſint adaliquid, ḡnaliter tamē adaliquid nūcupant̄ & ſub priore iſta definitione cōprehedunt̄.queadmodū ex declaratione Ariſtotelis patet.Eſt em̄ prior definitio ḡnalis,cōueniēs tā adaliquid ſcđm dici q̄ ſcđm eſſe. ¶Et notādū qđ quędā ex p̄dictis adinuicē referuntur ſcđm caſum gtīm,vt pater dicit̄ filij pater,& dn̄s dicitur ſerui dn̄s,duplū dimidij duplū.& ecōtrario.Quedā ſcđm caſum datiuum,vt ſimile dicit̄ ſimili ſiīe,ęquale ęquali ęquale,vicinū vicino vicinū,& huiuſmodi.Quædam ſecundū caſum ablatiuū,vt mai⁹ dicitur minore maius,& ecōtrario.Quędā ſđm caſus diuerſos referuntur,vt ſenſus refertur ad ſenſibile vel ad ſenſatū ſub caſu genitiuo,dicēdo.Senſus eſt ſenſati vel ſenſibilis ſenſus.Contra vero,ſenſatū vel ſenſibile ad ſenſum refert̄ ſub caſu ablatiuo,dicendo.Senſatū ſenſu ſenſatum.Ita ſcibile vel ſcitum dicitur ſcientia ſcibile vel ſcitū:econtrario autē ſcientia dicitur ſcibilis vel ſciti ſcientia. Ita habitus dicitur habituati ſiue habilis habit⁹,& habituat⁹ vel habilis habitu dicitur habituatus.Diſpoſitio quoq; diſpoſiti diſpoſitio,diſpoſitum vero diſpoſitiōe aliqua diſpōſitū.Interdū vero prorſus ſcđm vim nulli⁹ caſus fit relatio,ſed mediāte vi prępoſitionis additæ caſui. Vt magnū dicitur nō parui magnū,neq; paruo magnum.ſed mediante prepoſitione dicit̄ magnū ad paruū;vbi manifeſte vis ipſa cōparationis per prępoſitionē ad,innititur.

Prior definitio adaliqđ

¶Propter hunc aũt tam variũ referẽdi modũ,dicit in definitione adaliquid ſub diſiunctione. Aliorũ dicuntur vel quõlibet aliter ad aliud. Inter quas duas partes ſub diſiunctione poſitas,pleriq; talem ponũt diſtinctionẽ,vt illa intelligãt dici aliorũ,quæ referũtur ad ſua correlatiua ſecundũ genitiuũ caſum,illa vero quõlibet aliter ad aliud,quę aliter quã ſecundũ genitiuũ caſum adinuicẽ referuntur vt pote vel ſecundum datiuũ,vel ſecundũ ablatiuũ,vel ſecundũ accuſatiuũ cum prępoſitione ad. Aliter tamẽ poteſt ſumi iſta differẽtia,hoc modo,vt illa intelligant dici aliorũ,quęcunq; adinuicẽ referunt ſecundum aliquem caſum vel aliquos caſus. Illa vero quomodo libet aliter ad aliud,quę non ſecundũ vim alicuius caſus referunt.ſed per aliquã prępoſitionẽ. Vt magnum dicitur ad paruũ,& econtrario. ¶Atq; hãc expoſitionẽ manifeſte indicat Boeti⁹,his verbis. Quid ſit(inquit) vel quõlibet aliter adaliud expediemus In relatione per quã dicimus,filius patris filius,nulla coniunctio mixta eſt,niſi tantum ſola caſuum vis prędicationis huius mẽbra coniungit. Cũ autẽ dico montẽ magnũ,ad alium referẽs paruũ,ita propono: mons magn⁹ ad montẽ paruũ,& mons paruus ad montẽ magnũ,hic nullorũ caſuũ vis eſt. Quanquã enĩ accuſatiuus videt eſſe permixtus,tamen ille huius relationis vim nõ tenet.ſe prępoſitio quę ad accuſatiuũ additur. Cum enĩ dico:mõs magn⁹ ad paruum montẽ.ſola præpoſitio eſt,quę vim huius continet relationis. Vt ſi quis dicat,magnus mons paruum montẽ,nihil ſignificat definitũ. Quocirca quãuis accuſatiu⁹ caſus in hac prædicatione ſit,non tamen vim relationis caſus tenet,ſed prępoſitio. Atq; hoc eſt quod ait Ariſtoteles,vel quomodolibet aliter adaliud:vt quoniã ſuperi⁹ ſecundũ caſus relationes fieri dixerat,erant autẽ quædã relationes quæ nullis caſibus tenerent,adiecit hoc, vel quomodolibet aliter ad aliud. Ac ſi diceret. Omnis relatio aut caſib⁹ fit,quod per hoc demõſtrauit,quod ait. Quæcunq; id quod ſunt aliorũ dicunt:aut præter caſus, quod hæc ſententia docet,vel quomõlibet aliter ad

aliud

aliud.Haſtenus Seuerin⁹ Boetius.In quib⁹ verbis manifeſte ille inſinuat,qua diſtinctione partes illas duas intelligat. ¶CAPVT XXXIIII.

¶De communitatib⁹ & proprietatibus adaliquid.

Ponit autẽ Ariſtoteles aliquot conditiones ad aliquid generaliter ſumpti,vt ſit commune tã ijs quæ ſecundũ dici quam quæ ſecundũ eſſe. Quarꝫ quædam rectius cõmunitates,aliæ proprietates videtur appellandæ.Prima hæc eſt.

Contrarietas ineſt relationi.

Pria proprietas adaliqd

¶Hoc eſt,inueniunẽ nonnulla adaliquid quæ adinuicem contrariãtur.Pro exẽplis aſſignat Ariſtoteles virtutẽ & viciũ,ſcientiã & ignorantiam,ſiue(vt appellat Boetius)inſcientiam,accipiẽdo ignorantiam aut inſcientiã non vt priuationẽ ſignificet,ſed habitum oppoſitũ ſcientiæ,quæ ſolet appellari ignorantia prauæ diſpoſitionis,ad diſtinctionẽ ignorantiæ priuationis. Hęc em̃ adaliquid ſunt ſecundum dici & contrarietatẽ habent.¶Veruntamen non in omnibus adaliquid contrarietas reperitur.Duplum em̃ non habet contrariũ,neqꝫ pater item cõtrarium habet.Si em̃ aliquid contrariũ haberet duplũ,maxime videreẽ illud eſſe dimidiũ:& patris contrariũ ſi vllum eſſet maxime videreẽ eſſe filius.Hęc autem nõ poſſunt eſſe cõtraria,quoniã de eodẽ ſimul prædicãtur.Vt idẽ eſt duplũ & dimidiũ,comparatiõe ad diuerſa;ſic idẽ eſt pater & filius,reſpectu diuerſorum Simpliciter autẽ impoſſibile eſt,contraria ſimul de eodẽ prædicari.Non ſunt igiẽ iſta contraria,ac proinde nõ omnib⁹ adaliquid cõuenit cõtrarietas.Imo proprie loquẽdo,nulli adaliquid ſecundũ eſſe cõtrarietas conuenit,vtpote quæ ſolũ in qualitatib⁹ inuenitur. Sed neqꝫ ſoli adaliquid iſta contrarietas ineſt, cũ etiã qualitati conueniat.Non ergo proprietas eſt adaliquid ſed poti⁹ cõmunitas. CAP. XXXV

¶Secunda proprietas adaliquid.

Videntur relatiua magis & min⁹ ſuſcipere.

Scda proprietas.

¶Exẽ

Exẽpla ponit Ariſtoteles,ſimile & diſſimile,equa le & inequale:quoniã dicitur aliquid magis aut mi nus ſimile,& magis aut min⁹ inequale.Non tamen õnibus adaliquid hoc conuenit.Nihil eñ dicit̃ ma gis aut min⁹ duplũ altero,neq; magis aut minus pa ter alio.Neq; eñ ſi quis centũ habeat liberos,dicet̃ ob hoc magis pater altero,qui tantũ vnã habet pro lem de ſe genitã.Sic qui mille habet ſeruos,nõ dici tur magis dñs quã habẽs tantũ vnũ ſeruũ.Dici qui dem poteſt centũ liberos habẽs,eſſe pater plurium, & mille ſeruos habens dicetur pluriũ dñs:non autẽ magis pater aut magis dñs. Huius ratio eſt:quoniã habitudo ipſa quæ per iſta adaliquid prĩcipaliter ſi gnificatur,nõ poteſt intẽdi vel remitti.Intẽtio ſiqui dem & remiſſio ſolis qualitatibus per ſe conuenit. ¶Quod ſi quis interroget.Quõ ergo dici poſſunt ſimile & diſſimile ſcd̃m magis & minus? Reſpõſio eſt,nõ per ſe illa dici ſcd̃m magis & min⁹.i. nõ ſecũ dum habitudines per ipſa vocabula ſignificatas,qui bus nõ amplius quã alijs habitudinibus cõuenit in tentio vel remiſſio,ſed ratione qualitatũ ipſarũ ſuſci pientiũ intentionẽ vel remiſſionẽ ſecundũ quas di cuntur res ſimiles aut diſſimiles,& in quib⁹ ipſæ il læ habitudines ſimilitudinis & diſſimilitudinis fũ dantur.¶Et ſi iterũ fiat quæſtio,quomõ dicatur ali quid magis inæquale vel min⁹?reſpondebitur,id ad modum improprie dici:quoniã magis & min⁹ pro prie ſecundũ aliquã intentionẽ vel remiſſionẽ dicũ tur.Interdũ tamẽ etiam dicuntur propter aliam ali quam rationẽ minus proprie magis & min⁹,vt ſu pra diximꝰ magis aut min⁹ ſubſtantiã ſolũ propter plura vel pauciora quibus hoc aut illud ſubſtat.Sic modo dicit̃ magis inequale vel min⁹,ſecundũ aug mentum maius aut minus,ſiue ſecundũ menſuram maiorẽ aut minorẽ ipſius quãtitatis, ſcd̃m quã dici tur equalitas & inequalitas. Vt linea quatuor pedũ dicitur eſſe magis inequalis linee duorũ pedũ,quam linea triũ pedũ,ꝑpter quãtitatis exceſſum maiorem ſcd̃m mẽſurã lõgitudinis.Itẽ tẽpus ſex horarũ dicit̃ magis inequale tẽpori duarũ horarũ,ꝙ tẽpus quatu or hora

or horarũ,propter exceſſum lõgioris durationis. In numeris quoq; ſex dicunť magis inęquales tribus q̃ quatuor,eo q᷑ ſit ſuperexceſſus maior ipſorũ ſex in multitudine q̃ ipſorũ quatuor.Nõ poteſt autẽ iſtud quod modo dictũ eſt ꝓprie dici propriũ adaliquid cũ nec õni conueniat adaliquid(vt ſupra dictum eſt) nec ſoli.Cõuenit eñ & qualitatib⁹,quę nõ ſunt adaliquid.Eſt igiť cõmunitas quædã aut conditio,potius q̃ proprietas. ¶CAPVT XXXVI

¶Tertia proprietas adaliquid.

Omnia relatiua dicunť ad cõuertẽtia.

Tertia proprietas,

SIc eñ legendũ eſt per numerũ pluralẽ, ad cõuertẽtia·non ad cõuertentiã numero ſingulari vt manifeſte patet ex græco,vbi loco vocabuli cõuertentia diciť ἀντιστρέφοντα,quod vocabulum manifeſte neutri gñis eſt numeri pluralis, non fœmininũ ſingulare.Vocat autẽ Ariſtote.cõuertentia quę nos alio noĩe appellam⁹ correlatiua. Correlatiuum eñ ſiu · cõuertẽs alicui⁹ relatiui dicim⁹,illud ad quod tale relatiuũ referť quodq; viciſſim refertur ad ipſum. Exẽpli gratia,dñs eſt relatiuũ,& pro ſuo correlatiuo aut conuertente habet ſeruũ:quoniã ad ſeruũ referť dñs,& viciſſim ad dñm ſeruus,dicendo· dñs eſt ſerui dñs,& ſeruus eſt dñi ſeru⁹.Ita patris eſt cõuertens filius,magiſtri diſcipul⁹,dupli dimidium atq; ita in cæteris.Dicũturq; pater & filius adinuicẽ correlatiua atq; cõuertẽtia:itẽ dñs & ſeruus,duplum & dimidiũ:ſciẽtia & ſcibile,ſenſus & ſenſatũ,& ita in alijs quę ſupradicta ſunt.¶Neq; refert ſiue ſecundum eundẽ caſum adinuicẽ referanť,ſiue ſecũdum diuerſos,In quibuſdã eñ ſic.i.ſecundum eundem caſum fit conuertentia:vt pater dicitur filij pater.& econuerſo.fili⁹ patris filius.In alijs autẽ aliter:vt ſciẽtia dicitur ſcibilis ſcientia,ſcibile autẽ dicitur ſcientia ſcibile. ¶Vt autẽ recte fiat iſta correlatiuorum mutua relatio(quã conuertentiam nominant)oportet prouidere,vt apte aſſignetur correlatiuum ſiue cõuertens eius quod proponitur.Nam ſi in aſſignãdo erratum fuerit,nihil mirũ erit,ſi non inueniatur

mutua

ter & filiꝰ ſimul ſunt natura,quoniã poſito patre cõſequens eſt filiũ eſſe,& e cõtrario poſito filio conſequens eſt patrẽ eſſe.Itẽ ablato patre auferꝭ & filiꝰ atq; ecõtrario.Nõ poteſt eñ eſſe pater niſi habeat filium,neq; poteſt eſſe filiꝰ qui nõ habeat patrẽ. Non quod homo ille qui modo eſt pater non poſſit permanere in eſſe naturę mortuo filio,aut econtrario, quaſi homo ille qui modo eſt filiꝰ ſimul debeat interire cũ patre,ſed quia nõ poteſt homo ille permanere pater ſine filio,neq; eſſe poteſt filius ſine patre. ¶Dicit aũt Ariſtoteles,iſtud nõ generaliter omnibus adaliquid cõuenire.Priꝰ eñ & poſteriꝰ adinuicem referunꝭ,quoniã prius diciꝭ poſteriore prius,& poſteriꝰ priore poſteriꝰ.Non ſunt tamen ſimul natura,quoniã poſito priore nõ conſequiꝭ poſterius eſſe neq; ecõtrario. Priꝰ eñ pręcedit natura,ac poſterius natura ſubſequiꝭ. Quoꝝ autẽ vnũ natura pręcedit, aliud ſubſequiꝭ.non poteſt fieri vt illa ſimul natura eſſe dicantur.Idem declarat de ſcibili & ſciẽtia,ſenſibili & ſenſu.Non eñ iſta ſunt ſimul natura,quoniã non eſt opꝰ poſito ſcibili,poni & ſcientiam.Poteſt enim eſſe res ſcibilis,anteq̃ eius habeatur ſcientia.Sic & ſenſibile poteſt eſſe ſine ſẽſu,vtpote ſi nullũ eſſet animal,eſſent aũt cętera õnia corpora,eſſet tũc quidem ſenſibile(cũ omne corpꝰ ſit ſenſibile)nullꝰ autem eſſet ſenſus.quoniã omnis ſenſus in animali eſt. ¶In his igiꝭ adaliquid quæ ita dicunꝭ ſecundum aliquam tẽporis ampliationẽ,non inueniꝭ iſta cõditio queadmodũ prius & poſteriꝰ cũ ampliatione ſignificant ad præteritũ vel futurũ tempus,ita ſcibile & ſenſibile cũ aliqua ampliatione ſignificãt,quoniam per poſſibilitatẽ vel potentiam explicanꝭ.Valet eñ ſcibile idem quod potens ſciri,vel aptũ natũ ſciri.& ſenſibile idẽ quod potens vel aptũ natum ſentiri.In illis aũt adaliquid quę ſecundum nullam ampliationem dicunꝭ vel ſignificãt,vniuerſaliter inueniꝭ iſta proprietas aſſignata. Quare & hac ex parte proprietas recte poteſt nominari,eo ꝙ omni tali adaliquid quod nulla ampliatione diciꝭ,conueniat. ¶Generaliter quoq; ſoli adaliquid cõuenit eſſe ſimul natura

ſi proprij

ſi propriſſime accipiat̃ ſimul natura ſupplendo præ dictam definitionem ad hunc modũ. Simul natura ſunt, quę poſita ſe ponũt & perempta ſe perimunt, & quorũ alterũ non eſt cauſa alteri⁹, neq; ambo ef-fectus ſunt eiuſdẽ tertij. Prius addit̃, ad excludendũ hominẽ & riſibile. Hæc em̃ duo ſe ponunt, & perimunt, qm̃ ſi homo eſt, riſibile eſt. et ſi homo non eſt neq; riſibile erit, atq; ecõtrario. Verum quia natura humanitatis cauſa eſt proprietatis quæ dicit̃ riſibilitas, iccirco non ſunt ſimul natura, ſed eſt illa prior iſta. Omnis em̃ cauſa, eſt natura prior ſuo effectu.

❡ Secundũ adijcitur propter duo iſta riſibile & flebile, quæ adinuicẽ ſe ponunt & perimunt. Si em̃ eſt riſibile, eſt & flebile, & ſi riſibile nõ eſt, nec flebile erit, nec econtrario. Neq; horũ duorũ alterũ eſt cauſa alteri⁹. Nec em̃ a riſibilitatis proprietate ꝓcedit flebilitas, nec econtrario. Sed quia ambæ proprietates ab eadẽ natura ſpecifica humanitatis procedunt (ad eũ modũ quo in libro priori in tractatu de proprio declaratũ eſt) iccirco nõ dicũtur ſimul natura. Atq; hoc pacto videbit̃ ſoli adaliquid iſta proprietas conuenire, adaliquid ſumpto generaliter vt hactenus. Nuſq̃ em̃ in ſubſtãtia aut quantitate aut qualitate inueniri videbitur iſta conditio, vt aliqua ſint ſimul natura.

❡ CAPVT XXXVIII.

❡ Quinta proprietas adaliquid.

Quinta proprietas.

SI quis definite nouerit vnũ relatiuorum, definite noſcet & reliquũ. ❡ Hoc eſt, ſi quis determĩate & certo ſciuerit, alicui conuenire alterũ relatiuorũ, oportet eundẽ ſcire determinate & certo cui alterũ correlatiuum ſiue conuertens cõueniat. Quod ſi determinate nõ nouerit neq; alterũ noſſe exiſtimandus eſt. Exẽpli gratia. Si determinate dicas te ſcire, me eſſe patrẽ, oportet determinate ſcias; cui⁹ ſim pater ſiue quis me⁹ ſit filius quod ſi determinate nõ noſti, neq; determinate noſti me eſſe patrẽ. Itẽ, ſi quis dicat ſe cognoſcere certo & determinate, hunc eſſe dñm, oportet determinate illũ

nate illum noſſe cuius ſit dñs, aut quis ei ſit ſeruus. Verũ hæc proprietas iuxta Ariſtotelis declarationem, præcipue adaliquid ſecundum eſſe videtur applicanda. ¶CAPVT XXXIX.

¶Secunda defininitio adalipuid explicatur.

Poſterior definitio adaliquid talis eſt.

Adaliquid ſunt, quibus hoc ipſũ eſſe eſt adaliquid quodãmodo ſe habere.

Secunda diuiſio adaliqd

¶Quã definitionẽ ipſe Ariſtoteles in hoc aſſerit a priore differre, quod illa generalior ſit, iſta ſpecialior. Cõuenit em̃ illa õnibus adaliquid, etiã iis quæ ſecundũ dici tantũ appellãtur: iſta vero nõ niſi adaliquid ſecundũ eſſe cõuenit, & ſecundũ quoſdã etiam ſpeciali9, vt ſolũ cõueniat ipſis adaliquid quæ proprie hui9 ſunt prędicamẽti, quaten9 cõtra ſex poſtrema diſtinguit. ¶Pro cui9 intellectu notandũ eſt, ꝙ ſex vltima prædicamẽta, nẽpe actio, paſſio, quando, vbi, ſit9, & habit9 dicunt eſſe naturę relatiuę ſiue reſpectiuæ. Cõſiſtunt em̃ in quadã habitudine & relatione vnius ad alterũ. Vt actio eſt habitudo agentis ad patiẽs, paſſio eſt habitudo patiẽtis ad agẽs, atq; ita in cæteris, quẽadmodũ ſuo loco patebit. Atq; hinc õnes termini ſex vltimorũ prædicamentorũ vocatur adaliquid ſecundũ eſſe, quoniã ex principali ſignificato õnes ſignificant relationẽ vel habitudinem. Et de his õnibus cõmuniter exponit iſta poſterior definitio ad hũc modũ. Adaliquid ſecũdũ eſſe ſunt vocabula, quib9 hoc ipſum eſſe eſt adaliquid quodãmodo ſe habere. i. quorũ principale ſignificatũ eſt habitudo vel relatio ad aliquã rẽ. Quod aũt hic ſub adaliquid omnia poſteriora prædicamenta voluerit cõprẽhẽdere Ariſtoteles, ſatis ex illo videtur confirmari, quod in ſequentib9 ſpecialem de eis tractatum non faciat, æſtimans, quantũ opus eſt ad præſens negocium, hic ſub adaliquid ſatis de eis ſe dixiſſe.

¶Capitur tamen interdũ adaliquid ꝓpriiſſime pro ſolis terminis huius prædicamenti, quaten9 contra alia omnia reſpectiua ſiue relatiua prædicamenta diſtingui-

diſtinguiť,ſcd̄m quam acceptionē actio & paſſio & cætera non dicuntur ad aliquid.

CAPVT XL.

Diuiſiones adaliqd — Ponuntur diuiſiones adaliquid.

SOlent autē recētiores adaliquid diuidere,in ad aliquid equiparātię & diſquiparātię.Adaliquid equiparātię vocant,quod referť ad ſeipſum ſiue ad idem nomē.Vt ſimile ad ſeipſum referť dicendo, ſimile eſt ſimili ſimile. Sic ęquale diciť ęquali ęquale,diſſimile diſſimilj diſſimile,inęquale,inęquali inæquale,vicin9 vicino vicin9,amicus amico amicus cognat9 cognato cognat9,affinis affini affinis,coniunx cōiugi coniunx,atq̧ ita in ſimilib9. Adaliquid vero diſquiparātię appellant,quod ad aliud nomen referť. Vt pater non dicitur patris pater,ſed filij,dn̄s diciť ſerui dn̄s,præceptor diſcipuli,prelatus ſubditi, & econtrario. Iter̄ adaliquidi diquiparātiæ diuidunt in adaliquid ſupeтpoſitionis,& ſuppoſitionis. Adaliquid ſuperpoſitionis diciť,quod ſecundum relationē digniorē dicitur,vt pater,dn̄s,magiſter,creator,gubernator,prępoſitus,dux,princeps,rex,paſtor epiſcop9,cauſa,principiū,totū,cæteraq; dignitatum & officior̄ nomina. Adaliquid ſuppoſitiōis ex opoſito diciť,quod ſecundū relationē minus dignum diciť,vt filius,ſeruus, diſcipul9,creatura, gubernatū ſubditū,miles,effectus,pars. Referunť autē iſta ad inuicē,hoc modo.Pater eſt filij pater, dn̄s ſerui dn̄s, præceptor diſcipuli præceptor,creator eſt creaturæ creator,gubernator eſt gubernati gubernator , præpoſitus eſt ſubditi aut ſubditor̄ præpoſitus,dux eſt militū dux,princeps eſt principat9 ſui princeps,rex eſt regni ſui rex, imperator eſt imperij ſui imperator(capiēdo principatū,regnū & imperiū,pro ipſis omnib9 qui ſubſunt principatui,regimini,imperio) paſtor itē eſt curæ ſuę.i.paſcendar̄ ouiū paſtor. Epiſcop9 epiſcopat9 ſui epiſcopus,cauſa dicitur effectus ſui cauſa,& totū in ordine ad patrē diciť totū. Nec difficile eſt relationes iſtas cōuertere.Filius enim dicitur patris,ſeruus dn̄i,diſcipulus præceptoris,creatura creatoris,gubernatum a gubernatore,ſubditus prælato

prælato miles ducis,principatus princeps , regnum regis,imperiũ imperatoris,cura paſtoris,epiſcopat⁹ epiſcopi,capiẽdo curã & epiſcopatũ,pro ijs qui paſtori & epiſcopo cõmiſſi ſunt.Effectus quoq; dicit cauſę ſuę effect⁹,& pars,totius pars.Ita quoq; in cæteris dicendum. ¶CAPVT XLI.

¶De prædicamento qualitatis.

QValitatis prædicamentũ inter prędicamenta accidẽtium latiſſimum eſt,vtpote quod plurima & admodũ diuerſa intra ſuæ latitudinis ambitũ complectatur atq; contineat.Definit autẽ Ariſtoteles,ſiue potius aliquo modo deſcribit & notificat qualitates,hoc modo.

Qualitas eſt,ſecundum quam quales quidam dicuntur. Defini. qualitatis.

¶Quod non proprie definitio eſt,cũ generaliſſima genera proprias definitiones nõ habeant. Eſt tamẽ deſcriptio, vel vt minimũ qualiſcunq; notificatio qualitatis.Neq; eſt quod quiſq̃ obijciat, ignotũ hic diffiniri per æque ignotum,qualitatem.ſ.per quale, quæ ambo videnť æque ignota,cũ definitio & deſcriptio õnis debeat fieri per notiora. Nõ eſt eñ verum,ęque ignotũ eſſe quale,vt qualitatẽ.Noti⁹ eñ eſt quale q̃ qualitas,ſicut albũ q̃ albedo , coloratum q̃ color.Id quod manifeſte cognoſcim⁹ ex plæriſq; rudib⁹,qui albũ quidem ſciunt,ſed albedo quid ſit. nõ intelligunt:coloratũ item & ſe videre & noſſe dicunt,ſi autẽ de colore interrogenť, quid ſit neſciunt.Quoniã ita plærũq; ſenſui eſt notius concretũ q̃ abſtracta qualitas,ob hoc nõ incongrue poteſt deſcribi,& vtcunq; notificari abſtractũ per cõcretum Hic vero maxime,cũ qualitas tanq̃ generaliſſimũ genus,propria definitione non poſſit notificari.Eſt ergo qualitas forma accidẽtalis,ſecundũ quã aliqua ſubſtantia dicitur qualis:vt ab albedine dicimur albi a ſcientia docti vel ſciẽtes, a virtute probi aut ſtudioſi,a vicio mali vicioſi & improbi.

¶CAPVT XLII.

¶De quatuor ſpeciebꝰ qualitatis, & primũ de habitu & diſpoſitione.

DIuidit aũt Ariſtoteles qualitatẽ prima ſui diuiſiõe in quatuor ſpecies, quas etiã appellat qualitatis genera: nõ q̃d ſint ſupra qualitatẽ (ſic em̃ nõ eſſet qualitas generaliſſimũ genꝰ, cũ haberet aliud ſupraueniẽs genꝰ) ſed quia ſunt genera ſub qualitate poſita, habẽtia nimirũ ſpecies ſub ſe alias plurimas. Voluit em̃ ſpecierũ iſtarũ latitudinẽ ſignificare, cũ eas non ſolũ ſpecies, ſed etiã genera appellauit qualitatis, id eſt. ſub qualitate. Singulę em̃ harũ ſpecierũ quatuor alias ſub ſe plures cõpræhendunt, vt in ꝓceſſu patebit. Quoniã autẽ propria nomina nõ ſunt impoſita quibus genera iſta poſſent deſignari, idcirco neceſſitate cõpulſus & inopia vocabulorũ, circũloquutione vtitur in illis aſſignandis.

Pr͞ia ſpecies qualitatis.

¶Aſſignat autem primo loco, habitũ & diſpoſitionẽ. Sub quo genere cõpræhẽdi vult õnes habitus & diſpoſitiones, & ſi quę alia horũ naturã retinẽt, ſiue cũ his naturalẽ conuenientiã ꝓbtinent. Hoc aũt in primis notandũ eſt, inter habitũ & diſpoſitionẽ, nõ eſſe differentiam eſſentialẽ, quaſi ſpecie aut genere differãt habitus & diſpoſitio. Non em̃ differũt, niſi ſecundũ magis & minus ſcd̃m perfectũ & imperfectum, ſecũdum firmũ & infirmũ, ſecundũ facile mobile & difficulter mobile. Diſpoſitio namq; eſt prõptitudo aliqua vel aſſuefactio, relicta ex actu aliquo vł actibus pluribus, adhuc tamen infirma & exigua, ita vt facile perdi poſſit aut a ſubiecto dimoueri. Verum poſtquam eadem illa prõptitudo alias radices iecerit, poſtquã aſſuefactio illa fuerit bene radicata in ſubiecto, ita vt non niſi magna difficultate poſſit perdi aut a ſubiecto dimoueri, iã habitus dici merebit. Propter quod habitus iuuenili aut virili cõditioni, diſpoſitio puerili apte poteſt cõparari, quemadmodũ Seuerinus Boetius ait, diſpoſitionẽ ab habitu diſtare eo modo, quo ipſe Socrates dum eſſet paruulꝰ poſt vero pubeſcens a ſeipſo diſtabat. Vnde diſpoſitio, imperfectus & iniciatiuus quidam habitꝰ dici poteſt, & ecõtrario, habitus quædam perfecta & cõſumma

ſummata diſpoſitio. Diſpoſitio eñ cũ perficitur, in habitũ euadit, queadmodũ puer cum perficitur, in virum tandem euadit. ¶ Exẽpli gratia, in eo qui a pueritia ſobrie ſemper & caſte vitã duxit, ſobrijſq; & caſtis actibus ſedulo dedit operam, in hoc ſobrietatis & caſtitatis proculdubio eſt habitus, qm̃ difficulter mobilis eſt a ſubiecto illa cõſuetudo ſiue prõptitudo ex longa aſſuefactione .i. per continuã operationẽ actuũ taliũ acquiſita. Nam etſi forte contingat interdũ incidere in actũ aliquẽ ſobrietati aut caſtitati contrariũ, non tamẽ ſtatim perditur habitus ille caſtitatis & ſobrietatis, quemadmodũ is qui habitũ recte ſcribendi habet, ſi ſemel male pingat figuram aliquam, non ex hoc ſcribendi perdit habitum In nouello autem Chriſti tyrunculo, qui nõ diu ab ebrietate & impudicitia conuerſus caſtis & ſobrijs actib⁹ cœpit exerceri, nec dum vero multũ promouit, diſpoſitionẽ quandã dicere poſſum⁹ illũ iam aſſequutum, habitum non item. Eſt eñ ex actib⁹ illis quibus iam aliquãdiu ſe exercitauit, relicta nõnulla promptitudo & aſſuefactio. Ver; ea tam eſt adhuc debilis, tam infirma, tam male radicata, vt facile poſſit perdi, ſi nõ cõtinuo aduenietibus ſimilibus actibus roboraretur & perficeretur ad acquirendam firmitatem. ¶ Vnde ſic ſolent diſpoſitio & habitus deſiniri. Diſpoſitio eſt qualitas inſenſibilis ex multis actib⁹ vel vnico actu acquiſita ſed male radicata & facile a ſubiecto mobilis. Habitus vero eſt qualitas inſenſibilis ex multis actib⁹ vel actu vnico acquiſita, bene radicata, & difficulter a ſubiecto mobilis. Diſpoſitio. Habitus

Ex quibus deſinitionibus patet: nullũ habitum aut diſpoſitionẽ ineſſe homini a natura, neq; vllũ habitum ei eſſe cõgenitũ aut innatũ, ſed acquiri debere ex actu vel ex actibus. Queadmodũ eñ ex impreſſione pedis in terrã, poſtquã calcatio tranſiuit, relinquit ſignũ veſtigij, ſic ex actu etiã vnico, ſi aliquo modo vehemẽs & validus fuerit, relinquitur quaſi veſtigium, etiam poſtquã tranſierit actus ille, quedã promptitudo ad actum talem reiterandũ, & facilius meliuſq; operãdũ. Hic incipit tenuis & admodum

exiguā diſpoſitio. Deinde pluribus actib⁹ accedentibus, continue roboratur & augetur illa diſpoſitio Donec tandē euadat in habitū. Quare autē dixerimus in his definitionibus, ex actibus multis vel ex actu vno? quantū quidē ad diſpoſitionē ſatis facile poteſt intelligi ex prædictis, quoniā (vt videt̄) etiam ex vno actu, modo alicui⁹ fuerit vehemētiæ & cū aliqua attētione perfectus, relinquit̄ qualiſcūq; diſpoſitio, quāuis non ſit neceſſe, ſimpliciter ex omni actu relinqui aliquā diſpoſitionē. Quēadmodū em̄ nō ex omni admotione pedis ſupra terrā relinquit̄ veſtigiū, vtpote ſi tantū leuiſſime pes terrā contingat, aut ſi terra nimiū dura fuerit vt tam facile impreſſionem non recipiat: ita nō ſemper ex quolibet actu vnico relinquit̄ diſpoſitio, quoniā interdū nimis remiſſus & debilis eſt actus vt nō ſufficiat aliquid diſpoſitionis relinquere, aut obſtat nimia durities & praua diſpoſitio contraria in ſubiecto, vt ſic nō poſſit ex actu vnico in cōtrariū diſponi, ſed multis opus eſt actib⁹, vt quaſi vi inſculpat̄ aliquid veſtigij & diſpoſitionis. Admodū tamen frequenter, ex actu vnico relinquit̄ diſpoſitio, maxime cum alicuius attentionis & perfectionis fuerit ille actus.

¶De habitu vero magis mirū videri poſſit, quare in eius definitione dicat̄ ex pluribus actibus vel ex actu vnico. Sed ſciendū eſt, iuxta cōmuniorem ſententiam, quoſdā habitus ex vnico actu acquiri. Vt ſcientia (quæ eſt habit⁹ concluſionis per demonſtrationem acquiſit⁹) gigni poteſt in homine ex vnico actu demōſtrationis, quoniā videlicet tam efficax eſt ille vnic⁹ actus demōſtrationis ad ſcientiā illam in animo generandā, vt eiuſdē actus iteratione non ſit opus ad habitū talem imprimendū. Regulariter tamen ad habituū generationem opus eſt pluribus actibus. ¶Dictū eſt autē, de habitu, nō quod nō poſſit amoueri a ſubiecto vel extra ſubiectū perdi: ſed quod difficulter poſſit moueri. Nullus em̄ eſt habitus, ſiue in corpore ſiue in anima, qui nō aliqua ratione perdi poſſit, vtpote vel per grauē aliquā egritudinem, aut aliū caſum cōſimilē. Quēadmodū refert

Boetius

Boetius, quendam ſummum oratorem ægritudine febribuſq; decoctum, omnem literarum amiſiſſe doctrinam, in alijs autem rebus ſanum ac ſibi conſtantem, & in omni re vegetum permanſiſſe, quem aliqui Meſſalam Coruinum fuiſſe autumant.

CAPVT XLIII.

De ijs quę ſub habitu & diſpoſitione continētur.

Diuiditur autē gen⁹ iſtud habit⁹ & diſpoſitio (vt ſupra tetigim⁹) in multa inferiora genera & ſpecies. Sunt enī quidā habitus animę quidā habitus corporis. Habit⁹ animę eſt, qui acquiritur & ſubiectať in animą. Qui iterū diuidiť ſcd͂m duas animæ partes, in habitum intellectus, & volūtatis. Habit⁹ intellectualis eſt qui ſubiectatur in intellectu, ipſumq; ad aliquid diſponit habilēq; reddit Huiuſmodi ſunt, ſapiētia, intellectus, ſcientia, prudētia, ars, opinio, fides. Habitus voluntatis eſt, qui ſubiectatur in voluntate, vť ſunt habitus morales virtutes atq; vitia. Horum autem ſingula iterum poſſunt ſubdiuidi. Sciētia quidē in naturalem, quæ de rebus naturalibus eſt, & ſupernaturalem, quæ eſt de rebus ſupra naturā. Vt ſunt Metaphyſica & Theologia, quæ de ſpiritalibus intelligentijs & Deo tractant. Virtus aūt diuiditur in virtutem theologicā, cuiuſmodi ſunt fides, ſpes, charitas, quæ immediate Deum reſpiciunt: & moralē, quæ reſpicit actus humanos, ad diſponendos eos ſecundū mediocritatē debitam. Sub virtute morali ponūtur iuſtitia, fortitudo, continētia, ſobrietas, caſtitas humilitas, &c. Vicium quoq; dici poteſt oppoſito modo ad virtutem, ſecundum quod quædam immediate circa Deum male diſponunt hominem. Vt infidelitas, deſperatio, odium Dei; quædam vero immediate circa actus humanos indiſponunt, vt auaritia, incontinētia, gula, puſillanimitas, & cætera. Quoꝝ omniū exactior diſtinctio, non eſt præſentis cōtemplationis. Habitus autē corporis dicitur qui ſubiectatur in corpore, aut aliqua eius parte, ipſumq; vel aliquam partem ipſius diſponit ad actum aliquem promptius expeditiuſq; peragendum. Vt habitus ſcribendi,

Habit⁹ animæ.

Habit⁹ corpis.

habitus ludẽdi pila, habit⁹ pugillãdi aut currẽdi, atq; ita in cæteris. Manifeſtũ eſt em̃ in his õnibus, pręter ipſam artẽ, (quę in anima eſt nõ in corpore) ponendã eſſe aliquã aſſuefactionẽ in mẽbris quib⁹ iſti actus peragunt, ex ſimiliũ actuũ frequẽti iteratione relictã, per quã diſpoſita ſunt ad tales actus prompte exercendũ. Vnde ſi quis plene cognoſcat regulas õnes, quæ ad bene ſcribendũ, pugillandũ, aut currẽdum requirunt, non habeat autẽ illam in membris aſſuefactionẽ, non dicitur talis habere habitũ ſcribẽdi, pugillandi, aut currẽdi &c. ¶ Eſt autẽ hoc omnibus habitibus cõmune, quod ſicut ex actibus generantur & introducunt in ſubiectũ, ita cũ iam in ſubiecto fuerit viciſſim ex ſua natura producunt actus conſimiles. Habit⁹ em̃ ex ſua natura eũ cui ineſt operari facit operationes eiuſmodi, ex quib⁹ ipſe eſt genit⁹. Neq; ſolũ operari facit, ſed etiã prompte operari, & cũ delectatione. Nã ita docet in Ethicis Ariſtoteles, ſignum eſſe habitus perfecti: delectabiliter ſiue cum delectatione operari. ¶ Præter autem hos habitus ex actib⁹ acquiſitos, qui naturales ſunt id eſt, ſecundũ naturam acquirũtur, ponũtur & alij habit⁹ a Deo infuſi ſupernaturales, quos ſua benignitate Deus infundit mẽtibus & cordib⁹ hominũ. Huiuſmodi ſunt, fides, ſpes, & charitas, itemq; alia ſpiritusſancti dona, quæ apud Eſaiam enumerantur: ſapientia, intellectus, conſilium, fortitudo, ſcientia, pietas, atq; timor Domini. Hæc em̃ dona quę ſupra naturæ ſunt facultatem, per noſtrarum operationũ exercitiũ, non poſſumus noſtris viribus acquirere, ſed ipſe Deus, per ſpiritum ſuum ea infundit cordibus noſtris: quẽadmodũ de charitate teſtatur ſanct⁹
Roma. 5 Apoſtolus, dicens. Charitas Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris, per ſpiritũ ſanctum, qui datus eſt nobis. Hęc autẽ omnia quibus anima in ijs quę ad Deum ſunt diſponitur, ſitq; habilis, recte qualitates appellantur, & ſub hoc genere cõſtituunt. Sunt em̃ habitus & diſpoſitiones. ¶ Solẽt quoq; a nõnullis ſub hoc genere cõſtitui, ſpecies tã ſenſibiles, q̃ intelligibiles, quæ habitibus vident adſimiles; eo quod per

ipſas

ipſas diſponatꝰ homo ad operationē ſenſus vel intellectus, ſicut per habitum homo ad actū diſponitur. Quid autē ſint hæ ſpecies ſenſibiles atq; intelligibiles, in libris de cōſyderatione rerū naturaliū late determinauimus. ¶ CAPVT XLIIII.

¶ De ſecunda ſpecie qualitatis.

SEcunda ſpecies qualitatis eſt, naturalis potentia vel impotentia. Vbi cōiunctio disiunctiua vel (iuxta quod communiter annotari ſolet) indicat, duo illa, nempe naturalem potentiam & naturalem impotentiā, nō idem genus vel eandē ſpeciem eſſe, quomodo de habitu & diſpoſitione iā diximus quæ ad ſignificandam identitatem, per copulatiuam coniunctionē adinuicē fuerunt coniuncta. Non eñ ſecundū magis & minus, perfectum & imperfectū, differunt iſta duo, naturalis potentia, & impotentia naturalis, ſed differūt ſecundū eſſentiam, ſicut duo diuerſa genera. ¶ Eſt autē naturalis potētia, quædam qualitas congenita, & a naturali complexione indita alicui, per quā ipſum redditur naturaliter potens ad aliquid agendū vel ad alicui reſiſtendū. Naturalis vero impotentia eſt, qualitas congenita, & a naturali complexiōe indita alicui, per quam ipſum redditur naturaliter impotens ad aliquid agendum vel alicui reſiſtendū. Exempli gratia, quidam homines ex naturali complexione ſani ſunt vel potius ſalubres aut ſanatiui: id eſt, quandā naturalem ſanitatem aut ſalubritatē habentes, per quā naturaliter potentes ſunt ad reſiſtendū ijs quæ poſſent corpori malam inducere valetudinē, vt nō facile ab aliquo nocumēto pati poſſint. Alij vero naturaliter ægri ſunt aut potiꝰ ægrotatiui ſiue inſalubres: qui naturaliter ſunt impotētes ad reſiſtendū noxijs & aduerſis, ita vt facillime patiantꝰ a quibuſlibet occurrētibꝰ malis. ¶ In illis ſalubritas illa vel ſanatiuitas naturalis, eſt naturalis potentia, quæ tunc etiā manere in homine poteſt quādo actu laborat ęgritudine. Vt cū ex graui cauſa quempiā in morbum incidiſſe cōtigerit, dicimus nihilominus illum ſalubrē vel ſanatiuū eſſe natura. Illa aūt inſalubritas vel ægrotatiuitas, naturalis im-

Secūda ſpecies qualitatis.

Naturalis potentia.

Naturalis impotentia.

ralis impotẽtia dicit̃,quę in homine eſſe poteſt, etiã ſi actu ſit ſanus,& nulla labore: aduerſa valetudine Ita durũ dicit Ariſtoteles ſignificare quãdã naturalem potentiã,qua res dura naturaliter potens eſt ad reſiſtendũ ſecanti,vt non faciliter ſe patiatur diuidi Contra vero,molle naturalem ſignificat impotentiam.per quam res mollis naturaliter impotẽs eſt ad reſiſtendum ſectioni.Sic in vno eſt naturalis potentia ambulandi,currendi,pugillandi,luctãdi in paleſtra,cantandi,ſaltandi,hoc aut illud operãdi ,qui ad hoc vel illud ex naturali complexione eſt diſpoſit9 vt poſſit.In alio contraria eſt impotentia ambulandi,currendi.&c. ¶Differunt aut̃ iſtæ naturales potentiæ vel impotentiæ ab habitibus & diſpoſitionibus,quod iſti acquiruntur per actus & exercitiũ, vel infunduntur ſupernaturaliter,illæ vero neque per actus acquiruntur(quoniã ante omnẽ actum inſunt)neq; ſupernaturaliter infundũtur,ſed a natura inſunt rei.Non quidẽ ſic a natura,quomodo ea quę rei ſunt eſſentialia, quomodo animal aut rationale dicimus eſſe de natura hominis,ſed quia a naturali cõplexione rei cõueniunt. ¶Exempli gratia,ſecundũ complexionẽ variã bonã vel malã,alij naturaliter ſalubres ſunt,alij inſalubres,quidã in ſtomacho naturalẽ habẽt quandã vim bene digerẽdi cibũ alij naturalẽ impotentiã ad idẽ habent.Sic in oculis quorundã,ex cõplexione eſt naturalis potẽtia ad expedite & bene videndũ ,in alijs eſt impotẽtia naturalis vel ad õnino nõ videndũ,vt eſt in cęcis vel ad male & difficulter videndũ vt in alijs cæcutiẽtib9. In oculo quippe cæci,eſt quędã naturalis impotẽtia ad videndũ,quæ naſcit̃ ex mala cõplexione exiſtẽte in oculo cęci,videlicet ex malo contẽperamẽto,qđ non tale eſt illic quale eſſe deberet, quẽadmodũ ecõtrario in oculo bene videtis,illa potentia naturalis ad vidẽdũ procedit ex certa & bona cõplexione naturali,quæ eſt in oculo.Quid eñ cauſæ eſt,quod in oculo eſt naturalis potẽtia ad videndũ, & nõ in aure,atq; ecõtrario in aure ad audiẽdũ,& nõ in oculo niſi cõplexio alia atq; alia in oculo,& aure,quæ diuerſa

uerſa cõplexio dat diuerſis mẽbris naturales potentias diuerſas. ¶ Iſta autẽ quæ modo dicta ſunt de proceſſione naturaliũ potentiarũ a cõplexione, ſunt intelligẽda quantũ ad naturales potẽtias ipſius corporis, vel quæ animæ cõueniunt in corpore aut ſcd̃m corpus. Quod dicimus ꝓpter intellectũ & volũtatem, etſi quę aliæ ſunt potẽtię in anima rationali ab illis diſtinctæ. Siquidẽ iſtæ vires nõ inſunt homini a naturali cõplexione. Sũt enĩ vires eminentes ſupra corpus ſcd̃m quas videlicet corpori ſupereminet aĩa rationalis, quẽadmodũ plenius declarauimus in libris de conſyderatione rerũ naturaliũ, potiſſimũ primo & octauo. Solẽt tamen iſtæ vires dici etiã naturales potentiæ, & merito videntur cũ his cõnumerandę. Sunt enĩ iſtæ vires, qualitates innatæ & congenitæ nimirũ a Deo inditæ & inſitę animę rationali, licet non a cõplexione corporis. ¶ Ponuntur itaq; in hac ſpecie, õnes potẽtiæ & vires naturales, tam animæ q̃ corporis. Per animæ autem potẽtias in ꝓpoſito intelligimus, vires illas quæ in ipſa immediate & non in aliquo organo corporis ſubiectãtur, vt intellectus: Voluntas, memoria intellectiua. Hæ enĩ vires in anima rationali immediate, & non in aliquo corporeo organo, ſubiectantur. Naturalis potentia corporis eſt, quę ſubiectatur immediate in corpore, etiã ſi ab anima ꝓcedat. Huiuſmodi ſunt õnes aliæ potẽtię ſenſuum, ſiue interiorum ſiue exteriorũ. Poteſtq; diuidi iſta naturalis potẽtia corporis, in potentiam vegetatiuã, ſenſitiuam, & motiuã ſecundũ locũ. Potentia vegetatiua cõſequẽter diuiditur in nutritiuam, augmentatiuam & generatiuam. Atq; hæ iterũ poſſent ſubdiuidi, vt ex Phyſicis patet. Potentia ſenſitiua diuidit in ſenſum interiorẽ & exteriorem. Exteriores ſenſus ſunt viſus, auditus, guſtus, olfactus, & tactus. Interiores ſunt, ſenſus communis, imaginatiua, æſtimatiua phantaſia, memoratiua, De quibus omnibus ſpecialius pertractare, non eſt pręſentis inſtitui. Ad Phyſicam nẽpe conſyderationem hæc ſpectãt, illic ſingula ſingulis, & iuſtis capitibus a nobis ſunt tractata. ¶ In hac autẽ ſpecie

Quæ in hac ſpecie contineantur.

ſatis

ſatis rationabiliter videntur cōſtituendę etiā virtutes naturales herbarum ac lapidum,quę ſubiecta ſua reddunt naturaliter potentia ad aliquid agendū vel alicui reſiſtendum. Virtutes item cœleſtiū corporū vtpote cœlorum & aſtrorū occultę vires,quibus in hæc inferiora potentia ſunt mirabiliter influere. Videntur em̄ naturalibus potentijs nō male cōnumerari,tametſi qualitates illæ quæ ex influentijs cœleſtibus in corpora inferiora imprimūtur,maiori ratione in ſequentē ſpeciem videantur reponendæ.

ℂ CAPIT XLV.

ℂ De tertia ſpecie qualitatis.

Tertia ſpecies qualitatis.

TErtia ſpecies qualitatis ita noīatur, paſſio & paſſibilis qualitas. Eſt aūt inter paſſionem & paſſibilē qualitatē ſimilis fere differētia,qualis inter habitū & diſpoſitionē Paſſio em̄ cito trāſit,paſſibilis qualitas dicit̃ permanētior. Vt ſi qs ſubito exardeſcēs iraſcat̃,paſſio eſt illa ira cito trāſiens nō autē paſſibilis qualitas;ſic & inflammatio illa & ignea rubedo vult⁹,cū ira exurgēs & cū ea trāſiens,paſſio dicit̃,q̄m̄ nō permanet. Si aūt iracundiæ paſſio radicata & diuturna in aliquo permāſerit, quaſi ad modū habitus, illa paſſibilis dicit̃ qualitas,ſimiliter & illa rubedo ignea permanēs,dicit̃ paſſibilis qualitas Manifeſtū autē eſt,ſecundum diu permanēs & cito trāſiens non ſumi differentiā eſſentialē. Eſt em̄ hoc eſſentiæ extraneum,diu permanere aut cito tranſire queadmodū non differt ſpecie homo vno tantū viuens die,ab eo qui centum annos vixerit. ℂ Compræhendūtur autē ſub hac ſpecie ſummatim omnia obiecta ſenſuū exteriorū , nēpe colores omnes, atq; etiam lux & lumē,quæ ſunt obiectū viſus,ſoni omnes tam voces q̄ nō voces qui ſunt obiectū audit⁹, ſapores omnes in qualicunq; ſint differentia,dulcis, amarus,acidus,qui ſunt obiectū guſtus,odores omnes in qualicunq; item ſint differētia, ſuauis,grauis &c.qui ſunt obiectū olfactus,deniq; qualitates omnes tactiles ſiue tangibiles,nēpe calor,frigus. humiditas & ſiccitas, quæ a Phyſicis quatuor primæ qualitates nominātur,item alię qualitates tangibiles ſecundæ

quæ ſub hac ſpecie contineātur

eundẽ,de quibus traditur in phyſicis,nẽpe craſſum & ſubtile,durum & molle,lubricũ & aridum, rarũ & ſpiſſum,graue & leue. ¶Nec obſtat quod ſupradictũ eſt,durũ & molle eſſe naturales potentias, item quod ait Ariſtoteles,rarũ & ſpiſſum eſſe poſitiones potius q̃ qualitates.Nihil em̃ ꝓhibet, eundẽ terminũ ſecundũ aliam & aliam ſignificationẽ poni ſub diuerſis ſpecieb⁹ qualitatis,ſicut nec ĩ diuerſis prædicamentis.Sic em̃ curſor & pugillator ſecũdum quod ſignificãt naturales potentias,ponuntur in ſecunda ſpecie,ſecũdũ vero ꝙ habitus ſignificãt in prima.Ita durũ & molle,ſecũdũ quod ſignificãt naturalem potentiam vel impotentiã ad reſiſtendũ ponuntur in ſecũda ſpecie,ſecũdũ vero quod ſignificant quaſdam tactu perceptibiles qualitates, ponũtur in tertia ſpecie.Illa ſiquidem naturalis potentia vel impotentia,nõ eſt per ſe tactu perceptibilis. Ita rarum & denſum,prout ſignificãt,quendã partium ſitum ſecundum elongationẽ aut compreſſionẽ maiorem vel minorẽ,ſunt de prędicamento ſitus,ſecũdum vero quod qualitates quaſdã tactu ꝑceptibiles ſignificant,ſunt in prædicamẽto & ſub tertia ſpecie qualitatis.

Quare dicantur paſſibiles qualitates.

¶Cauſa autẽ quare iſtæ qualitates vocentur ab Ariſtotele παθητικαι,id eſt,paſſibiles vel patibiles duplex eſt,quẽadmodũ ipſe in textu enarrat.Primũ em̃ dicunt paſſibiles vel patibiles, quia vnaquæq; earũ ſecundũ ſe paſſiõis in ſenſu eſt effectiua.Non em̃ paſſibiles dicuntur, quaſi ſubiectum in quo ſunt ab eis aliquid patiatur ea iñ ſe habẽdo, ſed quia in ſenſibus nata ſunt efficere aliquam paſſionem.Quod poteſt intelligi dupliciter. Vel ſecundum quod vnaqueq; qualitas ſenſibilis prout eſt obiectũ ſui ſenſus,poteſt imprimere in ipſum ſenſum cuius eſt obiectum,ſpeciẽ ſui,ſicq; ſenſationẽ actualem in potentia ſenſitiua efficere, quemadmodum in phyſicis libro nono plenius declarauimus, Vel quia ſic mouẽdo ſenſum,natæ ſunt in eo efficere aliquam paſſionẽ,vtpote delectationẽ, vel triſtitiam, amorem,vel odium.Quemadmodũ, exempli grati,dulcedo quę eſt in melle ſenſum guſtus immutat

ſuam

actib⁹ proprijs,aut ex propria cõplexione efficiun-tur,vt ſunt impet⁹ qui reb⁹ ab extrinſeco imprimũtur,itẽ illæ qualitates quas influẽtiæ cœleſtiũ corporum in hæc inferiora agẽdo imprimũt. Volunt etiã nõnulli ad hanc ſpeciẽ redigere ſpecies ſenſibiles atq; intelligibiles. Ver℞ illas iam ante locauimus ſub prima ſpecie,quod videant̃ habitibus magis q̃ acti-bus ſimiles,

¶ CAPVT XLVI.

¶ De quarta ſpecie qualitatis.

Quarta ſpecies qualitatis.

QVartũ gen⁹ ſub qualitate cõprehendit eas, quæ hactẽn⁹ nullo priorũ cõpræhenſę ſũt figuras & formas accidẽtarias omniũ rerũ tam artificialiũ q̃ naturaliũ. Id ab Ariſtotele ſic aſſi-gnatur. Figura & quæ circa vnũquodq; eſt forma. Tali eñ ordine apud Ariſtotelẽ gen⁹ illud inueniẽ aſſignatũ,nõ ordie inuerſo,quo vulgo recitari hoc pacto ſolet,forma & circa aliquid cõſtãs,figura. Priore eñ loco figura poni debet abſolute, ac ſecundo loco forma,cũ adiectione exiſtẽtiæ circa aliquid,id quod ad oculũ textus Græc⁹ manifeſtat,qui ſic ha-bet τέταρτον δ᾽ ἐ γένος ποιότητος, σχῆμά τε καὶ ἡ περὶ ἕκαστον ὑπάρχουσα μορφή. Hoc eſt,vt ad vbũ reddam⁹. Quartũ gen⁹ qualitatis eſt,figura & q̃ circa vnũquodq; eſt forma. Sub hoc genere cõtinẽ-tur õnes figuræ & formæ, ſiue naturales , vt forma ſiue figura hominis ,equi,arboris,auri, argenti,cœli atq; ita in cæteris quas natura reb⁹ donauit,ſiue ar-tificiales,vt forma lecti,tẽpli, dom⁹,aliarũq; rerum quas ars humana effinxit,atq; in materiã laborioſo conanime ingenijq; induſtria cõduxit. ¶ De diffe-rentia autẽ figuræ & formæ diuerſæ ſunt diuerſo℞ ſentẽtiæ. Seuerin⁹ Boetius ita eas diſtinguit. Figura inquiens,eſt vt triangulũ aut quadratũ. Forma au-tem,ipſius figuræ quædam qualitas eſt. Vt figura quidẽ eſt triangulum vel quadratum,forma autem ipſius trianguli vel quadrati quædã qualitas, vnde etiam formoſos homines dicimus. Figura eñ quæ dam vel pulchrior vel mediocris vel alio quodam modo conſtitua,qualitas formaq; nominatur. Has autẽ eſſe qualitates,nullus dubitat. Si quidẽ & a fi-

gura di

gura dicit̃ figurat⁹, & a forma formoſus. Hactenus Boetius. Ex quibus patet illũ accipere figurã vt aliquid ſubſtratũ formæ, ita vt poſſit eadẽ figura varias ſuſcipere formas, quẽadmodũ eadẽ figura faciei humanę, varios vultus aſſumit, nũc lętũ nũc triſtẽ nunc benignũ, nũc tetricũ. ¶ Alij ſic diſtinguũt, vt figura ꝓprie ad artificialia referatur, forma ad naturalia, quanq̃ hęc diſtinctio ſæpe cõfundit̃, vt figura dicatur rerũ naturaliũ, quẽadmodũ dicimus figurã equi aut hominis, forma vero rerũ artificialiũ, veluti cũ dicimus formã domus aut veſtis. ¶ Cõprehendũtur autẽ ſub hac ſpecie omnes figuræ geometricæ ſiue perfectę ſiue imperfectę. Perfectæ dicũtur

Perfectæ figuræ.

„ figuræ, quæ ſuo termino vel ſuis terminis ſic ſunt, „ cõcluſæ, vt nihil poſſit addi vel ſubtrahi, ſine muta„ tione ſpeciei. Exẽpli gratia, figura triãgularis perfecta eſt: quia ſic eſt concluſa ſuis terminis. i. tribus lineis, & tribus angulis, qui ex harũ trium linearum coniũctione cõſurgũt, vt nec minima particula vſquã poſſit adijci vel ſubtrahi Circulus quoq;, vno termino, nẽpe vnius cõtinuę lineę protractione, ſic eſt in ſe cõcluſus, vt adijci item vel demi nil poſſit. Quædã autẽ harũ figurarũ clauduntur lineis, vt figuræ planæ quæ ſubiectantur in ſuperficie, quæ videlicet ſecundũ latitudinẽ tantum deſcribũtur, nõ ſecundũ profunditatẽ: vt circulus in ſuperficie deſcribitur, & vna linea in ſe ipſam redeunte ſine aliquo angulo clauditur. Sic figura triangularis, quadrangularis, & ita conſequenter in ſuperficie deſcribũtur, & lineis tribus aut quatuor aut quinq;, ſecundum angulos totidem coniunctis, clauduntur: quẽadmodũ ad oculum patet intuẽti deſcriptionẽ trianguli aut quadranguli, aut aliquã aliarũ huiuſmodi figurarum planarum. Quædã autẽ claudũtur ſuperficie vel ſuperficiebus, & ſubiectant̃ in corpore prædicamenti quãtitatis. Cuiuſmodi ſunt, figura ſphęrica, figura cubica, figura pyramidalis: quæ vocantur figuræ ſolidæ, eo ꝙ non ſecundũ planam ſuperficiem, ſed ſecundũ profundam corpulentiã cõſyderentur. „ ¶ Imperfectæ autẽ figuræ dicuntur, quæ non

Figuræ imperfectæ.

ſunt

ſunt ita concluſæ ſuis terminis,quin addi eis poſſit vel ſubtrahi circa mutationē ſpeciei.Huiuſmodi aſſignantur rectitudo & curuitas,concauitas & conuexitas,ſimum & aquilinū,& ſi quę ſunt huiuſmodi.Figuræ namq; rectæ,ſecundū lineæ rectæ protractione poteſt addi aut ſubtrahi, & manebit rectitudo vt ante.Ita curuitati ſi aliquid adieceris , manebit curuitas:etſi abſtuleris aliqd,eque manebit curuitas.Sic in concauitate aut cōuexitate ſuperficiei, ſic in ſimo & aquilino.Hę igiť omnes figuræ Geometricę,cū ōnibus figuris & formis alijs quarumcunq; rerū,ſiue naturaliū ſiue artificialiū(quæ ſunt innumeræ)hic ſub quarto qualitatis genere ſuū locum obtinent. ¶CAPVT XLVII.

¶De definitione qualium.

Sicut autem qualitatem ſupra vtcunq; definiuit ſiue deſcripſit Ariſtoteles , ita etiam deſcribit qualia,hoc modo.

Qualia ſunt quæ ſecundū hæc denominatiue dicūtur, vel quomodolibet aliter ab his. Defini. qualis.

Quæ definitio,vel de rebus vel de terminis poteſt exponi.De rebus ſic exponitur.Illa dicūtur qualia quæ ſecūdū hæc,id eſt,ſecundū qualitates iā dictas & determinatas,dicūtur denominatiue,id eſt,denominātur aliquo denominatiuo proprie dicto voce & ſignificatione ſimul,vel etiā quę ab his qualitatibus dicūtur talia:aut talia quomodolibet aliter ſupple q̄ per propriū denominatiuū voce & ſignificatione ſimul,id eſt,denominatiuo ſignificatione tātum.Exēpli gratia.Homo iuſtus & homo ſciēs ſūt qualia,quoniā ſecūdū qualitates dicunť denominatiue.i.denominātur denominatiuo aliquo proprie dicto(quod eſt denominatiuū voce & ſignificatione)dicēdo,homo eſt iuſtus,homo eſt ſciēs.Secundæ partis exēplū eſt,homo ſtudioſus vel probus. Secūdum virtutē nāq; licet nō denomineť homo deno-

minatiuo

minatiuo ꝓprie dicto, voce & ſignificatione ſimul, dicendo, homo eſt virtuoſus (quoniã virtuoſus nõ eſt vox recepta latinis potiſſimũ autẽ Græcis nullum eſt concretũ ſecundũ vocẽ reſpondens abſtracto αρετη arete quod virtutẽ ſignificat) denominatẽ tamẽ ab illa qualitate homo grece σπουδαιος, latine ſtudioſus: quod eſt quomodolibet aliter denominari, id eſt, nõ per denominatiuũ voce & ſignificatiõe ſed ſignificatione tantũ. ¶ De vocibus autẽ ſic poteſt exponi. Qualia. id eſt, cõcreta prędicaméti qualitatis, dicunẽ vocabula ſiue cõcreta, quę ſcdm hæc, id eſt, ſecundũ qualitates prædictas dicunẽ denominatiue, id eſt prędicãtur ſicut denominatiua voce & ſignificatiõe ſimul, vel quomodolibet aliter ab his, id eſt, aliter q̃ voce, & ſignificatione, nẽpe ſignificatione tantũ, ſecundũ aliquas qualitates. Exẽpli gratia. Vocabula albus & niger, qualia ſunt, quia prędicãtur de ſubiectis tanquã denominatiua proprie dicta voce & ſignificatione, idq; ſecundũ qualitates albedinẽ & nigredinẽ. Item ſtudioſus & ꝓbus, qualia ſunt reſpectu ꝟtutis: quia licet nõ prædicenẽ ſecundũ virtutẽ, vt denominatiua proprie dicta voce & ſignificatione, dicũtur tamẽ ſecundũ eã aliquo modo aliter, id eſt, tanquã denominatiue ſignificatione
¶ Vnde quomodo ſupra circa de nitionẽ denominatiuorũ diſtinxim⁹ triplicia denominatiua, quędã voce tantũ. quædã ſignificatione tantũ, quædã voce & ſignificatione ſimul: & ita in propoſito triplicia qualia poſſum⁹ diſtinguere, nẽpe qualia voce tãtum, ſignificatione tantũ, & voce ac ſignificatione pariter. Primi mẽbri exemplũ ponit Ariſtoteles in textu, curſorẽ, & pugillatorẽ, vt ſignificẽt naturales potẽtias. Hęc enĩ duo qualia denominatia ſunt enĩ ſecundũ vocẽ, reſpectu curſoriæ & pugillatoriæ: q̃ (vt ait Ariſtoteles) non naturalẽ potentiã, ſed habitum ſignificant. Vnde reſpectu hoꝝ abſtractoꝝ, illa qualia tantũ ſunt denominatiua ſecundũ vocem. Secũdi mẽbri exemplũ dedimus ſtudioſum vel probũ reſpectu virtutis. Voce enĩ hæc nõ conueniunt. ſed ſignificatione. Tertij mẽbri ſunt exẽpla plurima
ab om-

ab omnib⁹ pœne qualitatib⁹. Pœne em̃ omnes qualitates ſua habent propria cõcreta, ſecundũ voce ab ipſis abſtractis deriuata. Definit autẽ Ariſtoteles in propoſito, nõ ſolũ qualia voce & ſignificatiõe; ſed etiã qualia ſignificatiõe tantũ. Priora quidẽ ſub priore mẽbro, poſteriora vero ſub poſteriore concludens. Qualibus autẽ voce tantũ non cõuenit definitio, quoniã illa nullo modo ſecundũ q̃litates dicuntur. Non enim dicitur quis curſor aut pugillator (in ſignificatione naturalis potentiæ) a diſciplina curſoria vel paleſtrica. CAPVT XLVIII.

¶ De cõditionibus ſiue ꝓprietatib⁹ qualitatis.

PRima proprietas qualitatis hæc eſt. Qualitatis prima ꝓprietas

Ineſt contrarietas qualitati.

Exẽpla poſſunt inueniri in ſingulis quatuor ſpeciebus qualitatis. In prima em̃ ſunt, virtus & vitiũ, ſcientia & ignorantia cõtraria, quã vocant prauæ diſpoſitionis. In ſecunda ſunt ſalubre & inſalubre, durum & molle, viſiuũ & impotẽs videre, imo & ipſa duo prima genera, naturalis potẽtia & naturalis impotentia. In tertia ſunt colores contrarij, albedo & nigredo, ſapores contrarij, dulcedo & amaritudo odores cõtrarij, grauis & lenis: tangibiles qualitates contrariæ calor & frigus, humiditas & ſiccitas. In quarta quoq;, rectitudo & curuitas, ſimum & aquilinum. ¶ Nõ omni tamen qualitati cõuenit habere cõtrariũ, cũ plurimæ nullũ habeãt. In prima ſpecie qualitatis oẽs ſpecies ſenſibiles & intelligibiles nõ habẽt cõtrariũ. Si em̃ vllæ ſpecies ſenſibiles haberent cõtrariũ, maxime id videretur in ſpeciebus a qualitatibus cõtrarijs procedentibus: quæ tamẽ vere non contrariãtur, cũ poſſint ſimul in eodẽ ſubiecto exiſtere, queadmodũ ex phyſicis eſt manifeſtũ. In ſecunda ſpecie, intellectus & volũtas non habẽt contrarietatẽ. In tertia, colores medij, item odores & ſapores medij. In quarta vero omnes figuræ perfectę, vt triangul⁹ quadrãgul⁹, figura ſphærica & cubica cõtrarijs carent. ¶ Non poteſt igitur hæc conditio qualitatis dici propria ei quarto modo, quoni

 am nõ

niã non omni qualitati eõueuit. Propria tam͏ẽ dicę tur primo modo, ſi recte intelligatur. Soli em̃ qualitati conuenit vera & proprie dicta contrarietas. Subſtantiæ em̃ (vt ſupra dictũ eſt) nihil eſt cõtrariũ. Idem dictũ eſt de quantitate. In adaliquid nõ aſſignat contrarietas, niſi large ſũpto nomine adaliquid, vt etiam cõprehendat qualitates. In alijs vero nonnullis, vtpote actione & paſſione, ſi videat inueniri cõtrarietas, non proprie & propter ipſa inuenitur ſed per accidens, qualitatũ gratia, vt paulo poſt ſuo locu dicetur. ¶CAPVT XLIX.

Secunda proprietas.

¶Secunda proprietas qualitatis.

QValia ſuſcipiũt magis & min⁹. Suſcipere aũt magis & min⁹ eſt ĩtentionẽ ſuſcipere vel remiſſionẽ, ſi de rebus loquamur: vel cum aduerbijs magis & min⁹ intenſionẽ aut remiſſionẽ rei ſignificatæ deſignãtib⁹ prædicari, ſi de vocabulis fiat ſermo. Atq; in hoc ſenſu proprie loquẽdo, conditio iſta propria eſt qualitati primo modo quoniã conuenit, ſoli qualitati, & non õni. In ſingulis quidem ſpecieb⁹ qualitatis præterquã in vltima inuenitur magis & minus. Habit⁹ em̃ & diſpoſitiones intendũtur & remittuntur, & prædicantur termini cũ magis & min⁹, vt alius eſt alio magis grãmaticus, magis ſciens, magis liberalis, maius iuſtus; Sic in ſecũda ſpecie, alius eſt alio magis ſalubris aut ęgrotatiuus, alius alio magis durũ aut magis molle In tertia, manifeſtum eſt aliud alio eſſe magis calidum, magis album, magis amarũ, & ita in cæteris. ¶Non omni aũt qualitati conuenit, ſuſcipere magis & minus. In quarta enim ſpecie, penitus nõ inuenitur intenſio vel remiſſio, neq; prædicatio ſecũdum magis & minus proprie accepta, Nõ em̃ vnũ dicimus magis triangulare aut quadrãgulare, ſphæricum aut cubicum, aut pyramidale, aut circulare, q̃ alterum. Quicquid em̃ eiuſmodi fuerit, pfecte eiuſmodi eſſe debet, vt non poſſit eſſe magis ſiquidẽ figurę eiuſmodi (vt dici ſolet) cõſiſtunt in indiuiſibili. ¶De figuris autẽ imperfectis quæ non conſiſtũt in indi

in indiuiſibili,tametſi ſecundum nomen videri poſſit,eas ſuſcipere magis & minus, vt dicitur alius alio magis ſimus aut aquilinus,linea item vna dicitur alia magis curua,id tamen non eſt ratione intenſionis rerũ ſignificatarũ,ſed aliunde, nẽpe ex latiori extenſione vel cõmenſuratiõe vel diſtãtia locali.Non omni igiť qualitati conuenit ſuſcipere magis & minus.Soli tamẽ cõuenit qualitati,ſi proprie intelligatur,vt ſupra expoſitũ eſt. ¶Quod ſi quædam alia videnť dici ſecundũ magis & min⁹,erit hoc non ratione intenſionis aut remiſſionis rei ſignificatę,quẽadmodum ſupradictum eſt de inæquali, qđ dicitur ſcđm magis & minus alia ratione. Termini quoq; prædicamẽti actionis & paſſionis, aliquo modo dicunť ſecundũ magis & minus: ſed non niſi ratione qualitatum,vt ſuo loco poſterius dicetur.

¶CAPVT. L.

¶De tertia proprietate qualitatis — Tertia proprietas.

TErtiam inſuper ponit Ariſtoteles conditionẽ qualitatis,quæ ſola ei proprie eſt propria.

Similia, inquit,& diſſimilia ſecũdum ſolas qualitates dicuntur.

¶Eſt autẽ hoc qualitati proprium quarto modo,ſecundũ ipſam aliquid dici ſimile aut diſſimile:quemadmodũ de quantitate diximꝰ,propriũ ei eſſe,vt ſecundũ eam res dicať æqualis aut inæqualis. Omni eñ qualitati id cõuenit,qm̃ ſecundum omnes qualitates ſumiť ſimilitudo in õni ſpecie. Duo eñ grãmatici ſimiles ſibi ſunt in grãmatica,quã vterq; habet.Duo albi,duo nigri, ſibijnuicẽ ſũt ſimiles. Duo quorũ alter eſt ſciens alter ignorans ignorantia prauæ diſpoſitionis,alter recte credens,alter hereticus, alter alb⁹,alter niger, ſibijnuicẽ diſſimiles ſunt.Duo triangularia corpora,ſibi ſimilia ſunt: Duo quorũ alterũ eſt triangulare alterũ quadrãgulare, ſibijnuicem ſunt diſſimilia.Soli quoq; id cõuenit qualitati Neq; eñ ſecundũ ſubſtantiã ſumiť ſimilitudo, neq; ſecundũ quantitatẽ,neq; ſecundũ adaliquid,neq; ſecundum

cundũ aliquid aliorũ,ſed ſecundũ, ſolas qualitates.

¶Solent autẽ ſimilitudo & diſſimilitudo ſic defini ri. Similitudo eſt rerũ differẽtiũ eadẽ qualitas. Diſ ſimilitudo eſt rerũ differẽtiũ diuerſa qualitas. Quæ deſcriptiones ſunt cauſaliter intelligendæ, in hunc modũ. Similitudo cauſat ex eadẽ (i. conſimili ſecun dũ ſpeciẽ) qualitate, in diuerſis ſubiectis. Diſſimilitu do vero cauſatur ex diuerſis ſecundum ſpeciẽ qua litatibus in diuerſis ſubiectis exiſtẽtibus. Hoc eſt, il la ſunt ſimilia adinuicẽ, q̃ habẽt eandẽ ſcd̃m ſpeciẽ qualitatẽ: illa diſſimilia, q̃ habent diuerſas ſcd̃m ſpe ciẽ qualitates. Sola em̃ diuerſitas numeralis qualita tum, nõ ponit diſſimilitudinẽ, ſed tantũ ſpecifica at que generica.

Quid ſimilitudo & diſſimilitudo.

CAPVT LI.

¶De prædicamento actionis.

DEterminatis late priorib⁹ quatuor prædica mẽtis, ſex poſteriora, nẽpe actionẽ, paſſionẽ vbi, quãdo, ſitũ eſſe, & habere, pauciſſimis perſtrin git veri⁹ q̃ tradit Ariſtoteles eo quod ſub adaliquid magna ex parte eorũ natura ſit explicata, cum ſint omnia iſta prædicamẽta reſpectiua & quodãmodo adaliquid, neq; ita multa magnæ vtilitatis de his vt de alijs prædictis, occurrunt determinanda. Poſte riores vero nõnulli, exactius de his exiſtimauerunt diſſerẽdum. Quorũ & nos ſentẽtiam inſtitutumq; aliquouſq; ſequentes, ſingula horũ ſuo ordine com pendioſe trãctabimus. Nec em̃ temere contemnen da aut reijcienda ſunt, quæ poſteriorũ ſagax diligen tia priorum bonis inuentis adiecit. ¶De actione igitur dicturi, primo eius definitionẽ explicabimus, deinde ſpecies ſub ipſa diuerſas aſſignabimus, ac po ſtremo conditiones proprietateſq; eius locabimus quo ordine hactenus eſt a nobis, ſicut & ab Ariſto tele, proceſſum. Definitur itaq; actio hoc modo.

Definitio actiõis

Actio eſt, ſecũdum quam in id quod ſubijcitur agere dicimur.

Cuius ſenſus eſt. Actio eſt forma aliqua accidẽtalis ſiue habitudo quædã, ſecundũ quã res aliqua dici tur age

tur agere in id quod ſubijcitur. Vt calefactio actiua eſt actio: qm̃ ſecundũ ipſam dicitur ignis calefaciẽs agere in aquam ſibi ſubiectã ſecundũ virtutẽ. Subiectio em̃ eſt, non eſt intelligẽda ſuppoſitio localis. Sic em̃ aqua non ſubijcitur, ſed ſupraponitur igni a quo calefit. Verum ſecundum virtutẽ accipitur iſta ſubiectio, vt illud dicatur alteri ſubijci in propoſito quod ab altero virtute & actiuitate ſuperaẽ. Quomodo aqua igni ſubijcitur, quando virtus ignis ſic prçualet aquç, vt cogat eam ſuſcipere a ſecaloris impreſſionem. ¶Diuiditur autẽ actio in actionẽ animæ, & corporis. Actio corporis eſt, quæ ſubiectatur in corpore, vt calefactio actiua, frigefactio actiua, induratio item & emolliti, ofectio, percũſſio, aliaq; huiuſmodi. Actio vero animæ eſt, quæ ſubiectatur in anima vel ſpiritu, vt intellectio actiua, volitio actiua. Intellectus em̃ cum producit in ſe intellectionẽ, agendo illam producit & in ſeipſum patiendo recipit. Similiter & volũtas agẽdo elicit volitionis actũ. Vnde ipſum illud elicere actũ intelligendi ſiue volendi, eſt agere, quemadmodum econtrario, ipſum ſuſcipere eſt pati. Sub actione animæ, comprehenditur etiam actio angelica, vtpote volitio aut nolitio & intellectio angelica. Propter hoc in definitione ſignanter diximus, quæ ſubiectatur in anima vel ſpiritu. Poſſet autem hoc in loco multiplex actio diſtingui, & multæ poſſent aſſignari actionum differentiæ, ſed quia ad phyſicam conſyderationem ſpectãt huiuſmodi, a nobis impræſentiarum relinquuntur.

CAPVT LII.

¶De proprietatibus actionis & paſſionis.

Ponit Ariſtoteles paucis verbis duas actionis & paſſionis proprietates. Prior hæc eſt. Prima actionis proprietas.

Suſcipiunt agere & pati cõtrarietatẽ.

¶Quod intelligendũ eſt, nõ per ſe, ſed per accidens tantum ratione videlicet contrariarum qualitatum concomitantium, quæ per actionem agẽtis ſuſcipiuntur in patiente. Exempli gratia, Calefacere & frigefacere aliquo modo dicuntur contraria ſibijnui

cem, eo quod per calefactionem imprimitur in patiens ſubiectum caliditas, per frigefactionem frigiditas, quæ ſunt duæ qualitates contrariæ. Idem eſt de induratione & emollitione. Cęterum, ipſe actiones ex ſua natura non cõtrariantur. Quod manifeſte ex eo patet, quoniam in eodẽ ſimul eſſe poſſunt: quemadmodum in ſole indurante lutum & liquefaciẽte glaciẽ, ſimul ſunt induratio actiua & emollitio. Nõ ergo per ſe, ſed tantum per accidens, agere & pati ſuſcipiunt contrarietatem. ¶ Non omnibus autem actionibus cõuenit, ſic contraria ſuſcipere. Nam deſcribere in ſuperficie circulũ aut quadrangulum, eſt quoddã agere, & deſcriptio illa actiua eſt actio, nullum habet tamẽ contrarium, ſicut neq; circulus aut quadrangulus. Item illuminatio actiua nullũ habet contrarium, ſicut nec lumen contrarietatem habet, ſed tantum priuationẽ. Vniuerſaliter crĩ illæ actiones & paſſiones ſuſcipiunt per accidens contrarietatem, per quas in patiẽte imprimitur aliqua qualitas habens per ſe contrariũ. Quando vero, qualitas illa in patiente recepta nõ habet cõtrariũ, tũc nec actio ipſa neq; paſſio, cũ actio & paſſio non niſi per accidens, ratione eiuſmodi qualitatũ, contrarietatẽ ſuſcipiant. Exẽpla patent ex ijs quæ dicta ſunt. ¶ Altera vero proprietas actionis & paſſionis hæc eſt.

Secunda proprietas actionis.

Suſcipiũt agere & pati magis & min⁹

¶ Quæ ſimiliter intelligẽda eſt ſicut precedẽs, nimirum actionem & paſſionem ſuſcipere magis & minus per accidens, ratione qualitatum receptarum in ſubiecto patiente, non autem per ſe. Exempli gratia ignis vn⁹ dicitur magis calefacere alio aut frigidũ vnum magis frigefacere alio. Verũ id non facit per ſe ipſa natura actionis (quæ cũ ſit habitudo quædã non intẽditur vel remittitur) ſed per accidens id dicitur ratione alterius, nempe qualitatis ipſius, caloris vel frigoris, quæ per vnam actionẽ intenſior imprimitur in paſſum, q̃ per alteram, ſecundum quod agens potentius eſt virtute, & paſſum magis ad patiendum diſpoſitũ. Quare crĩ dicitur magis calefacere ig

cere ignis magnus ꝙ paruus ,niſi quia magnus imprimit calorē intenſum,paruus remiſſiorem? Quare dicitur ſol magis illuminare aerem quā luna,niſi quia maius & intētius lumē ſol diffundit in aerē ꝙ luna? Atq; ita in reliquis. Nō ergo per ſe magis & min⁹ ſuſcipiſit actio & paſſio,ſed tantū per accidens ¶Non autē omnibus actionibus id cōuenit,ſed ijs tantū per quas imprimitur in ſubiecto qualitas aliquā intenſionē vel remiſſionē ſuſcipiēs,iuxta quod in præcedenti proprietate proportionabiliter diximus. Ignis em̄ alius alio dicitur magis calefacere,& aqua alia magis alia frigefacere : quoniam caliditas & frigiditas contrariæ qualitates,per actiones illas impreſſæ in paſſum:ſuſcipiunt intentionē & remiſſionē. Qui autē circulat aut quadrat (vt ita loquar) nō magis circulare aut quadrare alius alio dicitur, ſicut nec circulis alius alio eſt intentior vel remiſſior.

¶CAPVT LIII.

¶De prædicamento paſſionis.

Actio & paſſio correlatiua ſunt adinuicē. Refertur em̄ agēs ad patiens, & ecōuerſo: quoniam omne agens dicitur agere in patiēs aliquod,& omne patiens dicitur pati ab agente quopiam. Nec poteſt eſſe agens niſi ſit patiens neq; patiēs niſi ſit agens. Propter hanc mutuā relationē & correſpondentiam,cognita natura actionis ſatis cognoſcitur natura paſſionis:quoniam(iuxta regulam ſuprapoſitā)ſi quis vnū relatiuorum definite nouerit noſcet & reliquum. Pro maiori tamen claritate paucis aptemus paſſioni quæ de actione ſuo modo dicta ſunt. Primum ergo ſic definitur paſſio. Prior definitio paſſiōis.

Paſſio eſt illatio effectuſq; actionis.

¶Hoc eſt,paſſio eſt id quod infertur ex actione, ſiue correlatiuum actiōis. Vel ſit, oppoſito modo ad definitionem actionis.

Paſſio eſt, ſecundum quam id quod ſubijcitur pati dicitur. altera definitio.

¶Quæ definitio, ex prius declarata actionis definitione ſatis clara relinquit. ¶Diuiditur autẽ paſſio in paſſionẽ corporis, & animæ, Paſſio corporis eſt, quę ſubiectat in corpore, vt calefactio paſſiua, frigefactio paſſiua, induratio item & emollitio paſſiua, &c. Paſſio animę eſt, quę ſubiectat in anima vel ſpiritu, vt ſunt intellectiones, volitiones, & nolitiones paſſiuæ, ſiue in hominib⁹ ſiue in angelis. ¶Paſſionis autẽ proprietates ex dictis manifeſtę ſunt. Suſcipiunt eñ per accidens cõtrarietatẽ, non quidẽ omnes, ſed illæ per quas in paſſo recipiuntur contrariæ qualitates, vt frigefactio paſſiua & calefactio, induratio paſſiua & emollitio. Illuminatio autẽ paſſiua nõ ſuſcipit, neq; per ſe neq; per accidens contrarietatem. Suſcipiunt quoq; per accidens magis & minus: non item õnes, ſed illæ quę qualitates habẽt cõcomitantes, intentionẽ & remiſſionẽ ſuſcipientes, Vt calefit vnũ altero magis, aut frigefit. Inter ea autem quæ circulant aut quadrant, non dicitur aliud alio magis. ¶Adjcitur prædictis al.a conditio quę vere proprietas eſt paſſionis.

Tertia proprietas paſſionis

Paſſio primo infertur ex actione.

¶Hoc eſt paſſioni conuenit, immediate inferri ex actione: ſicut econtrario actioni cõuenit, ex ſe prio & immediate inferre paſſionẽ. Quẽadmodum eñ pater primo infert filiũ, & filius primo infert ex patre, quoniã ſi pater eſt, oportet filiũ eſſe, cũ ſit pater filij pater: ita & de agente & patiente conſimiliter dicendum, cũ ſint (vt diximus) ad inuicem relatiua.

¶CAPVT LIIII.

¶De prædicamento vbi.

Quæ ſequuntur omnia, vſq; ad poſtprædicamenta ſeſtinus lector ſine.

Circa hæc duo prædicamẽta, quãdo & vbi, notandum eſt in propoſito, nõ accipi vocabula illa interrogatiue, veluti cum dicimus quando veniet dominus? aut vbi habitat? Neq; itẽ aduerbialiter & indefinite, velut cũ dicimus. Quãdo venit plenitudo temporis, miſit Deus filium ſuum. aut, Illic pax eſt vbi Chriſtus habitat. Sed accipiuntur vt ſint, quędã nomina, ſecundum ſignificationẽ. Vbi

nem.Vbi eñ accipim⁹,pro eſſe in loco ,& quando
pro eſſe in tẽpore.Idq; ſi concretiue accipiant.Si ve
ro abſtractiue,habitudines ipſæ intelligunt rei loca
tæ ad locũ quo circumſcribit,aut rei tẽporalis ad tẽ
pus quo menſurat.¶Definit autẽ vbi hoc modo.

magno detrimẽto omitetet.

Vbi eſt circumſcriptio corporis loca ti,a loci circumſcriptione procedens

Definitio vbi.

¶Cuius definitionis hic eſt ſenſus. Vbi eſt habitu
do quædã ipſius corporis locũ aliquẽ obtinẽtis:quę
habitudo in ipſo locato prouenit,ex hoc quod a lo
co certo circũſcribit vel continet.Manifeſtũ eñ eſt
id quod eſt in loco aliquo,determinatã quandã ha
bitudinem habere ad locum ſuum quo continet &
circumſcribit:hancq; habitudinẽ,ipſum vbi abſtra
ctiue nuncupam⁹,& ipſum ſic eſſe in loco, vbi con
cretiue.Exẽpla per ſe clara ſunt,vt eſſe in cœlo , eſſe
in terra,eſſe in domo,in tẽplo &c.¶Solent autẽ di
uidere vbi ,in vbi ſimplex & vbi compoſitum.Vbi
ſimplex dici,habitudo alicuius locati ad locũ ſim
plicem & indiuiſibilẽ vel ad locũ diuiſibilẽ indiuiſi
biliter ſe habentis.Exemplũ primi,vt eſſe angeli in
puncto,quod appellat locus indiuiſibilis. Exemplũ
ſecundi,vt eſſe angeli in hoc tẽplo, in hac ciuitate,
in hac regione.Eſt eñ in hoc loco diuiſibili angel⁹
indiuiſibiliter:quoniam non habet partes diuerſas
correſpondẽtes diuerſis partib⁹ loci,cũ ſit ipſe natu
ra ſua indiuiſibilis,& partes non habens integrales.
Simili ſære modo eſt ania rationalis in corpore qd
informet:quoniã non habet patres correſpondẽtes
partib⁹ corporis,ſed tota eſt in toto,& tota in quali
bet eius viua particula .Sic item in digniſſimo illo
ſacrę euchariſtię ſacramẽto,precioſum Domini no
ſtri IESV CHRISTI corpus eſt in loco illo quem
ſpecies occupant ſacramentales,indiuiſibiliter: quo
niam totus ipſe in toto eſt loco,& totus ſingulis ad
eſt partibus.¶Vbi vero cõpoſitum dicit, habitudo
corporis locati ad locũ diuiſibilẽ,& diuiſibiliter ip
ſum continentẽ,ipſumq; circũſcribentẽ.Vt eſſe rerũ

corpora

tum corporaliū in aqua, vel in aere. Sunt enim res iſtę corporales ſic in locis ſuis diuiſibiliter, vt ſingulæ partes locati ſingulis partibus loci reſpondeant. Quemadmodum videlicet manus mea habet ſuū locum quē non caput, caput aliū locum quem non pedes, atq; ita in cæteris. Atq; iſtud vocāt eſſe in loco circumſcriptiue, quemadmodum præcedens vocatur eſſe in loco definitiue. De quibus varijs modis exiſtendi in loco, pleni⁹ ſuo loco diximus in libro quarto conſyderationis rerū naturaliū, capi. 14. ¶ Aſſignantur quoq; conditiones quędam ipſi vbi quemadmodum hacten⁹ prædicamentis alijs ſunt aſſignatæ. ¶ Prima proprietas eſt.

Vbi contrarietatem non habet.

¶ Quod intelligi debet de contrarietate Logica & ꝓprie dicta. Nā eſſe ſurſum & eſſe deorſum, aliquo modo ſecundū Phyſicam conſyderationē contraria ſunt, cū ſecundū illa ſumātur motus cōtrarij. Mot⁹ eñ ſurſum & mot⁹ deorſum, ſecundū phyſicos ſibi inuicem cenſentur cōtrarij. Secunda proprietas.

Vbi non ſuſcipit magis & minus.

¶ Nā eſſe in tēplo, nō eſt magis vbi q̄ eſſe in domo neq; magis in tēplo vel domo eſt alius alio, tametſi vel frequentius, vel diutius, vel magis ſedulo in ea poſſit eſſe alius alio. Hoc tamē nō eſt magis & minus ſuſcipere. Sūt autem hæc propria ſecundo modo ipſi vbi, quoniam conueniunt omni, ſed non ſoli Nam & ſubſtantia contrarietatem, magis quoq; & minus, ñon recipit. ¶ CAPVT LV

¶ De prædicamento quando.

QVid de vocabulo quādo in ea ſignificatione in qua hic ei⁹ eſt vſus dicēdum ſit, ex præcedēti capite patet. Et fære quid de quando ſit dicendū, ex vbi liquere poteſt, cū ſcd̄m ꝓportionē ita ſe habeat res tēporalis ad tēpus quo menſurat, quēadmodū res locata ad locū quō circunſcribitur aut continetur. Definiunt autē quando hoc modo.

Defin quando. Quando eſt, quod ex adiacentia temporis in re

poris in re temporali dẽ relinquitur. Cui⁹ deſcriptiõis hic eſt ſẽſus. Quãdo eſt habitudo quedã rei tẽporalis, quæ in ea inuenit & ꝓuenit ex mẽſuratione tẽporis, ex hoc qđ tẽpore menſuratur. Manifeſtũ eſt enĩ, ſicut res locata certã quandã habitudinẽ habet ad locũ cõtinentem, ſic rẽ tẽporalẽ oportet itẽ habere habitudinẽ ad tẽpus ipſam mẽſurãs: atq; hæc habitudo vocatur ipſum quãdo abſtractiue, ipſumq; eſſe in tẽpore vocatur quando concretiue. ¶ Diuiditur itẽ quãdo, in quãdo ſimplex & quãdo cõpoſitũ. Quãdo ſimplex, eſt habitudo rei ad tẽpus indiuiſibile, vt eſſe angeli in æuiternitate, quæ large poteſt dici quoddã tempus. Æuiternitas enĩ eſt ſimplex, & ſucceſſiones partes nõ habet, ſicut nec æternitas. Itẽ eſſe hominis aut alteri⁹ rei in hoc momẽto tẽporis, eſt quãdo ſimplex: quoniã momẽtũ tẽporis eſt indiuiſibile, ſicut punct⁹ localis eſt indiuiſibilis. Eſſe aũt in æternitate proprie dicta, non comprehenditur ſub quãdo hui⁹ prædicamenti: quoniã in æternitate eſſe ſoli Deo cõuenit, & ab ipſo Deo non diſtinguitur, qui omnia prædicamenta trãſcendit, immenſo nimirum interuallo poſt ſe relinquẽs creata omnia & creatorem accidentia. ¶ Quando autem compoſitũ eſt habitudo rei tẽporalis ad tempus diuiſibile. Vt eſſe in hoc anno, in hoc die, ĩ hac hora &c. Huiuſmodi enĩ tẽpus eſt diuiſibile in partes ſucceſſionis, ſicut loc⁹ in partes poſitionis, quemadmodũ ex prædicamẽto quantitatis relinquitur manifeſtum. Sub quando autẽ compoſito, ponunt, eſſe hodie, fuiſſe heri, fore cras: itẽ eſſe vel fuiſſe vel fore in hoc anno, in hac die, in hac hora. &c. Sub quãdo autẽ ſimplici, videntur immediate poni, eſſe in æuiternitate, & eſſe in momẽto tẽporis. Sub eſſe in momento, ponitur eſſe in hoc momẽto, vel in illo, Quæ nemo exiſtimet eſſe indiuidua, ſicut neq; indiuidua ſunt, eſſe ĩ hoc loco, eſſe in illo loco. Species enĩ ſunt, nõ indiuidua. Sic aũt debent indiuidua aſſignari, hoc eſſe in loco, vel in hoc loco, illud eſſe in hoc loco. Item hoc eſſe in illo momẽto vel tẽpore,

nata. Huiuſmodi ſunt õnes illæ poſitiones ſupradictæ, capitis in ſupremo, pedũ in infimo, humerorũ ſupra pectus, pectoris ſupra vẽtrem, manuum ad latera. Item in brutis poſitio capitis in anteriori loco & caudę in poſteriori, oris verſus terrã, dorſi verſus cœlum, auriũ ſupra caput, & in nõnullis cornuum. Item in plantis, ſitus radicũ deorſum in terra, trunci in medio, & ramorũ ſupremo loco in aere. A natura em̃ determinatæ ſunt õnes hę poſitiões. ¶ Poſitio nõ naturalis ſiue cõditionalis dicitur, habitudo certa partiũ non ſecundum quod eſt a natura determinata, ſed ſecundum quod aliquo modo aliter partes ad inuicẽ ſituantur. Exẽpli gratia, cum genua flectit homo: aut cũ capite inclinato terrã reſpicit, aut cũ iacet reſupinus vel ſedet in cathedra, partes corporis altũ ſitum iam obtinẽt, aliãq; ad inuicẽ habitudinẽ, q̃ habeant a natura. In genuflexione enim genua nõ actu ſupra tibias ſunt, neq; tibiæ ſunt pedibus actu ſuperiores, imo pedũ calcaneũ ipſis genibus eſt eleuatius. Itẽ cum adorando procumbit homo & terrã pronus aſpicit, non caput actu ſupra humeros eſt eleuatũ, ſed dorſum ipſum cœlum potius aſpicit, caput vero terrã. Ita in ſeſſione, in accubatione, aliiſq; huiuſmodi, ſemper alia inuenit̃ partium diſpoſitio adinuicẽ, q̃ ſecundũ naturæ ordinationẽ habeant. ¶ Propter hanc vero duplicẽ poſitionẽ, in deſcriptione prius aſſignata duæ ſunt partes, per cõiunctionẽ copulatiuã pro diſiunctiua poſitã copulatę. In parte priori, cũ dicitur, quidã partiũ ſitus, ſubaudi, non ſecundũ naturã deputatus, innuit̃ poſitio nõ naturalis. In poſteriori vero, cũ dicit̃, & ſiue vel generationis ordinatio, innuitur poſitio naturalis, quã videlicet natura a generatione rei determinat. ¶ Aſſignantur quoq; poſitioni ſuprapoſitæ cõditiones, q; magis & minus nõ ſuſcipiat, itemq; cõtrarietatẽ nõ admittat; intelligẽdo de cõtrarietate Logica & ꝓprie dicta. Alioqui em̃, ſitus capitis ſurſum, & pedũ deorſum, videtur aliquo modo cõtrariari.

¶ CAPVT LVII.

¶ De prædicamento habitus.

¶ Habi

HAbitus prout decimo loco inter prędicamēta cōſtituitur, aliam habet ſignificationem, q̄ ſupra cū in p̄dicamento qualitatis aſſignaretur prima ſpecies. Definit aūt habitus hoc modo.

Defin habitus. **Habitus eſt corporum & eorum quę circa corpus ſunt adiacentiā.**

¶ Quæ definitio hoc innuit, per habitū hic intelligi habitudinē quandā conſurgentē in ipſo corpore, ex adiacētia vel applicatione alicuius, ſiue veſtimēti ſiue ornamēti, ad ipſum. Manifeſtū eſt enī, in corpore hominis quod veſtimēto induitur, aut cingulo circūdatur, aut alio modo aliter ornatur ſiue veſtitur, ſiue armatur, aliquā inueniri habitudinē ad illud ſiue veſtimentum ſiue ornamentum. ¶ Diuiditur aūt habitus in habitū ornamenti. & habitum veſtimenti. Habit⁹ ornamenti eſt habitudo corporis vel partis eius alicuius ad aliquid quod ei tanq̄ ornamentū applicatur. Vt cū imponitur capiti Regis diadema regni. Pōtifici ſummo triplex corona, epiſcopo mitra, aut cū annulus digito inſeritur. Coronatio ergo mitratio & annulatio (vt ita loquamur) habit⁹ ſunt ornamēti. Poſſentq; his annumerari ōnes habit⁹ pōtificiales, imperiales, regales, conſulares, ſacerdotales quādo videlicet aliquib⁹ inſignijs honoris vel dignitatis vel officij quiſq̄ induitur, nō ad corpus operiendū tantum aut veſtiendū. Omnes enī hi habit⁹ potius ornamēti q̄ veſtimēti eſſe videntur. ¶ Habitus autē veſtimēti dicit habitudo corporis ad aliquid quod ipſi per modū veſtimēti circūponitur ſiue applicat. Vt cū pedes operimus calceis, crura caligis, pect⁹ dyploide, corpus totum tunica vel pallio, caput pileo. Quod ſi generaliter accipiat veſtimētū vt etiā armaturā ſub ſe cōplectatur. Diuiditur vlterius habit⁹ veſtimēti, in habitum domeſticū ſiue cōmunē, & habitū bellicū. Habitus domeſtici ſunt, quos iā enumerauimus. Habitus aūt bellici ſunt, loricatio, galeatio, gladiatio ſiue gladij accinctio, clipeatio ſiue clipei appēſio. Haſtatio ſiue

tio ſiue haſtę tētio,aliaqꝫ huiuſmodi.Si vero ſpecia-liter accipiatur veſtimentū,ſupra habitū veſtimēti & habitū ornamenti,debebit adijci habitus armatu-ræ.

¶CAPVT LVIII

¶De proprietatibus habitus.

Aſſignant autē habitui cōditiones quaſdam ſiue proprietates,quarum prior eſt.

Habitus ſuſcipit magis & minus.

¶Quod declarant,de eo qui plura habet veſtimēta alio.Illum eñ dicunt hoc magis veſtitū. Et cū qui plura habet ornamēta,dicunt magis ornatū. Illum quoqꝫ qui plura habet arma,magis armatum. Verꝫ id proprie nō eſt ſuſcipere magis & min⁹,iuxta ſen ſum quē in qualitate expreſſim⁹. Nō eñ propter in tentionē ipſius habit⁹ ita dicuntur iſta magis & mi nus,cū habitus natura exiſtens ad aliquid,non ſuſci piat intētionē vel remiſſionē.Sed tantū ꝓpter mul-tiplicationē armoꝝ,veſtimentorū , vel ornamento rū,ex quoꝝ adiacētia fiunt habitudines illæ prædi-cantur vocabula ſecundū magis & min⁹.Quomo-do non immerito illū qui decem liberos habet,ma-gis patrem poſſum⁹ dicere,eo qui tantum duos ge-nuit. ¶Secunda autem proprietas eſt.

Habitus non ſuſcipit contrarietatem

¶Quod per ſe manifeſtū eſt, quoniā calceatio non eſt cōtraria caligationi,nec caligatio pileationi , ne-qꝫ veſtitio eſt cōtraria armationi:quoniā ſimul ī eo dem inueniūtur cū nō poſſint cōtraria eſſe in eodē Neqꝫ contrariantur veſtitū eſſe & nudū,armatū & inermē,ſed tantū priuatiue hæc ſunt oppoſita. Atqꝫ hæc de prędicamentis,pro qualicunqꝫ rudium inſti tutione dicta,ſint ſatis. ¶CAPVT LIX.

¶De poſtprædicamentis.

Quemadmodū ante tractatū de prædicamē tis quorundam præmiſſa fuit determinatio ad meliorē prædicamentorum intelligētiā apprime conducentiū:ita & nunc eo undē abſoluto tractatu quędā adiūgunt ſimili ratione ac

pari pro

ne diſparata, quaſi diſſeparata, ſiue ab inuicē ſeparata Ab inuicem em̄ omnino ſeparata ſunt, cū ſint naturæ pugnātiſſimæ, quas impoſſibile ſit in eodē ſingulari inuenire. Oppoſitionē tamen nullā particularem aut determinatā adinuicē habent. ¶Inter ea vero quæ proprie ſunt oppoſita, talis eſt præciſa repugnātia vt neutrū illorū cū vllo alio ſimili modo pugnet. Exēpli gratia. Albū & nigrū ſibijnuicē opponuntur contrarie. Album vero nulli alteri ſic opponitur vt nigro, neq; item nigrum vlli alteri vt albo. Nam ſi dixeris, nigrū ſimiliter repugnare rubeo vt albo, euidēter id refellitur, quoniā nigrum albo repugnat ſicut extremoꝝ alterū alteri, rubeo vero ſicut medio extremoꝝ. ¶Verū ex hoc alia occurrit difficultas in iis virtutib⁹, quæ habēt ex vtraq; parte, ſecundū exceſſum & defectū, contraria. In his enim non videt̃ eſſe talis repugnātia præciſa, cum ſimili modo opponat̃ mediū hinc extremo quo alteri: quēadmodū (exempli gratia) liberalitas ſimiliter opponit̃ & prodigalitati & auaritiæ. Attamē in his nihil dubiū eſt veram eſſe oppoſitionē, & verā contrarietatem, cum virtus & vitiū oppoſitum contrarientur, iuxta Philoſophorū ſententiam. Soluit̃ autem hæc obiectio dicendo, licet eodem genere vel eadem ſpecie oppoſitionis mediū pluribus opponitur vitiis, nō tamen penitus eodē modo: quoniā alterum ſumitur ſecundum exceſſum, alterum ſecundum defectū. Prodigalitas em̄ opponitur liberalitati ſecundum exceſſum, auaricia autē ſecundum defectum.

¶CAPVT LX.

¶De relatiue oppoſitis.

Diuiditur autē oppoſitio in quatuor ſpecies. Oppoſitionum em̄, alia eſt relatiua, alia contraria, alia priuatiua, alia contradictoria. Proportionabiliter oppoſitorū, alia ſunt oppoſita relatiue, alia contrarie, alia priuatiue, alia contradictorie. Primum igitur definienda ſunt relatiue oppoſita, hoc modo.

Relatiue oppoſita ſūt, quę ea ipſa quę ſunt

Defin. relatiue oppoſitorum.

ſunt oppoſitorum dicuntur, aut quo modolibet aliter ad ea.

Cuius definitiõis hic eſt ſenſus. Illa ſunt relatiue oppoſita, quæ ſecundũ ſua ſignificata referuntur, quodlibet ad alterum ſiue oppoſitũ mediante caſu genitiuo, vel in alio aliquo caſu, aut mediæ propoſitionis adminiculo. Exempli gratia, pater & filius ad ſeinuicem referuntur in caſu genitiuo, tanquã oppoſita quoniam pater dicitur filij pater, & filius patris filius: nec poſſunt ſimul de eodem verificari, reſpectu eiuſdem. Nemo em̃ ſimul eſt pater & filius, in cõparatione ad eundẽ. Cõparatione autẽ ad diuerſos, nihil prohibet. Item diſciplina & diſciplinatũ, ſenſus & ſenſatum, relatiue ſunt oppoſita. Referuntur em̃ adinuicem ſub habitudine diuerſorꝫ caſuũ: quoniã diſciplina dicit̃ diſciplinati diſciplina, & diſciplinatum diſciplina diſciplinatũ. Magnũ quoq; ad paruũ dicit̃, & paruũ ad magnũ: multũ ad paucũ, & paucum ad multũ. ¶ Quidã tamẽ ad verã oppoſitionẽ relatiuorꝫ putãt neceſſariũ eſſe, vt ſumant̃ ſingulariter relatiua: putãtes relatiue oppoſita debere ſimpliciter non poſſe de eodẽ ſimul prædicari, etiam reſpectu diuerſorꝫ. Vnde dicunt, relatiue oppoſita ſic aſſignari, hic pater & hic ſuus filius, hæc diſciplina & hoc diſciplinatũ, hoc paruũ & hoc ſuum magnũ .i. magnum illud in cuius comparatione dicit̃ paruum, atq; ita in cęteris. Verum id quod prius dictũ eſt, videtur plus habere probabilitatis, & veterꝫ philoſophorum ſententiæ magis conſonum. Vnde Seuerin⁹ Boeti⁹ oppoſita ita definiuit. Oppoſita ſunt, quæ in eodem, ſecundum idem, in eodem tempore circa vnã eandemq; rem, ſimul eſſe nõ poſſunt. Ac de relatiuis exemplũ ponens, dominum & ſeruum ita ait. Nec ſeruus atq; Dominus eiuſdem edem tẽpore eſt. Vbi diligenter eſt notandũ, quod non ſimpliciter dixit, ſed eiuſdem adiecit.

¶ CAPVT LXI

¶ De contrarie oppoſitis.

Contra

Ontraria expreſſe in textu nõ definit Ariſto teles. Ponit tamen nonnulla, ex quibus par- tim colligitur hæc ipſius definitio.

Contraria ſunt, quæ ſub eodem genere poſita, maxime a ſeinuicem diſtãt, ei dẽ ſubiecto ſuſceptibili viciſſim inſũt (a quo mutuo ſe expellunt) niſi alterũ inſit a natura.

Defin. contrariorum.

¶Quę definitio pulchre naturã exprimit eorũ quę vere ſunt contraria, eaq; aptis particulis ſeparat a reliquis ſpeciebus oppoſitorum. ¶Primum igitur, contraria ambo neceſſe eſt poni ſub eodem genere, ſiue immediate, vt albedo & nigredo ponuntur ſub colore, prodigalitas & auaritia ſub vitio: ſiue mediate, vt liberalitas & prodigalitas, durũ item & molle, ſanum & ægrotatiuũ. Nõ em̃ iſta immediate ponũtur ſub eodem genere, cũ liberalitas immediate ſubſit virtuti, prodigalitas vicio durum item & ſanatiuum naturali potentię, molle vero & ęgrum naturali impotentiæ. Mediate autem ſub eodẽ genere ponuntur, nempe priora ſub habitu & diſpoſitione vel propinquius ſub habitu morali; poſteriora, ſub naturali potentia vel impotentia. Atq; per hãc particulam, excluduntur ab iſta contrariorũ definitione priuatiue oppoſita & contradictorie. Hæc enim non ponuntur ſub eodẽ genere, cum eorũ ſemper alterum ſit priuatio vel negatio, quæ ſub nullo genere ponuntur: propterea quod rem veram & poſitiuam nõ ſignificet, ſed rei tantũ priuationẽ vel negationem. ¶Deinde neceſſe eſt, cõtraria maxime ab inuicẽ diſtare. Quod eſt intelligendũ, de diſtantia & pugnãtia ex parte naturæ. Cuius defectu, qualitates mediæ non dicuntur cõtrariæ, neq; vna qualitas extrema & altera media: vt rubedo & pallor, vel albedo & rubedo. Hęc em̃ non maxime diſtant: cũ plus

 ab inui-

ab inuicem diſtent duo extrema albedo & nigredo Cum em̄ media participēt natu.ā vtriuſq; extremi manifeſtū eſt,inter media nō pōſſe eſſe ex parte naturæ tantam diſtantiā,quāta eſt inter extrema, quæ nullo modo adinuicē participant.Nihil em̄ albedinis participat nigredo, vel econtrario: ſed rubedo, pallor,alijq; colores medij, vtrumq; extremū quodammodo participant. ℭQuod ſi quis obijciat,liberalitatem & prodigalitatē eſſe contraria,nec tamē maxime diſtare,cū plus videantur diſtare duo vitia extrema,prodigalitas & auaritia.Reſpondet, quod nō minor eſt in veritate diſtātia vtriuſq; extremi a media ꝟtute,ſcd̄m rationē virtutis & vitij,q̄ ſit ipſorum extremorū adinuicē,quorū vtrumq; eſt vitium.Non em̄ ſecundū naturam minus diſtant virtus & vitium,quā duo quorum vtrumq; eſt vitiū, ſed alterū ſecundū exceſſum ſumitur,alterum ſecundum defectū.Vtraq; em̄ ſuo modo maxime diſtant ℭAdditur deinde, ad explicandam contrariorum naturam,quod eidem ſubiecto ſuſceptibili viciſſim poſſint ineſſe, quodq; ſeinuicem pellant a ſubiecto. Licet em̄ ſimul non poſſint eidem ineſſe contraria ſicut nec vlla oppoſita,ſucceſſiue tamē & viciſſim poſſunt:& ideo dicuntur ſeinuicem pellere a ſubiecto,quoniam adueniente vno cedit & abit alterum nec ſe compatiūtur in eodem domicilio. Exempli gratia,albedo & nigredo,calor & frigus,viciſſim inſunt eidē:quoniā id quod nunc eſt album vel calidum,poteſt fieri nigrum vel frigidum: non tamen ſimul,ſed inuicem ſe pellunt,quoniam adueniente frigore & nigredine,fugit calor & albedo. ℭVnde iſta expulſio non eſt intelligenda per violentiam actionem.Tametſi em̄ quædam ſint qualitates,quæ etiam violētia actione ſeinuicē expellāt atq; propulſent,qualitates.ſ.illæ quæ a Phyſicis actiuæ nuncupātur,nempe calor,frig⁹,humiditas & ſiccitas: alia tamē ſunt cōtraria plurima,quibus nō cōpetit violenta actio.Vt colores,ſapores,& ſoni contrarij,nō agunt expellēdo ſeinuicē violenter.Horum autem expulſio non aliud intelligitur quam mutua ceſſio

ro φ ſimul ineſſe eidē non valeant. ¶Signāter ve ro in fine adiungitur particula illa,niſi alterū inſita natura,quæ nō cum immediate præcedenti,ſed po ſtius cum illo quod mediate præcedit,eidē ſubiecto ſuſceptibili,viciſſim inſunt,copulari debet. Videli cet ad inſinuandū,quod in illis ſubiectis quib⁹ a na tura determinatū eſt alterꝝ contrariorū,ita vt neceſ ſario inſit hoc vel neceſſario illud,nō ſit requiren da viciſſitudinaria illa ſucceſſio. Quemadmodum (exempli gratia)in igne,calor eſt qualitas a natura determinata,ita vt ſecundū naturam,ei inſit neceſ ſario,nec poſſit aliter eſſe ſecundū naturam.Ita niui determinata eſt albedo:ſimiliter fære coruo nigre do,& cygno albedo.Sic melli ex natura ſua dulcis ſapor,felli amarus conuenit. Lapidi & ferro ex ſua natura durities competit,butyro mollicies.Atq₃ ita in alijs multis. ¶CAPVT LXII.

¶De contrarijs mediatis & immediatis.

DEſignat autē Ariſtoteles duplicia contraria quædam mediata,alia immediata. Cōtrario rum immediatorū hanc innuit definitionē.

¶Contraria immediata ſunt,quæ ta lia ſunt,vt in quibus nata ſūt fieri,vel de quibus prædicantur, alterum in eſſe ſit neceſſarium. Contraria imediata.

¶Hoc eſt.Illa ſunt immediata cōtraria,quoꝝ ſem per neceſſe eſt alterum ineſſe cuilibet ſubiecto ſuſ ceptibili,ita vt nullū ſubiectum eorum ſuſceptibile ſcdm naturā vnq̄ poſſit eſſe ab vtroq₃ vacuū. Exē pli gratia,ſanum & ægrū ſunt cōtraria immediata: quoniā nullū inuenit ſubiectū ſanitatis & ęgritudi nis ſuſceptiuū,qđ nō alterū habeat.Omne em̄ ani mal,vel ſanū eſt,vł ægrū.Ita par & impar,circa nu merū dicit Ariſtoteles eſſe cōtraria immediata,quo niam omnis omnino numerus par eſt vel impar. ¶Per oppoſitum vero definiuntur contraria medi ata,hoc modo.

Contrarij a mediata.

Contraria mediata ſunt, quorum nō eſt neceſſe ſemper alterum ineſſe iis in quibus nata ſunt fieri.

¶Hoc eſt, quæ talia ſunt, vt non ſit neceſſe cuilibet ſubiecto ſuſceptibili ſemper ineſſe alterum, ſed poſſit ſubiectū interdū ab vtroq; eſſe vacuū. Vt calor & frigus contraria ſunt mediata, albedo item & nigredo. Quædā enī corpora horū ſuſceptibilia, vtroq; carent. Inuenit enī aqua neq; calida neq; frigida, ſed tepida tantū: & inuenit corp⁹ neq; albū neq; nigrum, vtpote rubeū, aut pallidū, aut alio colore medio coloratū. ¶Subdiuidit quoq; Ariſtoteles huiuſmodi cōtraria mediata, Quædā enī dicit eſſe quorū medijs ſunt noīa impoſita: queadmodū inter albū & nigrū, media nominib⁹ vſitatis dicunt, pallidum rubeū, fuſcū &c. Ita inter calidū & frigidū, medium dicit tepidū. Alia vero ſunt, quorū medijs non ſunt impoſita noīa, ſed neceſſe eſt ea circūloqui per abnegationē vtriuſq; extremorū. Exempla ponit, bonū & malum, iuſtum & iniuſtum. Eſt enim inter hæc mediū. Quædā enī ſunt neq; bona ſimpliciter neq; ſimpliciter mala, vt diuitię & pulchritudo, quę Stoici appellāt indifferentia. Poteſt itē aſſignari homo neq; vere bonus, neq; vere malus. Hoc autem medium ille cenſet circūloquutione exprimendum, per vtriuſq; contrarij abnegationē dicēdo; neq; bonum neq; malū. Boetius vero illud appellandū dicit indifferēs, addens vocabulū iſtud ad mediū ſignificandum cōmode inuentū eſſe poſt Ariſtotelē, qđ eius tempore nondum fuerat impoſitum. ¶Aliā quoq; diuiſionem idem ponit Boetius, qua mediata contraria diuidit in ea quæ plura habet media, vt albedo & nigredo multos habent colores medios: & ea quę tantum vnum, vt calor & frigus ſolum teporem. Atq; hæc deinde diuidit in ea quorum medio eſt nomen impoſitū, vt calor & frigus medium habēt teporis nomine deſignatum, & ea quorum medio non

dio non eſt nomen impoſitum, vt bonũ & malum quib⁹ proinde per abnegationem vtriuſq; extremi facile poteſt nomen imponi. Si vero cõtingeret huiuſmodi aliqua contraria plura habere media. illic non conuenienter poſſet vllius medij fieri aſſignatio per abnegationem vtriuſq; extremorum. Vt ſi medium albi & nigri, quis aſſignauerit, neq; album neq; nigrum, non eſt determinata neq; conueniens aſſignatio: quoniã nullũ mediũ ibi aſſignatur, Cum munis eſt enĩ illa abnegatio multis medijs.

¶CAPVT LXIII.

¶De priuatiue oppoſitis.

EX ijs quæ Ariſtoteles tractat de priuatiue oppoſitis, elicitur hæc eorum definitio.

Priuatiue oppoſita ſũt quæ habẽt fieri circa idẽ ſubiectũ ordine irregreſſibili, & tempore a natura determinato. Defin. priuatiue oppoſitorum.

¶In qua definitiõe, primo loco ponit id in quo eſt conuenientia priuatiue oppoſitorũ cum contrarijs videlicet quod fieri habeant circa idem ſubiectum. Hoc enĩ vtriſq; eſt commune: quoniã ſicut contraria eidem ſubiecto ſucceſſiue, licet non ſimul, ineſſe poſſunt, ſic & priuatiue oppoſita. Neq; ſolum fiunt circa idem ſubiectum, verum etiam circa eandẽ partem ſubiecti. Vt viſus & cæcitas ambo fiunt circa oculũ, auditus & ſurditas circa auditum, mutus & loquens (accipiendo loquẽs vt potentiam loquendi ſignificet) ambo circa linguam aliaq; inſtrumenta vocis. ¶Quod autem ſequitur, ordine irregreſſibili, diſtinctionem ponit inter contraria & priuatiue oppoſita. In contrarijs enĩ, vbi alterum non neceſſario ineſt ex natura, viciſſitudinaria & mutua inuenitur ſucceſſio, nẽpe ab albedine ad nigredinem mutatio, atq; ecõtrario a nigredine rurſus ad albedinẽ: item a calore in frigus, ac rurſum a frigore in calorẽ. Verũ in priuatiue oppoſitis, ab habitu quidem poteſt veniri in priuationem, vt a viſu ad cæ-

citatē ab auditu ad ſurditatē:cōtra vero,a priuatione in habitū(iuxta celebrē Ariſtotelis ſententiam) nunquā poteſt regreſſus fieri.Quod ſecūdū virtutem naturæ eſt intelligendū.Virtute enim eius qui eſt naturæ author & Dominus,cui(iuxta angelicū teſtimoniū)nihil eſt impoſſibile aut difficile nonminori facilitate poteſt reditus fieri a priuatione in habitum,quā ab habitu ad priuationē tranſitus.¶Aduertendū tamen eſt,quædā eſſe priuatiue oppoſita alterius naturę,in quibus videlicet etiā ſecundū naturā fit trāſitus & regreſſus ab vtroq; in alterū. Lumen eñ & tenebræ ſunt priuatio & habit⁹, ac proinde oppoſita priuatiue,q circa idem fiunt ſubiectū nempe aerē.In his tamē fit mutuus regreſſus : quoniam aer ex lucido fit tenebroſus , abeunte ſole : & rurſum ex tenebroſo fit lucidus,illo reſurgente. Ita de quiete & motu dicendū,quæ ſunt item priuatio & habitus.Ita de ſcientia & ignorantia priuationis. Vt eñ ex mouente fit quieſcēs,ita ex quieſcēte mouens efficitur:& quomodo ex ſciente ignorans per obliuionē vel ęgritudinē,ita ex ignorante ſciēs, per debitā inſtructionē aut maturā experientiam.Videt proinde Ariſtoteles in prædicta definitione ſolum definiuiſſe priuatiue oppoſita ſtricte admodū ſumpta,quorū videlicet alterū priuatio eſt formæ irrecuparabilis. ¶Nouiſſima particula,tempore determinato a natura,propter hoc adijcitur: quoniā non eſt neceſſe alterū priuatiue oppoſitorū ineſſe ſubiecto etiā ſuſceptibili,omni tēpore,ſed a natura determinato. Exemplum cōmune aſſignatur de catulo ante nonū diem nondum vidēte,qui tamen ob hoc non dicitur cæcus:quoniā nondum tempus a natura determinatum aduenit,vt videat.Item puerulus, dies tantum pauculos natus,nec dētatus adhuc dicitur,nec edentulus:quoniā nondum aduenit tempus a natura determinatum,vt dentes habeat.Verū ſi poſt tranſactos dies nouem aut decem nō videat catulus,iam vere cæcus dicetur:quoniā poſtq̄ tempus a natura ad recipiendū habitū aduenit, non illum accepit;ac proinde priuatus eo cenſetur. Item,

ſi poſt

ſi poſt mẽſes aliquot tranſactos imo annũ vnũ aut alterũ, puero non creſcãt villi dentes, iam vere dicitur edẽtulus. Sic puer ſi non ſtatim ambulare nouit poſtquã in lucẽ prodijt, non ob hoc claudus dicetur vel impotens ambulare: ſed ſi poſt annos duos aut tres nondũ incipiat greſſus ponere, claudũ aut impotentẽ ambulare dicimus. Ita puer donec ratio nõdum in eo viget, nõ dicit ignorans licet, nullus rei habeat ſcientiã: ſed poſt acceptum rationis vſum, ſi non accipiat ſcientiã, merito dicetur illarũ rerũ ignorans quarũ potuit cognitionẽ ſuſcipere. Nõ prius em̃ rei eſt aſſcribẽda priuatio cuiuſcũq; formæ perfectionis, aut habitus, quam tẽpus aduenerit, quod natura tali rei ad habitũ eiuſmodi acquirendum deputauit.

CAPVT LXIIII.

De contradictorie oppoſitis.

Porro contradictorie oppoſita aſſignantur dupliciter. Interdum quidem propoſitiones totę vt Socrates ſedet, Socrates nõ ſedet. Interdum ſolũ termini ſimplices, alteri negatione præpoſita, vt ſedere nõ ſedere, homo non homo, iuſtus nõ iuſtus. Definiũt autẽ contradictorie oppoſita hoc mõ.

Contradictorie oppoſita ſunt, inter quæ non eſt dare medium. Contradictorie oppoſita

Quod mediũ (ſi de propoſitionibus loquamur) intelligitur mediũ veritatis & falſitatis. Si vero de ſimplicibus terminis, intelligitur medium prædicationis ſiue verificationis. Inter has em̃ propoſitiones. Socrates ſedet, Socrates non ſedet, nõ eſt omnino dare mediũ veritatis aut falſitatis: quoniam neceſſe eſt ſic ſemper earum alteram veram, & alterã falſam eſſe, vt nec ambæ ſimul veræ eſſe valeant, nec ſimul falſæ. Inter hos autẽ terminos, ſedere non ſedere, homo non homo, omnino nõ eſt dare medium prædicationis ſiue verificationis: quoniam nullum omnino poteſt ſingulare aſſignari, quin alterũ illorũ vere de illo prædicetur. Quicquid em̃ mihi aſſignaueris, vel ſub ſole, vel ſupra ſolem, ipſum vel

ſedet,

ſedet,vel nõ ſedet,ipſum eſt homo vel non homo, lapis vel non lapis,atq; ita in ſingulis. ¶Atq; hoc vno diſtinguunt iſta cõtradictorie oppoſita ab omnibus alijs.In cæteris em̃ facile dabitur aliquod mediũ prædicationis,id eſt,aliquid de quo neutrũ eorũ prædicari vere poterit..Vt inter albũ & nigrum do mediũ,parietẽ rubeũ.Hic em̃.neq; albus neq; niger eſt.Do mediũ angelũ,ipſum Deũ,& corpora cœleſtia, quæ omnia colorẽ nullũ habent : atq; ob hoc, neq; alba ſunt neq; nigra. Inter patrẽ quoq; & filiũ media plurima facile eſt dari.Plurima enim ſunt in mundo,quæ neq; patres ſunt,neq; filij.Sic inter cæcum & videns plurima ſunt media,quibus neutrũ competit. ¶CAPVT LXV.

¶De modis prioris.

POſt oppoſitorum determinationẽ, ſubiungit Ariſtoteles modos aliquot ſiue acceptiones prioris :primum quidem ab alijs(vt videtur) cõmuniter aſſignatos explicãs,deĩde prędictis quatuor ex ſua ſententia quintũ adijciens. Qui omnes propter adoleſcentulorũ memoriã confirmandam, ſuo ordine concludi ſolent,duobus his verſibus.

Tpe, natura,pri⁹ ordĩe,dic & honore
Cauſam cauſato,dicimus eſſe prius.

Primus modus prioris ¶Primo igitur modo pri⁹ dicitur alterũ altero , ſecundũ tempus.Id em̃ quod tempore precedit,dicimus prius tempore:quemadmodum id quod ſubſequitur tempore, poſterius nuncupamus. vt Adam fuit prior Abel,Noe prior Abraham , Dauid prior Salomone, atq; ita in cæteris. Et vniuerſaliter hoc modo prius dicitur eſſe , quod eſt altero antiquius vel ſenius.Inter quæ duo Boetius ex ſententia Porphyrij talem ponit differentiam,vt antiquius rebus tribuat inanimatis,ſenius vero animatis. Antiqui⁹ em̃ dicit bellum Thebanorum excidio Troianorũ, & dominationẽ regum in vrbe. Rhoma antiquiorem dicit magiſtratu conſulum.Seniorem vero ait Pythagoram Socrate,Socratem Ariſtotele,icirco quod tem

quod temporibus ſe antecedant. ¶Altero modo dicitur prius, id a quo non conuertitur eſſendi conſequentia: hoc eſt, quādo duo aliqua ſunt ex quorū altero infertur exiſtentia alterius, ſed nō econtrario illud ex iſto, tunc iſtud a quo nō fit reuerſio dicitur prius. Exempli gratia, a binario ad vnitatem bona fit eſſendi conſequentia. Si eñ duo ſunt, vnū eſt, & ſi binari⁹ fuerit, vnitas eſt. Verum non econtrario, ab vnitate valet cōſequentia eſſendi, ad binarium. Non eñ conſequitur, binariū eſſe, ſi ſit vnitas. Ob hoc videlicet, vnitas merito dicitur prior. Sic generaliter omnis numer⁹ minor maiore eſt prior: quoniam a maiore ſemper ad minorē valet eſſendi conſequentia, nō aūt a minore ad maiorem conuertit. Sic animal prius eſt homine. Si eñ homo eſt, animal eſt: ſed nō fit cōuerſio. Non eñ neceſſe eſt, hominem eſſe, ſi animal ſit, Et vniuerſaliter omne genus eſt prius ſuis ſpeciebus, & omnis ſpecies ſuis indiuiduis, hoc modo prioris. Et iuxta hunc modum dicitur aliquid prius natura, quemadmodum iuxta priorem dicitur tempore prius. ¶Quid autem ſit conſequentia eſſendi ex prædictis facile intelligitur, ea videlicet in qua ex vnius exiſtentia infert ex iſtentia alterius. Cōuerti vero dicitur illa cōſequentia eſſendi, quando ſicut ab exiſtentia hui⁹ valet nō ſequentia ad exiſtentiam illius, ſic econuerſo valet ab exiſtentia illius ad hui⁹ exiſtentiam. Vt ſi pater eſt, filius eſt: & ſi filius eſt, pater eſt. Si homo eſt, riſibile eſt: & ſi riſibile eſt, homo eſt. Ideo iſta, pater & filius, homo & riſibile, dicuntur conuerti ſecūdum eſſendi conſequentiā. Quādo autē ab vno ad alterū valet eſſendi conſequentia, ſed non econtrario, tūc dicitur eſſendi conſequentia nō conuerti: & ab illo dicitur non cōuerti, ex quo non fit viciſſitudinaria illatio. ¶Tertio modo dicitur aliquid prius ſecundum ordinem quendā prçceſſionis & ſubſequutionis. Sic in diſciplinis, quædā ſunt priora, quæ videlicet præſupponuntur alijs poſterius tradendis, alia ſunt poſteriora. Vt in grammatica, elemēta priora ſunt ſyllabis, & ſyllabç orationibus. Pri⁹ eñ docendi

Secūdus modus.

Tertius modus.

cendi ſunt,qui in arte grãmatica recte inſtituuntur
elemẽta ſimplicia dinoſcere:deinde,ex eis cõponere-
re ſyllabas,ex ſyllabis ſimplices voces,atq; ex hiſde
mum orationes.Sic in dialectica, prædicabilium &
prædicamentorum determinatio prior eſt determi-
natione ſimpliciũ enunciationũ:atq; hæc rurſũ pri
or determinatione ſyllogiſmorũ,aliarũq; argumen-
tationũ.Ita in oratione qualibet,exordiũquo capta-
tur beneuolẽtia iudicũ,& auditorꝝ excitat attentio,
prius eſt narratione:atq; hęc prior eſt cõcluſione ſi-
ue peroratione.Ita in ædificãdo domũ,priꝰ eſt fun-
damentũ iacere bonũ:poſteriꝰ erigere in altũ parie-
Quartus modus. tes,poſtremũ,tecto illos obtegere. ¶Quarto mo-
do dicitur alterũ altero prius, ſecũdm honorẽ & dig-
nitatis pręcellentiã.Vt pontifex ſummꝰ:quia Chri-
ſti vicarius,in Eccleſia primꝰ dicit,rex primꝰ eſt in
regno,ſuntq; pricipes alijs alij in regno priores,pro
ſua quiſq; ꝟtute aut nobilitatis præſtantia. Videtur
q; ſub hoc modo cõprehendi prioritas amicitię.Eũ
em̃ quẽ maxime diligo,primũ apđ me dico primaſ-
q; obtinere partes,nõ q; ſimpliciter ſit omnibꝰ alijs
dignior vel honorabilior:ſed quia apđ me ſit maxi
Quintꝰ modus. mi,præcipueq; habet in precio. Vnuſquiſq; em̃ qđ
ſibi chariſſimum habet,facit maximi. ¶Vltra præ
dictos modos prioris,aſſignat Ariſtoteles quitum,
ſecundũ quem,inter illa quę cõuertuntur ſecũdum
eſſendi conſequentiã,dicimus illud altero eſſe prius
quod alterius aliquo modo eſt cauſa. Exẽpli gratia
homo & ſuſceptiuũ diſciplinæ ſecũdũ eſſendi cõſe-
quentiã conuertuntur.Nam ſi homo eſt,ſuſceptiuũ
diſciplinę eſt,& ecõtrario,humana aũt natura quæ
per terminũ homo ſignificat,cauſa eſt ꝓprietatis il-
lius quæ per ſuſceptiuũ diſciplinę ſignificatur.Ideo
homo prior eſt quam ſuſceptiuum diſciplinæ.Item
ſi lux eſt,lumẽ eſt,& ecõtrario:lux autẽ eſt cauſa lu-
minis,ideo lux prior eſt lumine. ¶Adducit Ari-
ſtoteles exemplum alterum obſcurius, dicens, eſſe
hominem conuerti ſecũdũ eſſendi conſequẽtiam
cum oratione vera de ipſo. Nam ſi homo eſt,vera
eſt oratio,qua dicit,homo eſt;& econtrario, ſi hæc
oratio

oratio vera eſt,neceſſe eſt ergo rem ita ſeſe in veritate habere.i.hominē eſſe.Inſuper hominem in rei veritate eſſe, cauſa eſt quare hæc oratio, homo eſt, vera ſit.Non em̄ ideo homo eſt in rei veritate,quia illa oratio,homo eſt,vera eſt:ſed potius econtrario quia in rei veritate homo eſt, ideo oratio quæ hoc ſignificat vera eſt.Quare hominem eſſe,hoc modo prius eſt oratione vera,homo eſt. ❡Quemadmodum autē quinq; modos iam aſſignauim⁹ prioris: ſic per oppoſitum quinq; item modos poſterioris facile eſt aſſignare,iuxta regulam illam communem. Tot modis dicitur vnū oppoſitorū,quot modis & reliquum.Dicimus em̄ poſterius tempore. poſteri⁹ natura,poſterius ordine,poſterius dignitate,& poſterius ſecundū cauſalitatē, vel in ratione effectus. Quæ ſigillatim proſequi foret ſuperfluū,cū facillime ex comparatione priorum poſſint intelligi.

❡CAPVT LXVI.

❡De modis ſimul.

TRes modos ſimul,ponit Ariſtoteles, qui tribus his verſibus,ad iuuandā puerorū memoriam ſolent concludi.

Tempore dico ſimul, quorum generatio nunc eſt.
Quæ conuertunt,dicimus eſſe ſimul
Suntq; ſimul ſpecies,genus vnum cō diuidentes.

❡Prim⁹ itaq; modus eſt,ſecundū quem illa dicunt ſimul,quorum generatio ſiue productio eſt in eodem tempore.i.quæ ſimul nata ſiue producta ſunt. Vt duo infantes ambo in eodem momēto vel breui tēpore nati.Itē omnes angeli ſimul ſunt hoc modo,quoniam in eodem tēpore ſiue momēto omnes producti ſunt,non ali⁹ poſt alium.Angelus autē & homo nō ſunt ſimul,quoniam nō in eodē tempore product⁹ *Primus modus ſimul.*

productus eſt homo cũ angelo. Atq; hoc modo dicit Ariſtoteles ſimpliciter & propriiſſime ſimul dici, queadmodũ prius primo modo & propriiſſime dicitur ſecundũ tempus. ¶Secundo modo illa dicuntur ſimul, quæ cõuertuntur ſecundũ eſſendi cõſequentiam, & neutrum eſt cauſa alteri vt ſit. Atq; hæc dicũtur ſimul natura, vel naturaliter ſimul, vt duplum & dimidium adinuicẽ cõuertuntur. Si enĩ duplum eſt, dimidiũ eſt: & ecõtrario, ſi eſt dimidiũ, eſt duplum. Inſup neq; duplũ cauſa eſt dimidij, neq; dimidiũ cauſa dupli. Idcirco duplũ & dimidium ſunt ſimul natura. Similiter pater & filius, domin9 & ſeruus, cæteraq; huiuſmodi. ¶Quod ſi de patre & filio quis obijciat, patrem eſſe cauſam filij, ac proinde priorẽ eſſe patrẽ filio ſecundum naturam. Reſpõdebitur (iuxta ſententiam Boetij) verum quidem eſſe, hominẽ illũ qui eſt pater, cauſam eſſe ſubſtantię atq; hominis illius qui eſt filius, nõ tamẽ ob hoc dicẽdum eſt, patrem eſſe cauſam filij. Quemadmodũ (exẽpli gratia) Æneas cauſa fuit vt eſſet Aſcanius, ſed nõ fuit pater cauſa vt eſſet filius, nihilò certe amplius quam fuit filius cauſa vt eſſet pater. Simul enim ceperũt eſſe pater & filius, nec potuit Æneas prius eſſe pater, quam eſſet ille filius. Vnde cũ dico, pater cauſa eſt vt ſit filius, innuitur, relationem paternitatis ſignificatã per vocabulum patris, efficere relationẽ quæ p vocabulũ filij ſignificatur, quod veritatẽ nõ habet. Cum autẽ dico, Æneam eſſe cauſam vt ſit Aſcanius indico, ſubſtantiã illã quę eſt Æneas, cauſam exiſtendi prǽſtitiſſe ſubſtãtię quæ vocatur Aſcanius. Atq; hoc iuxta Poetarũ deſcriptionem verum eſt. ¶Tertio modo dicuntur ſimul (atq; etiam aliquo modo ſecundum naturam) quæ ex eodẽ genere ediuerſo a ſeinuicẽ diuidunẽ, hoc eſt ſpecies plures ſub eodẽ genere ęque immediate contẽtæ, quæ ipſum genus ex æquo diuidũt. Vt homo & brutũ hoc modo ſimul ſunt, quoniã ſub genere anĩal ęque immediate cõtinẽtur, & ex æquo genus illud diuidunt. Siquidẽ anĩal diuiditur immediate in hominẽ & brutum. Sic equus, aſinus, leo, ſimul ſunt; quę

Secũdus modus.

Tertius modus.

ſunt: quoniã ſub eodẽ genere, brutũ, æque in. te cõtinẽtur. Genera vera nũquã ſimul ſunt c. ſpeciebus, in quas diuiduntur, ſed priora ſunt illi.

CAPVT LXVII.

De motu & eius ſpeciebus.

QVoniam in prædicamẽtis aliquoties men/tio facta fuit de motu ſiue mutatiõe, cũ di/ceret de ſubſtãtia, quod ipſa cũ ſui mutatio ne ſit cõtrariorũ ſuſceptiua: itẽ in quãtitate, de mo/tu ſurſum & deorſum: itẽ quia de actione & paſſio/ne dictũ eſt, quę cũ motu aliq̃ fiunt, propterea Ari/ſtoteles nũc breuiter de motu & eius ſpeciebus de/terminat: tametſi eius exactior cõſyderatio ad phy/ſicam pertineat. Diuidit itaq; motũ in ſex ſpe/cies, quæ ſunt generatio, corruptio: augmẽtatio, di/minutio, alteratio, & ſecundũ locum mutatio. Hæc adinuicem ita differunt: q̃m generatio & corruptio ad ſubſtantiã pertinẽt, augmẽtatio & diminutio ad quantitatẽ, alteratio ad qualitatem, loci mutatio ad vbi. Id quod ex earũ deſcriptionibus facile patebit quæ ſunt hiuſmodi. Generatio eſt progreſſio a non eſſe ſubſtãtiæ ad eſſe eiuſdem. Corruptio eſt progreſ ſio ab eſſe ſubſtãtiæ, ad non eſſe eiuſdẽ. Augmenta/tio eſt progreſſio a minori quãtitate, ad maiorẽ. Di/minutio eſt progreſſio a maiori quãtitate, ad mino/rem. Alteratio eſt motus de qualitate in qualitatem Loci mutatio eſt motus de loco ad locũ. Exempla aſſignabimus ſingulorũ. Cũ Petrus aut Paulus qui prius nõ erat, accipit eſſe humanum, fitq; homo, il/lud ſic non eſſe ad eſſe procedere, dicitur, generari. Cum ecõtrario, is, qui modo eſſe habet poſt paulu/lum eſſe illud perdit, & non eſſe ſuccedit pro eſſe, di citur, corrumpi. Cũ idem ex modica quantitate pue rilis ętatis, pertingit ad quantitatẽ maiorẽ ętatis vi/rilis, dicitur augeri. Cũ econtrario, ad ętatẽ decrepi/tam perueniens, ad minorem iterum quantitatem re uertitur, dicitur minui. Cum ex albo fit niger, ex bo no malus, aut econtrario, dicitur alterari. Poſtremo cum de loco ſe transfert in locum alium, dicimus il lum ſecundum locum moueri. De mo/

tus autẽ

..tē contrarietate inq..rens Ariſtoteles, dicit, ..tē ipſi ſimpliciter cōtrariari, id eſt, opponi. Nā ..prie non poteſt eſſe quies cōtraria motui, cū ſit ..uies nil aliud quā priuatio. Cōtrariātur etiā motus qui ſunt ad terminos contrarios. Vt generatio proprie cōtrariatur corruptioni; quoniam terminos habēt contrarios. Generatio em̄ progredit̄ ad eſſe ſubſtantiæ, corruptio ad nō eſſe. Sic augmētatio & diminutio, quarū illa ad maiorē, hæc ad minorē tendit quantitatē. Hæc autē quodāmodo contraria cenſentur, ſecundū phyſicā maxime cōſyderationē. Ita dicendū in alterationibus, quę ſunt ad cōtrarios terminos, cuiuſmodi ſunt dealbatio & denigratio. Itē de mutationibus ſecundū locum, vt motus ſurſum. motus deorſum. De his plenius exactiuſq; tractare ad phyſicam ſpectat conſyderationem.

¶CAPVT LXVIII.

¶De modis habendi.

QVoniā Ariſtoteles vocabulo habere, in prędicamentis ſcd̄m diuerſas acceptiones vſus fuerat (ſiquidē habitū poſuit ſpeciē qualitatis, & habere nouiſſimū aſſignauit prædicamentū) iccirco ne quis æquiuocatione nominis illius turbetur, adijcit nunc & alias eiuſdē acceptiones, octo eius ponens modos: quos quia pauciſſimis pſtringit, ipſius hic verba placuit tantū ſubſcribere. ¶Habere, inquit, octo dicit̄ modis. Aut em̄ aliquid qualitatē habere dicitur, vt habitū & diſpoſitionē, ſcientiam (inquā) & virtutē. Aut quantitatē, vt magnitudinē, tricubitū aut quadricubitū. Aut ea quæ circa corpus ſunt, vt veſtimentū, tunicā vel gladiū. Aut aliquid in corporis partē, vt in digito annulum Aut partē, vt pedē vel manū. Aut vt continēs contentū, vt modius grana tritici, aut lagena vinum. Aut poſſeſſionē vel domū vel agrū. Dicitur etiā & vir vxorem habere. Sic ille octo habendi modos enumerat, qui his concluduntur duobus verſibus.

Octo modi habendi

Affectū, quātū, veſtitū, dic velut aurū,
Mēbrū, cōtentū, poſſeſſio, vir, mulierē

¶Vltimū

¶Vltimum aũt modum Ariſtoteles dicit eſſe omniũ alieniſſimũ,eo quod habere vxorẽ(vt ipſe ait) nõ aliud ſit quam vxori cohabitare: videlicet ſecũdum gentilium ritum & ſententiam loquẽs,qui ſacramentũ magnũ illud ignorabant Nos autẽ,quos Chriſtus Ieſus omnis veritatis magiſter in ſacratiſſimę fidei myſterijs erudiuit ſacramentũ magnũ in cõiugio viri & fœminę intelligẽtes,ſcim⁹,lõge amplius eſſe virum haberẽ vxorem,quã ei cohabitare Virum enĩ habere vxorem,ſecundũ veritatem eſt, virũ cũ vxore indiſſolubili vinculo eſſe colligatũ ita vt ipſe(iuxta Apoſtolũ) poteſtatẽ nõ habeat ſui corporis,ſed mulier;ac viciſſim mulier ſui corporis non habeat poteſtatẽ,ſed vir.Vnde ſi hunc modum nos quoq; alieniſſimũ dixerimus,aliã aſſignabim⁹ rationẽ,quoniã in alijs modis habendi,id quod habet non dicitᵉ viciſſim habere,ab eo quod habet:vt habẽs poſſeſſionem,non ab ea habetur,& qui habet veſtem aut annulum non ab ipſis habetur, quipedem habet non dicitur haberi a pede.In hoc autem modo,vt vir habet vxorẽ.ita viciſſim habetᵉ ab ea. Neuter enĩ ſui corporis habet poteſtatẽm,ſed viciſſim alter alterius,ita vt ſint duo in carne vna in ſignificationẽ grandis illius myſterij, quod nobis ſacer Paulus Apoſtolus prædicauit in Chriſto & Eccleſia,quod olim gentiũ quoq; ſummis principibus (vt modo in noſtro Ariſtotele cernimus) abſconditum,nunc tandẽ in fine ſæculorũ vt alia plura nobis patefecit magiſter veritatis,Ieſus Chriſtus Dñs noſter,cui proinde ſit laus honor & gloria, vna cũ patre & ſpiritu ſancto,in ſæcula ſæculorum.Amen

¶DEO ſemper & vbiq; GLORIA.

LIBRI TER-

TII CONSYDERATIONIS DIalecticę,q de interprętatione inſcribitᵉ.

O i ¶Præfa

¶PRÆFATIO.

Poſt exactam in duobus præcedentibus libris ſimplicium vocum determinationẽ, recto ordine nunc eſt procedendum ad ſimplicium illorum compoſitionem diligenter conſyderandã. A ſimplicibus enim ordinat⁹ eſt progreſſus ad compoſita. Tractabit ergo principaliter hic liber de orationib⁹ compoſitis, maxime autem de illis quibus verum vel falſum ſignificatur, quæ peculiari nomine enunciationes vel enunciatiuæ orationes nominantur. Inſcribitur autem hic liber ab Ariſtotele Græco titulo περὶ ἑρμηνείας perihermenias, id eſt, de interpretatione: quæ idem videtur eſſe cum enunciatione, qua mentis noſtræ conceptum verum falſumue interpretamur ſiue exprimimus. Quanquam Boetius in ea videtur eſſe ſententia, vt interpretationẽ intelligat etiam nomẽ quodlibet & verbum & participiũ, per ſe aliquid ſignificans. Qua de re pluribus digladiari, non videtur operæprecium. Illud certũ eſt, præcipuam hic enunciationum haberi determinationẽ. De nomine & verbo quod paucula premittantur, per accidens euenit videlicet propter meliorẽ enunciationũ cognitionem, quandoquidẽ ex nominibus & verbis, vt præcipuis partibus, cõponitur enunciatiua oratio.

¶CAPVT PRIMVM,
¶De nominis definitione.

A Nomine igitur incipientes cum Ariſtotelẽ librihuius tractatum, primum ipſius conſtituamus explicemuſq́ꝫ definitiõem, quam ij ſe aſſignat in hunc modum.

De̅fniti onis. Nomen eſt vox ſignificatiua ſecundũ placitũ, ſine tempore, cuius pars nulla eſt ſignificatĩa ſeparata, finita & recta.

¶Cui⁹ definitionis occaſione recẽtiores quidam libri hu

bri hu9 determinationẽ inſcipiunt a definitione ſoni,eiuſq; diuiſione in vocem & nõ vocem.Vbi deinde partibus vtriſq; ſua definitione terminatis,vocem diuidunt in ſignificatiuã & nõ ſignificatiuam, ac rurſum ſignificatiuã,in eam quæ naturaliter, & eam quæ ad placitũ ſignificat. Verum nos hæc oĩa in libris de cõſyderatiõe rerũ naturaliũ, vbi proprius eſt ipſorum locus,pleniſſime tractauimus, libro videlicet.9.a capite.6.vſq; ad.12.Propter qđ,pauciſſimis ea tantũ quæ neceſſaria videtur,hoc in loco repetemus.¶Inter voces igitur,quædam ſunt omnino nihil determĩate ſignificãtes. Vt cũ pueri aut motiones aut ebrioſi inarticulatas voces emittunt ex quib9 nihil percipit.Inter eas vero quę determinatum aliquid ſignificãt:quædã naturaliter, quædã ſcđm placitũ dicuntur ſignificare. Nępe illę naturaliter ſignificãt,quę apud õnes hoĩes vbiq; locorum ſiue gentiũ,idẽ ſignificant,vt gemitus quẽ infirmus emittit,dolorẽ ſignificat ægritudinis, & ſuſpiriũ ab alto eductũ ſignificat cordis triſtitiã ſiue grauitatẽ. Canis latratus,ſignificat famẽ aut iram ſiue conturbationẽ,atq; ita in huiuſmodi. Ex naturali enim diſpoſitiõe & influxu habẽt illę voces,vt ſic apud oẽs idẽ ſignificẽt.Illæ vero dicũtur ſcđm placitũ ſignificare,quę non idẽ apud oẽs homines repræſentant, ſed pro volũtate imponentiũ rem aliquã ſignificãt Vt homo apud Latinos ſignificat ſubſtãtiam rationalem,apud græcos nihil omnino ſignificat. Sic de õnibus vocibus cuiuſlibet idiomatis, quo humano more vtuntur adinuicẽ colloquendo homines. Ex quibus facile patet,quã ob rem in definitione nominis dictũ ſit.Nomẽ eſt vox ſignificatiua, ſcđm placitum.Quod eñ huiuſmodi vox nõ eſt,nominis appellationẽ nõ recipit.¶Adijcitur deinde particula, ſine tẽpore.Pro qua explicanda intelligendum eſt, differentiam inter nomina & ỽba hanc eſſe, quod nomina nõ trahant ſecũ tempus in ſua ſignificatione,neq; ſuũ ſignificatũ quod habent ſecundum aliquã temporis differẽtiam determinãt: vipote neq; ſecundũ præſens,neq; ſcđm preteritũ,neq; ſecundũ

Vox ſignificatiua

Vox ſignificatia naturaliter.

Voy ad placitũ ſignificatiua.

futurũ, Verba aũt tẽpus ſecũ trahũt in ſua ſignificatione, ipſumq́; ſignificatũ vocis ſcd̃m determinatã aliquã tẽporis differentiã important. Exẽpli grãtia nomen homo, nullo modo tẽporis aliquam differentiam in ſua ſignificatione trahit, neq́; humanam naturam (quæ eſt ipſius præcipuum ſignificatũ) aut ipſos homines particulares (quæ ſignificata ſunt ſecundaria) ſecundum vllã tẽporis differentiã determinat. Cum aũt dico, curro cucurri, curram, manifeſtum eſt prius verbũ trahere ſecum in ſignificatione tẽpus prçſens, ſecũdum, tẽpus præteritum: tertium, tempus futurũ, ipſeq́; curſus idem per ſingula illorũ principaliter ſignificatus, ſecundum tẽpus certum, determinatur, queadmodũ in explicãdo patet. Curro enim valet, in tẽpore præſenti curſum habeo: cucurri, in tẽpore prçterito curſum habui, curram, in tempore futuro curſum habebo. Sic inter tria hæc, eſt, fuit, erit, idem eſt ſignificatum principale. nempe exiſtentia ipſa ſiue ipſum eſſe. Verum in tempore quod ſecũ trahunt in ſua ſignificatione eſt manifeſta differentia. ¶ Illud autẽ quod nos Boetium hac in parte ſequẽtes, diximus tempus ſecum ad ſignificationẽ trahere, ipſum eſt quod dicit Ariſtoteles, ſignificare cũ tempore. Eſt em̃ differentia notãda, inter ſignificare tempus & ſignificare cum tempore. Significant em̃ tempus quædam nomina vt pore hora, dies, annus, mẽſis, bienniũ, triennium biduum, triduum, & huiuſmodi, quę videlicet non ſecum trahunt tẽpus ad ſignificationẽ ſuã, ſed tempus habent pro ſignificato ſuo precipuo. Illa autem quę cum tẽpore ſignificant, principaliter aliud quidem ſignificant, vt curro, curſum, amo, amorem: & præter huiuſmodi ſignificatũ principale, de ſignant quandam certam differentiã temporis, circa quod determinatur quodãmodo illud ſignificatum præcipuum. Excludit ergo prædicta particula ſine tẽpore, omnia verba a definitione nominis. In cæteris em̃ omnibus, conueniunt definitiones nominis & verbi, illa vnica particula excepta. ¶ Quod autẽ vltimo loco ponitur, cuius nulla pars eſt ſignificatiua, ſepa

ua ſeparata, ad differẽtiam ponitur nominis ſimplicis ab oratione, quæ eſt cõpoſita. In hoc em̃ differt nomen ab oratione, qđ in nomine partes ipſæ quatenus illius nominis partes ſunt, nullam habent ſignificationem, ſed ſolũ ipſum totum nomen ſimplicem habet ſignificationem. Vt cũ dico, homo. partes illæ per ſe nihil ſignificant, neq̧ ho aliquid, neq̧ mo aliquid. In oratione vero, partes per ſe habent ſignificationes ſingulæ ſuas, & ex partiũ ſignificationib⁹ cõſurgit ſignificatio totius orationis. Vt, homo viuit, eſt oratio in qua & homo ſuũ habet ſignificatum peculiare, & viuit ſuũ: & tota oratio ſignificationẽ habet ex his duabus partibus reſultantẽ.

¶Quod ſi quis interroget, de nominibus quæ Grãmatici vocãt figuræ compoſitæ, quid ſit ſentiendũ, an vere nomina ſint, & vtrũ partes eorũ nihil ſignificent ſeparatæ? Dicendũ, quod vere nomina ſunt, iuxta Ariſtotelis ſententiã, neq̧ vere partes eorum ſunt ſignificatiuæ ſeparatæ, quatenus partes ſunt. In hac etenim dictione reſpublica, quãdiu accipitur ipſa vt nomẽ vnicũ compoſitæ figuræ, ſimplex cõceptus ei reſpõdet in mente, ſicut & alijs nominibus figuræ ſimplicis, habetq̧ ſignificationẽ non minus ſimplicem, Neq̧ em̃, res, vt ibi ponitur, tanquã pars altera illius nominis compoſitę figurę, quicquã ſignificat, nõ magis q̃ ho, in dictione homo: neq̧ itẽ publica, vt ibi ponit̃, quicq̃ ſignificat, ſicut nec mo in dictione homo. ¶Nec dum vero plene cõtentus Ariſtoteles, duas adhuc particulas cẽſuit adijciendãs, ad excludẽda nomina quæ vocãtur infinita, & nominũ caſus, quę vocant̃ obliqua nomina. Cũ em̃ negatio ſimplici nomini aut verbo præponit̃ (dicẽdo nõ homo nõ animal, non ambulat, non videtur aggregatũ illud dignum appellatione nominis aut verbi, cũ in eo potius tollatur nomen aut verbum, per negationẽ præpoſitã. Nomen etenim & verbũ ſemper aliquid determinatum conſtituunt, id eſt, ſignificationẽ aliquã certã habent & determinatam. Eiuſmodi autẽ complexum ex negatione & nomine, nihil certum aut determinatũ ſua ſignificatione

De nominibus cõpoſitę figuræ.

De nominibus infinitis.

cōſtituit, ſed indefinite & indeterminate omne qđ non continet ſub nomine cui adiungit negatio. Vt homo determinate ſignificat naturā humanam, & quæ in ea cōueniunt. Nō homo autē, nō determinate aliquā naturā ſignificat, neq; equum determinate neq; aſinū, neq; lignū, neq; cœlum, neq; aliud aliorū quæ ſubſiſtunt in natura, ſed indefinite & indeterminate ōne id a quo abnegat nomē hominis. Propter quod, nomē infinitū cenſuit Ariſtoteles huiuſmodi nominandū. ¶ Inſuper caſus nominū non proprie nomina putat appellanda. Sunt eñ nominum caſus & inflexiones, ac propter hoc videnī a nominibus diſtare, quoniā a nominib⁹ cadunt & deflectūt vnde caſus vocant atq; obliqui. Vocabulū aūt primariū, quod non ab alio cadit ſiue deflectit, ſed alia cadunt ſiue obliquātur & deflectunt ab ipſo, rectus appellatur aut nominatiuus. Iccirco autē Ariſtoteles caſus nominū, non dignos æſtimat appellatione nominis, quoniā omne nomen, ſi ei addatur verbū aliquod, faciet cū illo orationem veram aut falſam. Caſus autē nominū adiecto verbo nō faciunt orationem verā aut falſam, niſi inſuper nomen aliud rectum adiungat. Vt cū dixeris, Socratis eſt, neq; verum neq; falſum habes, niſi addideris rectū, dicēdo, Socratis veſtis aut liber eſt. Ita in reliquis. ¶ Ex his igitur omnib⁹ elicitur hęc definitio nominis ab Ariſtotele ōnino completa. Nomen eſt vox ſignificatiua ſecundū placitum, ſine tēpore, cuius pars nulla eſt ſignificatiua ſeparata, finita, & recta. Vel; iuxta Boetiū, pro duabus illis particulis finita & recta, ponatur, definitū aliquid ſignificans, cū eſt, aut non eſt iuncta, faciens enunciationē: quæ particulæ prioribus æquiualent, eaſq; explicāt.

De noībus obliquis.

Cōpleta definitio nomīs

¶ CAPVT II.

¶ De verbo.

POſtquam prolixe ſatis de nomine tractatum eſt, non ita multum erit inſumendum temporis ad verbi naturam declarandam. Quæcunq; eñ de nomine dicta ſunt, eadem & de verbo ſuo modo ſunt dicenda, vna tantum particula illa excepta, quæ inter ea ponit diſcretionem. Quanquā vero ad

to ad definitionem verbi potuiſſet Ariſtoteles non minori iure addere particulas illas vox ſignificatiua ſecundum placitum, quas primo loco poſuit in definitione nominis, illa tamẽ quaſi nota relinquẽs ex nominis definitione, ea præcipue in verbi definitione poſuit, ſecundum quæ differt a nomine. Eſt autem hæc eius definitio.

Verbũ eſt quod cõſignificat tempus cui⁹ pars nihil extra ſignificat, & eſt ſẽ per eorũ quæ de altero dicuntur nota — Definitio verbi.

¶In qua definitione, relatiuo quod aſſignãdum eſt antecedens, vocabulum ſecundum placitum ſignificatiuum. Non eñ poteſt referre verbum, quoniã non poteſt idem definiri per ſeipſum. ¶Particula autẽ ſequens, quod conſignificat tempus a definitione iſta nomen elongat, quod non conſignificat tẽpus, ſed abſq; tempore ſignificatum ſuum importat. Quid autẽ ſit ſignificare cũ tempore vel conſignificare tempus, & quomodo differant tempus ſignificare & tẽpus conſignificare, ſatis lucide dictũ eſt in tractatu de nomĩe. Quare ſuperfluũ fuerit, eadẽ hic prolixius repetere. Tantum cõſuetas deſcriptiones horũ terminorũ, ſimpliciter aſſignauim⁹. Significare tempus eſt, ex ſignificato principali temp⁹ deſignare. Significare autẽ cum tẽpore eſt præter ſignificatum principale, aliquã certam tẽporis differẽtiam cõnotare. Differẽtias temporũ ſumimus in propoſito, ſecundũ præſens, præteritũ, & futurũ. Quod deinde ſequitur, cuius pars nihil extra ſignificat, ſic de verbo intelligitur, quomodo de nomine ſupra oſtẽdimus. Itidemq; dicendũ erit de verbis quę nominãtur figuræ cõpoſitæ, quomodo de nominibus eiuſmodi diximus. ¶Poſtremum vero illud Et eſt ſemper eorũ quæ de altero dicũtur nota, difficultatem habet, & varie exponitur. Recẽtiores facili ſatis intelligentia ita ſolent exponere, quod verbum ſemp eſt copula vel actualis vel aptitudinalis ad co

 pulan

ter faciunt enunciationem veram vel falſam, vt Petrus viuit, Petr⁹ viuebat, vixit, vixerat, viuet. Verba autē quæ alterius modi ſunt quā iudicatiui, etiā ſi ſint præſentis tēporis non faciunt orationē veram vel falſam, addito nomine. Vt ſi dicas. Surge Petre Petrus ſurgeret, aut ſurgat, aut Petrum ſurgere. nuſq̄ verū eſt aut falſum. ¶ Tandē vero, priuſquā tractatum hunc de nomine & verbo egrediamur, perquirendum eſt de ijs partibus orationis, quas Grāmatici appellāt participia, an hoc i loco ſub nomine, an potius ſub verbo ſint cōſtituenda. Sub nomine eñ prima facie non videntur cōmode poſſe conſtituti, quoniā non ſignificant ſine tēpore. Quemadmodū eñ amo ſignificat cum tēpore præſenti, ſic & amās, & quomodo amabo ſignificat cū tempore futuro, ſic & amaturus. In hoc igitur videntur obtinere naturam verbi. Ex altera autem parte videntur conuenire cum nomine, & a verbo diſtare, quoniam verbum nunquā per ſe poteſt eſſe ſubiectū enunciationis, participiū autem poteſt. Verbū quoq; per ſe ſolum, addito tantū nomine aliquo, facit enunciationē, quod participium non poteſt niſi inſuper & verbum addatur. Cum eñ dico. Amās amatur, enūciatio eſt: cū autem, Ioānes amās, enunciationē nō habeo, ſicut neq; hic, Ioānes homo, cū pro participio nomen ponitur. In hoc ergo videtur cum nomine conuenire, & à verbo differre. ¶ Reſpondendum eſt, non mirum eſſe, ſi participium nec plene obtineat naturā nominis, nec plene naturam verbi. Si eñ alterius naturā penitus haberet, nomen ſuū perderet. Participium eñ dicitur, quaſi partem capiens. Nam (vt Grammatici declarāt) partē capit a nomine, partē a verbo, & partē ab vtro.q;. A nomine capit genera, & caſus, a verbo temp⁹ & genus verbale, ab vtroq; numerū & figuram. Non eſt igitur mirum, ſi non penitus alterius naturam obtineat. Communior tamen ſententia compræhendit ipſum ſub nomine, dicens, ipſum non proprie ſignificare cū tēpore, eo modo quo verba. Nā verba ſignificāt cum tēpore tali quod ſit mēſura totius enūciationis, non autem

De participijs.

autẽ participia. Vt cũ dico Ioãnes fuit amãs, enunciatio illa mẽſuratur & denominat, nõ a tẽpore per participiũ amãs ſignificato. Non eẽ dicit, eſſe enũciatio de præſenti, ſed de præterito ꝓpter tẽpus præteritũ per verbũ, fuit, ſignificatũ. Vel aliter dicitur participiũ non cõſignificare tẽpus determinatũ vel determinate, ſicut verbũ, eo quod participiũ cogatur, ſecundũ qualitatẽ verbi ſibi adiecti, vt ſi addat verbo preteriti tẽporis participiũ preſentis, ampliatur ſecundũ tẽpus præteritũ, vt accipiatur pro præteritis, quod ex ſua ſignificatione eſt temporis præſentis.

¶CAPVT TERTIVM.

¶De oratione.

DEfinitur poſt ſimplicia nomia & verba, cõpoſita oratio hoc modo.

Definitio orationis.

Oratio eſt vox ſignificatiua, cui⁹ aliqđ partiũ ſignificatiuũ eſt ſeparatũ vt dictio non vt affirmatio vel negatio.

¶Vt homo bon⁹, demõ peruerſus, creatura Dei, & huiuſmodi. In his eñ, partes ſigillatim ſuã hãbẽt ſignificationẽ, vt homo ſuã habet, & bon⁹ itẽ ſuã, ex quorꝫ ſignificatis conſurgit etiã totalis ſignificatio orationis illi⁹, homo bon⁹. ¶Quod autẽ oratio dicitur ſcđm placitũ ſignificatiua, nõ eſt accipiendũ, quaſi oratio qlibet ſigillati & ꝑ ſe impoſita ſit ad ſignificandum, ſed ratione partiũ dicit ita ſignificare. Quia eñ ſignificationẽ habet oratio a ſuis ꝑtib⁹, & partes ipſę ſcđm placitũ ſignificãt inſtituentiũ, hinc etiã orationes ipſæ ſecundario dicunt ſcđm placitũ ſignificare. Inueniũtur nihilominus quædã orationes quæ ſecundũ aliquã ſuã ſignificationẽ, quaſi primario ad placitũ ſignificat. Vt cũ dicimus, aerẽ verberare, aut laterẽ lauare, pro eo quod eſt fruſtra laborare, hãc ſignificationẽ quodãmodo videtur orationes illę habere primario ex placito inſtituentiũ, qui ꝓ us placuit totis illis orationibus ad eã vti ſignificationẽ, quã a ſuis partibus ſine noua impoſitione nõ habebant

habebant. Niſi forte quatenus impoſitio circa par-
tes facta occaſionem præbet hac quoq; noua ſigni-
ficatione totali orationem ipſam vſurpandi. ¶ Di-
uiditur autem oratio prima ſectione, in orationem
perfectam & imperfectã. Imperfecta oratio eſt, quæ
ſenſum perfectum nõ generat in animo audientis,
id eſt quæ non conſtituit intellectũ audientis quie-
tum, ſed ſuſpenſum dimittit vt adhuc expectet ad-
di aliquid. Perfecta autẽ oratio eſt, quæ ſenſum per-
fectũ gignit in audiẽtis animo, id eſt, quæ ſuſpẽſum
non tenet audientis animũ, ſed pleno ſenſu quietũ
& contentũ eum reddit. Exempli gratia, ſi dixerit
quiſpiam angelus bonus, dæmõ malus, homo albus
equus niger, Petrus & Ioannes, ad ſingulas has ora-
tiones ſuſpendor animo, expectans vt cõplementũ
audiam alicuius ſentẽtiæ. Ideo imperfectæ dicũtur.
Si autem dixerit, angelus bonus aſſiſtat, dæmõ ma-
lus aufugiat, homo albus pertrãſijt, equus niger vi-
ſus eſt. Petrus & Ioannes fuerunt ſanctitate admira-
biles, iã in ſingulis perfectũ ſenſum intelligo. Ora-
tionis imperfectæ clariſſimũ eſt exemplũ apud Te-
rentium in Adelphis, vbi iratus Geta multas facit
imperfectas orationes apud Soſtratam priuſq; per-
fectam abſoluit ſententiã, quã illi volebat indicatã,
de Eſchino, quod rapuiſſet duxiſſetq; vxorem aliã.
¶ Sunt autem vniuerſaliter imperfectæ orationes
illæ, in quibus nullũ ponit verbũ, quantumuis etiã
prolixa videatur oratio. Vt Deus potens & ſapiens
& fortis ac bonus, mundũ gubernans in ſapientia,
oratio eſt adhuc imperfecta. Vniuerſaliter item ſunt
imperfectæ orationes, omnes in quibus ponitur re-
latiuum qui quæ quod, cũ vnico verbo. Vt, Deus
qui viuit. Homo qui mortalis eſt. Aurũ quod ma-
gnipenditur. Idem eſt de quibuſdã cõpoſitis a quis
vtpote de quiſquis & quicunq;. Iſtæ enĩ ſunt imper-
fectæ orationes. Quiſquis Deo ſeruit. Quicunq; in
hoc mundo naſcitur. Sic & de aduerbijs quibuſdã
quæ ſecundũ vim ſignificationis includũt qui rela-
tiuũ: vt quandocunq;, vbicunq;, vtcunq; vel quo-
modocunq;, & ſi quæ ſunt ſimilia. Quãdocunq; enĩ

De oratione perfecta & imperfecta.

valet,

valet,omni tempore quo:vbicunq̧,omni loco quo: quomodocunq̧,omni modo quo,atq̧ ita in cęteris Ad hoc autẽ vt perfecta ſit ſentẽtia illa in qua ponitur relatiuũ,vel explicite vel implicite, neceſſe eſt geminũ poni verbũ. Vnde hæ ſunt perfectæ orationes Deus qui viuit inęternũ,creauit nos in tẽpore. Deus qui vides imperfectũ hominũ, da veniã miſeris,vtinam qui nobis hanc dedit vitã temporalem, donet ſimul & perpetuam, Quiſquis Deo ſeruit,bona referet,ſui laboris præmia Sunt quoq̧ eiuſdẽ cõditionis cõiunctiones,cum,ſi,& ſi quæ aliæ ſint partes orationis huiuſmodi includẽtes. Vnde qui dicit ſi veneris ad me,cum veneris ad me,incõpletam relinquit ſententiam.

CAPVT IIII.

De oratione perfecta non enunciatiua.

Oro perfecta nõ enunciatiua.

Diuidit deinde perfecta oratio,in orationem enunciatiuã & nõ enunciatiuã. Oratio perfecta non enunciatiua dicit,quæ licet perfectum ſenſum gignat in animo audiẽtis, non tamen verũ aliquid vel falſum ſignificat. Huiuſmodi ſunt omnes orationes depræcatoriæ, Vt Miſerere noſtri, Deus omniũ. Omnes imperatiuæ,ſiue præceptiuę, aut prohibitiuę. Vt, Deũ time, & mãdata eius obſerua. Diligite iuſtitiã omnes qui habitatis terrã. Præter vnũ Deum aliũ ne adorate. Omnes item exhortatoriæ vel cõſolatoriæ,vt,viriliter agite & ſuſtinete Dñm,patientes eſtote donec aduenia tretributor laborũ omniũ Deus. Fiunt autẽ hę omnes cõmuniter per modũ imperatiuũ,qui mod⁹ nõ ſemper imperatiuæ ſignificat,ſed aliquãdo deprecatiue, aliquãdo exhortatiue. Sũt quoq̧ imperfectæ orationes optatiuæ,vt. Vtinã ſaperẽt homines & intelligerẽt, ac nouiſſima prouiderẽt. O ſi mortis diẽ perpetuo ante oculos habeãt mortales. His quoq̧ adiungendæ ſunt orationes interrogatiuæ, vt. Quid agitis cæci mortales,dũ pro terrena poſſeſſiũcula æternã amittitis patriã? Similes fere videñt illæ quę nõ tã interrogatiue q̃ admiratiue enũciant,vt. Quã male ſibi cõſulunt adoleſcẽtes,qui florẽ adoleſcentiæ ocyo & vitioꝝ illecebris perdũt. Tametſi eñ forſitan videatur in

ſtur in huiuſmodi verũ eſſe aut falſum,non tamẽ hoc inuenit̃ in ipſis eiuſmodi orationibus,ſed in eo quod tacite ſolet ad huiuſmodi in mẽte reſponderi Quod ſi quis forte contendat,huiuſmodi ex ſe ipſis ver̃ falſumue indicare,hic & illã ſuprapoſitã orationem interrogatoriã orationẽ debebit enunciatiuã admittere,quod parũ veriſimile videt̃. ¶Huiuſmodi autẽ orationũ omniũ nullus eſt vſus Dialectico qui totus in hoc eſt,vt quid ver̃ & quid falſum appræhẽdat,Cõmuni autẽ vſui hominũ & ſacris literis admodũ ſunt frequẽtes.Peculiariter quoq; Rhetorib⁹ & Poetis,qui magis affectũ commouere ſtudent,ad quod huiuſmodi peculiarius conueniunt. In ſingulis aliquod exempla ex Poetis in adoleſcentum gratiã.vt ſimilia ex propoſitis exẽplis diſcãt in authorib⁹ obſeruare,aſſignauim⁹.Oratione deprecatoria apud Virgiliũ, fortiſſimus Æneas incenſis nauib⁹ Iouẽ orat,dicẽs,Iupiter õnipotens,da flammam euadere claſſi.Nunc pater, & tenues Teucrũ res eripe læto,Sic apud Didonẽ deprecant̃ naufragio ſuperſtites Troiani.Parce pio generi,& propius res aſpice noſtras.Præceptiua oratione apud Comicum vtit̃ herus ad ſeruos.Vos iſthæc intro auferte abite,adeſdũ Soſia.Prohibitiua ſiue diſſuatoria eſt oratio illa in Bucolicis Virgilianis. O formoſe puer nimiũ ne crede colori. Exhortatorium eſt illud Horarij,Omnib⁹ adde modum,& huiuſmodi.Exhortatoria ſimul & conſolatoria oratio eſt,quã ſuis Troianis in naufragio loquebat̃ Æneas. Durate(inquiens)& voſmet rebus ſeruate ſecundis.Optatiua oratio eſt,quã Æneæ præſentiã deſyderãs Dido proloquitur.dicẽs.Atq; vtinã rex ipſe noto compulſus eodẽ.Afforet Æneas.Itẽ & illud Euãdri priſtinam optantis fortitudinem.O mihi præteritos referat ſi Iupiter annos.Interrogatiua eſt illa Didonis ad Æneæ ſocios?Quis genus Æneadũ,aut quis Troiæ neſciat vrbẽ? Itẽq; illud eiuſd³ ad ipſum Æneã.Quis te nate Dea,per tanta pericula caſus inſequit̃? Interdum vero interrogatiue oratio apud Poetas & vſum loquendi cõmunem,indignationem ſignificat.

Vt cum

Vt cũ Ilione⁹ apud Didonẽ quærimoniã proponit de incẽſione nauiũ,dicens.Quod genus hoc homi nũ,quæue hunc tã barbara morẽ. Permittit patria hoſpitio prohibemur arenæ? Sic apud Perſiũ male frugi adoleſcentẽ pędagogus interrogãdo increpat, dicens.Nõ pudet ad morẽ diſcincti viuere nate? Auaros quoq; ſacerdotes amara intertogatione ſic notat idem Satyricus.Dicite pontifices in templo quid facit aurũ.Interdũ vero tantũ humilẽ & ſupplicẽ querimoniã explicat.Veluti cum apud Vergilium pro ſuo Ænea mater Venus Iouẽ omnipotentem lamentabili voce affatur,dicẽs.Quẽ das finem rex magne laborꝫ.Videtur quoq; adiũgenda prædictis ſubiũctiua oratio,vt apud Virgiliũ. Si datur Italiã ſocijs & rege recepto Tẽdere,vt Italiã læti Latiumq; petamus.

¶CAVT. V.

¶De oratione enunciatiua.

HÆ igitꝰ orõnes oẽs(vt ſupradictũ eſt)dialectico nõ cõueniũt,ſed illa ſola quę indicatiua vł enũciatiua dicitꝰ,quã Ariſtoteles appellat enũciationẽ vel enũciatiuã orõnẽ.Cicero vero, quẽ hac in parte magis imitamur Latini,ꝓpoſitiõnẽ cẽſuit appellãdã,alij ꝓnũciatũ,alij axioma noĩnãt aut ꝓloquiũ Omniũ vero eſt vna ratio,quia per ipſam enũciatur,proponitꝰ,pronunciatꝰ,ſtatuitꝰ, verũ aut falſum, Definitur autem ab Ariſtotele his verbis.

Oratio enunciatiua. **Enunciatiua oratio eſt,in qua eſt verꝫ aut falſum.**

¶Hoc eſt oratio perfecta quæ verũ aut falſum ſignificat.Non enim ſic verꝫ eſt in oratione,quaſi ipſa veritas aut falſitas ſit ĩ ipſa vocali aut ſcripta oratione realiter.Veritas em̃ & falſitas in intellectu ſũt. Sed ideo in enũciatione dicitur eſſe verum aut falſum:quia aliquid ipſa ſignificat verũ aut falſum,vt (exempli gratia)hę oratiões Deus viuit,Deus omnia cõdidit,Homo eſt mortalis,Cœlũ eſt incorruptibile,ſingulæ verũ ſignificant.Iſtæ vero. Deus eſt malus,diabolus eſt omniũ rerum principiũ, homo

eſt aſi

eſt aſinus,ſingulę falſum ſignificāt. ¶Vnde ex hac definitione elici poteſt diuiſio enūciationis ſiue ꝓpoſitionis,in propoſitionē veram,& falſam. Propoſitio vera eſt,quādo res ita ſe habet quomodo ꝑ ipſam ſignificat.Vt hæc propoſitio,Homo eſt mortalis,vera eſt,quoniā ita res ſe habet vt ipſa ſignificat. Significat em̄ hominē eſſe mortalē, & ita vere res habet,probatq; hoc ipſa experientia.Propoſitio autem falſa eſt,quādo res nō ita ſe habet, vt per ipſam propoſitionē ſignificatur.Vt hæc eſt falſa,homo eſt brutū,quoniā ſignificat hominē eſſe brutalis naturæ & ſine intellectu.Atqui res lōge ſecus habet.Similiter hec falſa eſt.Cicero fuit eximi⁹ Poeta.Significat em̄ Ciceronē de numero fuiſſe inſigniū Poetarum.Nō ita vero res habet,id quod illud ipſius manifeſte carmen teſtatur, quod in huius rei teſtimoniū citāt Iuuenalis.O fortunatā natam me conſule Rhomā. ¶Amplius quoq; diuidi poſſet enūciatio in neceſſariā,impoſſibilē & cōtingētē. Propoſitio neceſſaria eſt,quādo res neceſſario ſic ſe habet,quomodo ꝑ ipſam ſignificat,nec poteſt aliter ſe habere, vt Deus eſt,homo eſt aīal rationale. Creatura impar eſt creatori.Propoſitio impoſſibilis eſt,quando res ita ſe habere nō poteſt,quomodo per eā ſignificatur,vt homo eſt brutū.Deus eſt impi⁹. Propoſitio autē contingēs eſt,quando res per ipſam ſignificata poteſt ſic ſe habere,& itē aliter ſe habere poteſt. Vt cū dico Petrus ſedet,Ioannes orat,Philippus diſputat.Propoſitio neceſſaria ſemꝑ eſt vera. Propoſitio impoſſibilis,ſemꝑ falſa.Propoſitio contingens, nec ſemꝑ vera nec ſemper falſa,ſed interdū vera interdum falſa. ¶Generaliter vero enūciationes dicuntur omnes illæ perfectæ orationes, quæ pro principali verbo habent verbū indicatiui modi,cuiuſcunque tandem fuerit tēporis.Omne enim verbū modi indicatiui,facit orationē veram aut falſam quam ob cauſam,a Grāmaticis recte mod⁹ ille vocatur indicatiuus,veri nimirū aut falſi.Vnde hæ ōnes ſunt enunciatiuæ orationes.Deus viuit inæternum. Deus viuebat ante mundū cōditum,Deus hominē de luto for-

Propoſitio vera.

Falſa.

Diuiſio alia.

Neceſſaria.

Impoſſibilis.

Contingens.

luto formauit. Deus hominē rectū creauerat & ſine peccato. Deus vitā æternā dabit ſe diligentibus. In omnib⁹ quidē his verę ſimiliter inuenit. Veruntamen falſitas aut veritas propoſitionum illarū quæ ſunt de futuro aut præterito, cōſyderari debet ſecundum veritatē propoſitionū de præſenti, quas ſolent recētiores appellare propoſitiōes de ineſſe, eo quod per eas quaſi in actuali exiſtētia conſtituat & proponatur, quod in alijs fuiſſe aut fore dicitur. Videlicet vera eſt propoſitio de pręterito, ſi propoſitio de præſenti ex iiſdem ōnino extremis cōpoſita aliquando fuerit vera. Et vera eſt propoſitio de futuro, ſi propoſitio ei correſpondēs de copula præſenti aliquando vera ſit futura. Exēpli grā, vera eſt iſta de præterito Adā vixit in terris, quoniā aliquādo hæc vera fuit Adā viuit ſuper terrā. Iſta quoq; de futuro eſt vera, Antichriſtus erit, quoniā aliquando vera hæc erit de præſenti. Antichriſt⁹ eſt. Illa autē de præterito falſa eſt, cui reſpondēs propoſitio per præſens tēpus enunciata nunq̄ vera fuit. Et illa de futuro falſa dicit, cuius de pręſenti nunq̄ erit vera. Vt hęc de præterito, Antichriſtus ille peſſimus vixit, falſa eſt, quoniā nunq̄ verū fuit eū viuere. Et hæc de futuro Meſſias naſcet in mundo ad ſalutē humani generis falſa eſt, quoniā nunq̄ vere licebit dicere in futuro tēpore. Meſſias naſcit in mundo. Iam em̄ olim nat⁹ eſt in mundo de virgine, non naſcitur amplius.

CAPVT SEXTVM.

De diuiſione ꝓpoſitionis in ſimplicē & cōiunctā

Ponunt autē tres diuiſiones præcipuæ enūciationis quarū prima hæc eſt. Propoſitionū alia eſt ſimplex ſiue categorica, alia coniuncta ſiue hypothetica. Propoſitio ſimplex ab Ariſt. ſic definit

Definitiō enūciationis ſimplicis.

Simplex enunciatio eſt q̄ aliquid de aliquo, vel aliquid ab aliquo enūciat.

Hoc eſt, talis aliqua enunciatio, in qua vnum aliquod prædicatum de vno aliquo ſubiecto enunciatur, ſiue affirmatiue ſiue negatiue. Propoſitio em̄ de

ſignificat

ſignificat affirmationē,ab vero,negationē. Vt cum dico, De⁹ eſt imortalis. Homo nō eſt imortalis, in vtraq; ſimpliciter enunciatur vnū p̄dicatū de vno ſubiecto, in priore quidē, affirmatiue, in poſteriori autē negatiue. ¶ Appellaṫ autē hæc ꝓpoſitio ſimplex a poſterioribus, græco nomine κατεγορικὴ categorica, id eſt, prædicatiua videlicet qm̄ in ea vnū prędicatū de vno ſubiecto p̄dicetur, ſoletq; clari⁹ in
„ hūc modū definiri. Propoſitio categorica eſt, quę ha
„ bet ſubiectū prędicatū & copulam: tanq̄ præcipuas
„ partes ſui. In ōni em̄ propoſitione ſimplici ſiue categorica, duo ſunt termini quorū alter dicitᷓ ſubiectū
„ vel termin⁹ ſubiectus, alter p̄dicatū vł termin⁹ præ
„ dicat⁹. Subiectū eſt, id de q̄ aliquid dicitur. Prędica
„ tū eſt, quod dicitᷓ de altero. Hoc eſt, terminus ille dicitur ſubiectū qui ſubijcitᷓ alteri & de quo alter dicitur, prędicatᷓ ſiue enūciatur ille autē qui ſic alteri ſupraponitᷓ & qui de altero p̄edicatᷓ, dicitᷓ prædicatū. Vt in hac ꝓpoſitione. Homo eſt mortalis, ſubiectū eſt homo, prędicatū vero mortalis. Vnde manifeſtū eſt ſubiectū & prædicatū dici ad inuicē relatiue, eo modo quo adinuicē referūtur pater & filius. ¶ Semper quoq; in categorica ꝓpoſitione eſſe debet v̄bū baſis copula. Quæ interdū quidē a prædicato expreſſe inuenitᷓ diſtincta. Vt cum dico, homo eſt animal. Deus eſt bonus. Angelus eſt incorruptibilis. Cuiuſmodi ꝓpoſitiones ſolēt vocare recētiones de eſt tertio adiacēte, eo quod v̄bum eſt, in illis ſit quaſi tertium adiacēs, duobus terminis, quos adinuicē copulat. ¶ Interdū vero copula nō diſtinguitur ſecundum vocalē expreſſionē, ab ipſo quod eſt prędicatū Vt cū dico. Deus viuit, Deus imperat, Homo peccat. Hic ſtudet, ille currit, & vniuerſaliter in omnibus ꝓpoſitionibus quorū prædicatū eſt verbū adiectiuum. Hic em̄ prędicatū & copula ſecundū vocalē expreſſionē nō differūt ſed in vno termino coincidūt. Attamē in explicatione inuenitur copula a prędicato diſiuncta. Idē eſt em̄, De⁹ viuit quod De⁹ eſt viuēs, vbi viuens eſt prædicatum, & eſt copula, De propoſitionibus quoq; illis quas vocant recentiores de

Quid ſubiectū & prædicatum.

tiores de ſecundo adiacente,ſimile eſt iudicium. Vt in iſtis Deus eſt,homo eſt.Hæ em̄ de eſt ſecūdo adiacente appellātur quoniā in ipſis verbū eſt vni tantum ſubiecto apponitur,nec aliud tertium eſt in eadem propoſitone cui connumeretur. ¶Neq; vero requiritur ad enunciationē ſimplicem ſiue categoricam,quod ſubiectū & prædicatū ſint termini ſimplices & incōplexi.Hæc em̄ propoſitio. Deus pius iuſtus & longanimis oſtēdit magnā erga reprobos patientiam:vna eſt ſimplex enunciatiua oratio.Habet em̄ vnū ſubiectū , totum hoc. Deus iuſtus pius & loganimis,habet item prędicatū vnū,nēpe oſtendens magnā erga reprobos patiētiam , & vnū iſtud prædicatū,de vno illo ſubiecto,mediāte vna copula eſt,prædicatur.Eſt igitur vna ſimplex & categorica enunciatio.¶Poſſunt tamen huiuſmodi enunciationes appellari de extremis complexis aut de altero extremorū complexo.Vnde quædā ſunt propoſitiones categoricæ de vtroq; extremo ſimplici. vt Deus eſt verax.Homo eſt mēdax. Quædam de ſimplici ſubiecto tantū,vt.Deus eſt verax in omnibus verbis ſuis. Homo eſt mendax in verbis & factis.Quædam autē de ſimplici prædicato tantum, vt homo iuſtus ſaluatur homo impius damnatur. ¶De propoſitione autē cōiuncta ſiue cōpoſita quā cōmuniter hypotheticā appellant tametſi poſterius abſoluto tractatu ſimpliciū plene tractandū ſit,paucis tamen etiam hoc in loco eius definitionē explicabimus.Sic itaq; definitur ab Ariſtotele.

Defini. propoſitionis coniunctæ.

Propoſitio cōiuncta eſt,quæ cōpoſita eſt ex enunciationibus ſimplicibus.

¶Hoc eſt enūciatio aliqua totalis , quæ componitur ex duab⁹ ſimplicib⁹ enunciationib⁹ adinuicem per aliquam certam cōiunctionem connexis.Vt cū dico,ſi verax eſt Deus,iuſtus ſaluabitur , tota hæc eſt vna oratio cōiuncta,quoniam plures habet ſimplices per coniunctionem ſi vnitas. Niſi em̄ vnitæ eſſent plures illę ſimplices per aliquam coniunctionē

non vna

non vna diceretur enunciatio cõiuncta, ſed plures ſimplices. Vt cum dico. Iuſtus ſaluabitur. Impi⁹ peribit, duæ ſunt ſimplices enunciationes, non vna cõiuncta. Deeſt enim coniungens copula. Hæc paucis impræſentiarum de enunciatione coniuncta ſufficiant. Ad ſimplicem autem quæ modo eſt determinãda redeamus.

¶CAPVT SEPTIMVM.

¶De ſecunda diuiſione enunciationis.

SEcunda diuiſio principalis ipſius enunciatiõis ſiue propoſitionis hæc eſt. Propoſitionum alia eſt vniuerſalis, alia particularis, alia indefinita. Hãc diuiſionem Ariſtoteles in principio libri Priorum aſſignat, in præſenti autem loco tantũ pauciſſimis indicat. Quæ tamen vt perfecta ſit & ſufficiens diuiſio, oportet vel ipſum diuiſum reſtringi ad ſolas propoſitiones de ſubiecto cõmuni vel quartũ ſubaudiri membrũ, propoſitionẽ ſingularem. Tria quoq; mẽbra priora, loco ſupra adducto idem Ariſtoteles ſic definit.

Propoſitio vniuerſalis eſt, quę omni aut nulli ineſſe ſignificat. Propoſitio particularis eſt, quæ alicui, aut non alicui aut non omni ineſſe ſignificat. Propoſitio indefinita eſt, quæ ineſſe aut non ineſſe ſignificat, ſine ſigno vniuerſali aut particulari.

Quid propoſitio vniuerſalis, particularis & indefinita.

¶Quę Ariſtotelis definitiones, per alias aliquanto notiores a poſteriorib⁹ declarantur: in hunc modũ
„ Propoſitio vniuerſalis eſt, in qua ſubijcit̃ terminus
„ cõmunis ſigno vniuerſali determinat⁹. Propoſitio
„ particularis eſt, in qua ſubijcitur termin⁹ cõmunis
„ ſigno particulari determinat⁹. Propoſitio indefini-
„ ta eſt, in qua ſubijcit̃ terminus cõmuniſs ſine ſigno

 ſubaudi

ſubaudi vniuerſali aut pticulari. Exēpli gratia, hæ ppoſitiões ſunt vniuerſales. Omnis homo eſt mortalis. Nullus homo imperpetuū viuet. Hę ſunt particulares. Quidā homines ſūt iuſti. Quidā homies nō ſunt iuſti. Hę ſūt indefinitę Homo eſt aĩal. Aſinus nō eſt rationalis. Cōtrariorꝫ eadem eſt diſciplina. Propoſitio autē ſingularis hoc modo ſolet definiri. Propoſitio ſingularis eſt, in qua ſubijcit terminus ſingularis, vel terminus cōmunis ſumptus cū pronomine demōſtratiuo primitiuæ ſpeciei. Vt hæ ſunt ſingulares. Ioānes cōuertit Aſiā. Paulus in occiſione gladij mortuꝰ eſt. Hic homo dignꝰ eſt morte Vir ille dignius eſt præmio. ¶ Quæ autē ſint ſigna, vniuerſalia aut pticularia, ex auditu facile quilibet dinoſcit. Signa em̄ illa quæ denotant terminū cui adduntur accipi, & enunciationē totā verificari pro omnibus ſuppoſitis termini illiꝰ ſine exceptione, dicunt vniuerſalia, vt omnis, nullus. Cum em̄ dico. Omnis homo eſt mortalis, ſignifico prædicatū ſubiecto cōuenire non ſolū pro vno aut altero ſuppoſito, ſed pro ōnibus omnino quæ ſub ipſo cōpræhendūtur. Ita cū dico. Nullꝰ homo eſt immortalis, indicatur ex virtute ſigni prępoſiti ſubiecto prædicatū ab ipſo abnegari ſecundū omnia quæ ſub ipſo cōpræhenduntur. Signa autē particularia ſunt, quæ cum adduntur termino, nō indicāt terminū cui adduntur debere accipi & propoſitionē ex eius parte verificari pro omnibus ſuppoſitis ipſius, ſed pro aliquo vel pro aliquibꝰ. Vt cū dico, Quidā homines ſunt iuſti ſignificatur iuſtitiā cōueniri homini non pro omnibus ſingularibus, ſed pro aliquibus. Ita cū dico, Quidā homines nō ſunt probi, prædicatū nō ſignificat abnegari ab homine ſcd̄m omnia ſuppoſita, ſed tantū ſcd̄m aliqua.

Propoſitio ſingularis

CAPVT VIII.

¶ De ſignis vniuerſalibus & particularibus.

De iſtis autē ſignis vniuerſalibus & particularibus notādum eſt, quod per ſe nihil ſignificant, ſed tantū aliqualiter dicūtur ſignificare, id eſt, vniuerſaliter vel particulariter, ſecundum quod terminum cui adduntur ſic vel ſic faciunt accipi, &

cipi,& propoſitionē ſic vel ſic verificari.Vt ſignum omnis,per ſe quidem nec equū,nec hominem, nec angelum,nec aliquā rem ſignificat,ſi autē addideris ipſum termino communi ſignificatiuo alicui9 rei, illic ipſum videbis vniuerſaliter ſignificare,vt dicēdo omnis homo.Atq; ob hanc rem eiuſmodi dictiones non propriæ terminorū merentur appellationem,ſed tantū ſigna nominātur.Aut ſi interdū termini appellentur,dicuntur termini tantū conſignificatiui,non abſolute ſignificatiui. Solentq; hac ratione excludi a definitione nominis,per particulam illam,vox ſignificatiua. ¶Quædā tamen inueniuntur ſigna vniuerſalia,non pure ſigna cōſignificatiua,ſed ſimul,etiam alicuius rei ſignificatiua,quemadmodum in explicando patet.Vt nihil, nemo,nullus(cum ſubſtantiuate accipitur)quiſquis,quicunq;. Nihil enim valet,nullū ens vel nulla res,vbi ſignū vniuerſale vides cum termino ſignificatiuo:nemo, id eſt,nullus homo,nullus ſubſtantiue,idem valet, quilibet ſubſtantiuate,idem valet quod omnis homo,quiſquis,id eſt, omnis homo qui. Omnes igitur hæ propoſitiones vniuerſales ſunt, Nihil eſt creatum a ſemetipſo.Nemo ſibi viuit.Nullus ſibi vitā dedit.Quiſquis vel quicunq; dei mandata obſeruauerit,vitam æternam habebit. ¶Huiuſmodi ſolent vocare terminos mixtos,quod ſimul in ſua ſignificatione includāt terminū conſignificatiuū & ſignificatiuū,quodq; & aliquid ſignificēt & aliqualiter. ¶Prædictis videtur adnumerāda quædā aduerbia vniuerſalia ſigna in ſua ſignificatione includentia.Vt ſemp,vbiq;,nunq̄,nuſquam, omnino,nequaquā,& huiuſmodi.Sēper eñ valet,omni tempore:nunquā nullo tēpore:Vbiq;,ōni loco : nuſq̄,nullo loco·ōnino,omni modo:nequaq̄ nullo mō. Verū inter hæc talis eſt differētia,quod illa quæ incluđūt ſigna affirmatiua non faciūt per ſe enūciationē ſimpliciter vniuerſalē,etiā ſi ponantur in principio totius propoſitionis.Vnde hę propoſitiones.Vbiq; animalia ſunt homines.Sēper animalia ſunt homines.Omnino animalia ſunt homines, non videtur

eſſe vniuerſales: cum ſubiecta earũ non determinentur aliquo ſigno vniuerſali. In prædictis em̄ enũciationibus ſubiectũ eſt, animalia, vbiq; autẽ vel ſemper licet præponatur ſubiecto, non dicitur tamen ipſum determinare, quoniã virtutem vniuerſalitatis ſuæ in ipſum nõ explicat. Manet em̄ virtus vniuerſalitatis intra ipſum aduerbiũ incluſa, ſolumq; in locum & tempus quæ ſimul in aduerbijs includũtur cadit, nec protenditur vſq; ad ſubiectum, animalia. Tunc autẽ dicuntur ſubiectũ enũciationis determinari vniuerſali ſigno, quãdo virtus vniuerſalitatis eius ſuper ipſum cadit. Mere autẽ vniuerſales fient hæ propoſitiones, ſi ita dixerimus. Vbiq; omnia animalia ſunt homines. Semper omnia animalia ſũt homines. Omnino omnia animalia ſunt homines. ¶ Secus tamen eſt de aduerbijs negatiuis, affirmatiuis iſtis correſpondentibꝰ, nunquã, nuſquã, nequaq̃. Hæc em̄ cum præponũtur ſubiecto, faciũt enunciationẽ ſimpliciter vniuerſalẽ. Vt, Nunquã homo potuit præualere Deo. Nuſquã impij effugient Dei iudicium. Nequaquã impius miſericordiam obtinebit poſt mortem. Ratio autẽ diuerſitatis eſt, quoniã negatio incluſa vim vniuerſalitatis explicat, non ſolũ in terminũ proximũ in eodẽ aduerbio ſimul incluſum ſed & in omnia quæ ſequũtur, iuxta vulgatum dictũ. Negatio totũ negat quod ſequitur, & ſua virtute æque in diſtantia atq; in propinqua agit. ¶ Similiter dicendum eſt ſuo modo de aduerbijs huiuſmodi quæ ſigna includunt particularia, vt aliquando, alicubi, aliqualiter, aliquatenus aliquouſq;, aut huiuſmodi ſi quæ ſint alia quæ ex ſe nõ faciũt propoſitionẽ particularẽ, etiam ſi ponãtur in principio. Vnde iſtæ Aliquando impij pœnas luent. Alicubi homines nudi ambulãt. Aliquouſq; mali tolerandi ſunt, nõ ſunt particulares enũciationes ſed indefinitæ poſſuntq; ſic fieri vniuerſales. Aliquãdo omnes impij pœnas luent Alicubi omnes homines nudi ambulãt. &c. ¶ Poſtremo notandũ eſt quędã ſigna vniuerſalia vel particularia accipi ſecundũ æquiualentiam: vt cũ ex pluribus ſignis in ſeinuicẽ cadentibus, ſeq;

tibus ſeq; inuicē vel impedientibus vel confortantibus, vnius ſigni alterius ſimplicis qualitas confurgit. Vt non aliquis, valet, nullus, non nullus; valet quidam; non omnis, valet quidā nō; nonnihil, valet aliquid; non aliquid, valet nihil, atq; ita in cæteris. De quibus ſignorū & propoſitionū æquipollentijs, dicetur poſterius. ¶ CAPVT IX.

¶ De propoſitione indefinita.

DE propoſitione autē indefinita videndū eſt, quiſnā ſit vſus eius atq; ſignificatio, & cui cenſenda ſit æquiualere. Quidā eam cōputant cū particulari, iuxta cōmunem illorum regulā quā in ſyllogiſmorū libro ſolent adducere. Deinde finitis & particularibus idē eſt iudicium. Vnde has duas idē valere putāt. Quidā homines ſunt probi; Homines ſunt probi. Cōtra vero ex vſu diſciplinarū & ſermocinaliū & naturaliū & moralium, itē & ſcripturarū ſanctarū, vident propoſitiones indefinitæ frequentius pro vniuerſalibus vſurpari. Vt cum in grāmatica dicit. Nomina in a deſinētia primæ inflexionis ſunt fœminei generis. In Dialectica. Syllogiſmus tantum tres habet terminos. Syllogiſmus primæ figuræ nō valet minore negatiua. In naturalibus, cū dicit. Materia nō poteſt eſſe ſine ōni forma. Anima rationalis eſt immortalis. In mathematicis quoq; diſciplinis cū dicimus triangulū habere tres angulos, numerū, maiorē includere minorē aliaq; eſſe inanimata manifeſtū eſt hæc omnia ſic accipi & ſic intelligi ac ſi vniuerſaliter proponerentur. Item cum in moralibus dicimus, pueros iam inde a teneris annis aſſuefaciēdos eſſe virtuti, virtutē eſſe laudandā, vitiū eſſe fugiendū, liberalē probum eſſe, prodigum improbū, aliaq; huiuſmodi omnia ſic intelligunturac ſi vniuerſaliter pronūciarentur. In ſcripturis quoq; id eſt manifeſtum. Veluti cum dicitur. Iuſtus ex fide viuit. Impius in impietate ſua morietur. Iuſtum amat Deus, impium odit. Puer centum annorū morietur. Qui perſeuerauerit vſq; in finem hic ſaluus erit, & alia huiuſmodi infinita. Raro enī vniuerſalibus vtitur ſcriptura enunciationibus in

ijs etiā quæ ſecundū vniuerſalitatē intelligunt, ſed indefinitis regulariter vtit vniuerſaliū loco. ¶Videntur itaq; propoſitiones indefinitæ,ex vſu & cõſuetudine pro vniuerſalib⁹ vſurpari,nõ tamē id eſſe videt ex modo enūciationis,cū nullū habeāt ſignum indicās vniuerſalitatē,ſed ex vſu tantū,vt dictum eſt.In materia autē contingēti(vt cū dico,homo eſt iuſt⁹,homo nõ eſt iuſtus,homo ſaluabit,homo nõ ſaluabit)hīc ſatis pro particularibus poſſunt accipi,etiā ex cõſuetudine.Quāuis nõ multū vti ſoleamus indefinitis enunciationib⁹,in cõtingēti materia.Vulgati⁹ em̄ in contingētib⁹ particulare ſignum adijcim⁹,dicentes.Quidā homines ſunt iuſti, quidā nõ:quidā ſaluabunt,quidā nõ,&c.¶De ꝑpoſitione vero ſingulari hoc in loco nihil occurrit dicēdū peculiare.Quę de termino ſingulari ſiue indiuiduo dicenda vident,copioſe à nobis dicta ſunt in principio libri primi,quē de quinq; prædicabilibus inſcripſim⁹.Quare his contēti, ad diſtinguendū inter affirmationem & negationem procedamus.

¶CAPVT DECIMVM.

¶De propoſitione affirmatiua & negatiua.

Diuidit tertia diuiſione enūciatio categorica in affirmatiuā & negatiuā,ſiue in affirmationem & negationē.Eas ſic definit Ariſtoteles.

affirmati. negatio. Affirmatio,eſt enunciatio alicuius de aliquo. Negatio eſt enunciatio alicuius ab aliquo.

¶Quarū definitionū hæc eſt ſententia.Enunciatio affirmatiua eſt,in qua prędicatū de ſubiecto dicitur affirmatiue.i. ſecundū copulā non negatā aliqua negatione.Enūciatio autē negatiua eſt,in qua prædicatum negat de ſubiecto.i.de ſubiecto dicit mediante copula negata ſiue aliqua negatione determinata.Dicit autē copula negari,quādo alicui⁹ negationis ꝟtus in ipſam cadit.Exēpli gratia,hæc enunciatio.Homo eſt mortalis,affirmatio eſt ſiue enunciatio affir-

tio affirmatiua: qm̃ prędicatũ, mortalis, dicit̃ de ſubiecto homo, mediãte copula, eſt, nulla negatione determinata. Iſta autẽ. Homo nõ eſt mortalis, negatiua dicit̃: quoniã prædicatũ de ſubiecto dicit̃, mediãte copula iã negata. ¶ Operæpreciũ autẽ eſt, hoc in loco aduertere, quãdo negatio copulã neget & quãdo nõ neget. Sciendũ igit̃ primũ, quod negatio nunquã poteſt agere aut vim ſuam explicare in ea quæ præcedũt, ſed tantũ in ſequentia. Vt cũ dico. Lapis nullũ animal eſt, ſubiectũ lapis, nõ negat̃: quoniam præcedit negationẽ. Cũ vero ita dico, lapis non eſt animal, neq; ſubiectũ lapis, neq; copula eſt negat̃, ſed tantũ animal prædicatũ. Quæ proinde enunciatio affirmatiua dicẽda eſt, tãetſi prædicatũ videt̃ negari, eo quód negationis vĩtus non ceciderit in verba ſem copulã, ſecundũ quã dicit̃ tota enunciatio affirmatiua aut negatiua. ¶ Rurſum, negatio quotieſcũq; claudit̃ intra partes alterius extremorũ, ita vt ſit pars ſubiecti vel prædicati, virtutẽ ſuã tum non explicabit vltra extremum illud in quo concludit̃. Vt cum dico. Homo creatura nulli9 precij, audet offendere creatorẽ omniũ dñm, affirmatiua eſt enunciatio. Nec obeſt negatio præpoſita copulæ, quoniã intra partes ſubiecti claudit̃, ibiq; vĩtus eius conſtricta & coanguſtata, deficit neq; pertingit vſq; ad copulam. Totũ em̃ ſubiectũ illi9 enũciationis eſt, homo creatura nulli9 precij, Ita cũ dico. Chriſt9 qui nulli hominũ mali quicq̃ intulerat, paſſus eſt ab hominibus grauiſſima ſupplicia, ſimiliter & eadẽ ratiõe eſt affirmatiua enũciatio. Itẽ, Deus qui nõ accipit perſonas, parat9 eſt omniũ miſereri. ¶ Quãdo vero negatio nõ eſt pars alicui9 extremi, tunc negat omne quod ſequit̃. Tunc autẽ non eſt pars alterius extremorum, quãdo in principio propoſitionis ponitur, aut ſic vt ipſam copulã immediate determinet. Exemplum primi, vt cũ dico. Null9 impius eſt amic9 Dei. Nõ viuit homo qui poſſit cũ Deo cõtendere. Nullius hominis vĩtus Deo poteſt obſiſtere. Exemplum ſecundi. De9 nõ parcet impijs. De9, nunq̃ dereliquit electos, Lapis nullũ eſt animal. ¶ Notandum hic

dum hic quoq; de impedimēto pluriū negationum quādo in eundē cadunt terminū, quod negationem frequēter contingit impediri ab effectu ſuo, per aduentum negationis alteri⁹. Quoniā eīm negatio eſt naturæ malignātis & deſtructis (negat eīm & deſtruit omne quod ſequiť) icciro cū duæ negationes cadunt ambæ in vnū terminū, neutra vllam vim in eundem terminū habet. Vnde dici ſolet iuxta communem regulā. Duæ negationes vnā faciunt affirmationē. Item, quod negationes in numero pari ſuper vnū terminū cadētes, terminū illū intactum relinquunt. Si vero in numero impari vtpote ſi negatio vna, tres, aut quinq;, in vnū terminū cadāt is demū ſentiet vͣtutem negationis. Exēpli gratiā, in hac oratione. Null⁹ homo nō eſt mortalis, termin⁹ homo negať a priori negatione, nullus; quoniā ſola in ipſum cadit. Termin⁹ autē mortalis, nō negatur nec vniuerſaliter poniť; quoniā duę ſuper ipſum cadunt negationes, quę ſeinuicē impediūt. Quod aūt illic nō teneať, mortalis vniuerſaliter, patet exponēdo. Valet eīm hanc. Omnis homo eſt mortalis, vbi manifeſtū eſt ipſum non accipi vniuerſaliter. Itē in iſta. Nonnulli homines ſunt probi, neq; ſubiectum neq; prædicatum negať, quoniā ambæ negationes ſuper vtrumq; cadunt. Si vero tres cadant negationes in vnum terminū, ille negabitur. Vt in hac propoſitione. Nōnulli homines nō ſunt piani, quę hāc valet. Quidā homines nō ſunt praui: vbi manifeſtū eſt, terminū praui, in quē tres ſimul cadebāt negationes, vniuerſaliter teneri atq; negari. Duab⁹ eīm negationib⁹ priorib⁹ ſeinuicē impedientib⁹, tertia impedimēto carens vim ſuā libere exercet in terminū cui addiť, perinde ac ſi alia nulla precesſiſſet negatio

¶Qđ ſi cui difficile videatur intelligere, quomō duæ negationes nihil ōnino efficiāt, vbi vnica efficiat plurimū, conſyderet analogiā hanc in reb⁹ corporalibus. Cum enim contigerit pro eadem re duos æque fortes & robuſtos contendere, impediunt illi plerumq; ſeinuicem, ita vt neuter aſſequi poſſit quod per ſe vterq; poſſet, abſente alio. Si autem tertius ſu-

tius ſuperuenerit, illis adinuicē contendētibus duobus, atq; ſe inuicē impedientib⁹, facile ille nullū patiens impedimentū, faciet ſolus, quod ambo illi iuncti non poſſunt. Neq; valet, ſi adducatur ſimilitudo de multis idē onus portantib⁹, quorū plures melius efficaciusq; rē agunt q̄ vnicus aut pauciores. Verū eſt em̄ hoc, vbi plures illi ſe inuicem adiuuāt, nō autem impediunt. Nā interdū cōmodius res per vnū q̄ per multos, trāſigitur, quando multi illi inuicē ſe impediunt. Ita autē eſt in pluribus negationibus.

¶CAPVT VNDECIMVM.

¶Quomodo diſtinguantur prædictæ, tres diuiſiones.

INter has autē tres enunciationis præcipuas diuiſiones, talem ſolent aſſignare differentiam: vt prima dicatur ſumi ſecundū eius ſubſtātiam, ſecunda iuxta quantitatem, tertia ſecundum qualitatem. Quod em̄ propoſitio quælibet ſimplex ſiue categorica, aut cōiuncta ſiue hypothetica dicatur, id ſumitur ex conſyderatione partium ipſius: quę procul dubio ad ſubſtātiam ſpectāt, cum vnaquæq; res ex ſuis partibus conſtet & ſubſiſtat. Nempe ſi præcipuæ enūciationis alicui⁹ partes ſint, terminus ſubiectus & termin⁹ prædicat⁹, per verbalē copulā vniti ſimplex eſt ꝓpoſitio: ſi aūt præcipue ſint partes duę ſimplices ꝓpoſitiōes per cōiunctionē vnite, cōiuncta dicit̄. Q̄ď autē propoſitio quęlibet dicat̄ vniuerſalis, aut particularis, aut indefinita, ad quātitatē ſpectat, qm̄ per ſigna vniuerſalia aut particularia declaratur, pro quot ſuppoſitis fieri indicet̄ propoſitionis verificatio, an videlicet pro ōnibus, vel tātum pro aliquib⁹. Deniq;, affirmatio & negatio ad qualitatē ipſi⁹ ſpectāt enunciationis. Secundū em̄ quod copula vario modo diſponit̄ varius eſt enunciādi mod⁹ ſecundū affirmationē aut negationē. ¶Hac quoq; conſyderatione triplex ſolet in hoc loco diſtingui quæſitiuū, quo de huiuſmodi diſtincte interrogat̄. Cū em̄ interrogare volum⁹ de propoſitione aliqua num ſit categorica aut hypothetica, vtimur quæſitiuo vocabulo, quæ, interrogantes, quænam ſit hęc aut illa

aut illa propoſitio. Cum autẽ ſcire voluerim⁹, num propoſitio vniuerſalis ſit aut particularis, interrogamus, quanta ſit. Deniq; ſcire volentes an affirmatiua ſit propoſitio an negatiua, rogam⁹, qualis ſit ipſa

¶CAPVT XII.

¶De oppoſitione in generali.

HIs vero ita de propoſitione & varijs ei⁹ diuiſionib⁹, ac ſpecieb⁹ vtcũq; declaratis, poſcit ordo, vt ad propoſitionũ ſimpliciũ oppoſitiones trãſeamus. Iucunda em̃ pariter & vtilis erit huiuſmodi cõſyderatio, vt cognoſcat̃, quę propoſitio, cui quo modo, & quouſq; opponat̃ ſiue repugnet, ſecũdum veritatẽ, aut ſcd̃m falſitatẽ, aut ſcd̃m vtrumq; ſimul: varias quoq; oppoſitionũ ſpecies abinuicem diſcernere, ſingularumq; leges & naturas tenere.

¶Pro quarꝫ rerũ faciliori & pleniori intellectu prę mittendæ ſunt duæ diuiſiones aliæ propoſitionum quarꝫ prior hæc eſt. Propoſitionũ, quędã participãt vtroq; termino, quædã altero tantũ, quædam vero neutro termino participant. Primi mẽbri exemplũ ſunt hæ duæ propoſitiones. Omnis homo eſt anĩal Null⁹ homo eſt anĩal. Secũdi. Omnis homo eſt animal. Null⁹ homo eſt aſin⁹. Tertij. Omnis homo eſt anĩal. Nulla arbor eſt brutũ. In illis autẽ ſolis poteſt inueniri oppoſitio, quæ vtroq; termino participant. ¶Secũda diuiſio eſt, qua ſubdiuidunt̃ propoſitiones vtroq; termino participãtes, in hunc modũ. Propoſitionũ vtroq; termino participantiũ, quædã ſecundum eundem ordinẽ participant, aliæ vero ſecundum aliũ & inuerſum ordinẽ. Primi exemplũ ſunt, hæ duę. Omnis homo eſt animal. Null⁹ homo eſt animal. Secũdi hæ. Omnis homo eſt anĩal. Nullum anĩal eſt homo. In illis autẽ ſolis proprie inuenitur oppoſitio, quæ vtroq; termino ſcd̃m eundem ordinẽ participant. ¶His præmiſſis quidnam ſit oppoſitio, & quot ſint ei⁹ ſpecies, declarabimus. Ex Ariſtotele itaq; hęc colligit̃ definitio oppoſitionis.

Defin. oppoſitionis.

Contradictio, ſiue oppoſitio, eſt, affirmatio & negatio oppoſitæ. ¶Cuius

¶Cui9 definitiõis hic eſt ſenſus. Oppoſitio eſt repugnantia inter duas propoſitiones, eiuſdem omnino ſubiecti & eiuſdem oĩo prædicati, quarꝫ altera eſt affirmatiua, altera negatiua. Vel ſic. Oppoſitio, i. propoſitiones oppoſitæ, ſunt. propoſitio affirmatiua & propoſitio negatiua eiuſdem ſubiecti & eiuſdem prædicari. Vt inter has. Omnis homo eſt bonus. Nullus homo eſt bon9, vera eſt oppoſitio. Sub hac autẽ definitione, nõ continet̃ oppoſitio ſubalterna, quæ eſt inter propoſitiones eiuſdẽ qualitatis, & ſumit̃ tantum ſcd̃m diuerſam quãtitatẽ: propter qd̃ nõ meret̃ dici oppoſitio, niſi admodũ improprie. Clari9 quoqꝫ & generalius ſolet definiri oppoſitio hoc modo. Oppoſitio eſt repugnãtia duarꝫ propoſitionũ, vtroqꝫ termino participantiũ, ſcd̃m eundem ordinẽ, vel in qualitate tantũ, vel in quãtitate tantũ, vel in qualitate & quãtitate ſimul. Quæ definitio etiã oppoſitionẽ ſubalternã intra ſe cõcludit. Sub primo definitionis mẽbro cõtinẽtur oppoſitio cõtraria, & oppoſitio ſubcontraria, quarꝫ vtraqꝫ eſt inter propoſitiones ſolũ qualitate differẽtes. Sub ſcd̃o mẽbro eſt oppoſitio ſubalterna, quæ (vt iã dictum eſt) propoſitionum eſt ſola quãtitate differentiũ. Sub tertio eſt oppoſitio cõtradictoria, quę eſt inter propoſitiões qualitate ſimul & quãtitate repugnãtes. Quæ oĩa in ſequẽtibus fient clariora, vbi ãnte oculos ſingularum oppoſitionũ cõſtituent̃ exẽpla. ¶CAP. XIII. — *Cõis definitio oppoſitiõis*

¶De ſpeciebus oppoſitionis.

Aſſignat Ariſtoteles oppoſitioni tres ſpecies propoſitiones oppoſitas diuidens, in contrarias, ſubcontrarias, ſiue (vt ipſe eas appellat) non contrarias & contradictorias. Ex eo quoqꝫ ſingularum aſſignãtur definitiones in hunc modum.

Cõtrarię enũciationes ſunt, ſi quid enũcietur vniuerſali vniuerſalit̃ ineſſe & non ineſſe. Subcontrariæ enunciationes ſunt, ſi quid enũciet̃ vniuerſali particula — *Contrariæ.* — *Subcontrarię.*


particulariter ineſſe & non ineſſe.

Cõtradictoriæ. Cõtradictoriæ ſũt, affirmatio & negatio eiuſdẽ de eodem, quarum altera ſignificat vniuerſaliter, altera vero nõ.

Quarũ definitionũ hic eſt ſenſus. Cõtrariæ ſunt, cũ aliquod idẽ prędicatũ de eodẽ ſubiecto termino cõmuni prædicaſ, in altera vniuerſaliter & affirmatiue, in altera vniuerſaliter & negatiue. Subcõtrariæ ſunt, cũ idẽ prædicatũ de eodẽ ſubiecto aliquo termino communi prędicaſ, in altera particulariter & affirmatiue, in altera particulariter & negatiue. Contradictorię vero ſunt, cũ idẽ prædicatũ de eodẽ ſubiecto termino cõmuni prædicaſ, in altera vl'r & affirmatiue, in altera autẽ particulariter & negatiue. Vel in altera vl'r & negatiue, in altera particulariter & affirmatiue. Multo vero clarior eſt omus poſteriorũ, qui prædictas oppoſitionis ſpecies ita definiunt. Cõtrariæ ſunt, vl'is affirmatiua & vl'is negatiua, eiuſdẽ ſubiecti & eiuſdẽ prędicati. Subcõtrarię
„ ſunt, particularis affirmatiua & particularis negati-
„ ua eiuſdẽ ſubiecti & eiuſdẽ prędicati. Cõtradictoriæ
„ ſunt, vl'is affirmatiua & particularis negatiua, vel,
„ vl'is negatiua & particularis affirmatiua, eiuſdẽ ſub
„ iecti & eiuſdẽ prædicati. Subalternas quoq; ſimili-
„ ter definiũt in hũc modũ. Subalternæ ſunt, vl'is af-
„ firmatiua & particularis affirmatiua, vel vl'is nega-
„ tiua & particularis negatiua, eiuſdẽ ſubiecti & eiuſ-
„ dẽ prædicati. ¶Nũc in ſingulis ante oculos cõſtituamus exẽpla. Iſtæ ſunt cõtrariæ. Oĩs homo eſt iuſt9. Null9 homo eſt iuſt9. Ambæ em̃ ſunt vniuerſales, altera affirmatiua, altera negatiua, idẽ habentes ſubiectum homo, & idẽ prędicatũ iuſt9. Hę ſunt ſubcõtrariæ. Quidã homo eſt iuſt9. Quidã homo non eſt iuſt9, ambę em̃ ſunt particulares: altera affirmatiua altera negatiua. Iſtæ ſunt cõtradictoriæ. Omnis homo eſt iuſt9. Quidã homo nõ eſt iuſt9. Item & iſtæ Null9 homo eſt iuſt9. Quidã homo eſt iuſtus. Illæ

namq;

namq; ſunt, vl̃is affirmatiua & particularis negatiua, hæ vero ſunt vl̃is negatiua & particularis affirmatiua, omnes eiuſdē ſubiecti & eiuſdem prædicati. Deniq; he ſunt ſubalternæ. Omnis homo eſt iuſtus. Quidam homo eſt iuſtus. Item & iſtæ. Nullus homo eſt iuſ9. Quidā homo non eſt iuſtus. Sunt enim duæ priores vl̃is affirmatiua, & particularis affirmatiua. Alteræ vl̃is negatiua & particularis negatiua, omnes eiuſdem ſubiecti, & eiuſdem prædicati. Quæ omnia in hac figura ad oculum licet intueri.



¶CAPVT XIIII.

¶De conditionibus quibuſdam ad perfectam oppoſitionem requiſitis.

NOtandū vero eſt,quod definitiones ſpecierum oppoſitionis iam poſite nō penit⁹ vniuerſales ſunt & omnino ſufficientes, niſi inſuper ſingulis conditio vna addat̃. Videlicet ad perfectam contrarietatē requiſita conditio hæc eſt. Vt nō ſit in propoſitionib⁹ aſſignatis aliquis terminus qui non vt minimū in altera vniuerſaliter ponatur Huius cōditionis defectu iſtæ nō ſunt vere contrariæ. Omnis homo eſt animal,ōnis homo aliqđ animal non eſt. Tota em̄ definitio contrariarum ſupraposita eis cōuenit:quoniā ſunt duæ propoſitiones: quarꝫ altera eſt vniuerſalis affirmatiua, altera vniuerſalis negatiua,idem prorſus habētes ſubiectum, idemq; prædicatum. Sed eſt in eis terminus animal qui in neutra vniuerſaliter ponit̃. Non em̄ in prima vt manifeſtū eſt:nec t̃n ſecunda : quoniā negatio ei poſtponit̃. Dictū eſt autē ſupra,negationē non habere vim niſi in ea,quæ ſequunt̃. Quod autē hæ non ſunt contrariæ,patet,quoniā ſimul veræ ſunt,quod eſt contra naturā contrariarū, vt poſterius declarabitur. De veritate iſtius, Omnis homo eſt animal, certiſſimū eſt. De altera. Omnis homo aliquod animal nō eſt,declaratur quod vera ſit. Omnis em̄ homo leo nō eſt,igitur omnis homo aliquod animal non eſt. Eiuſdē conditionis defectu hæ quoq; non ſunt contrariæ. Vniuſcuiuſq; hominis altera man⁹ eſt dextera,&. Vniuſcuiuſq; hominis altera manus nō eſt dextera. Ambas em̄ conſtat veras eſſe. De ſecunda patet qm̄ vniuſcuiuſq; hominis ſiniſtra q̄uis non eſt dextera,igitur vniuſcuiuſq; hominis altera manus non eſt dextera. Si autē verā velimus aſſignare contrarietatē curandū eſt,vt terminus ille qui in neutra poſit⁹ eſt vniuerſaliter , vt minimū in altera ſic aſſignet̃. Vnde hæ ſunt cōtrariæ. Omnis homo eſt anīal. Omnis homo nō eſt animal,vel. Omnis homo ōīe animal nō eſt,vel. Omnis homo nullum animal eſt,quæ tres æquiualent. Item hæ contrariātur

trariantur. Vniuſcuiuſq; hominis vtraq; manus eſt dextera. Vniuſcuiuſq; hominis altera manus nõ eſt dextera. Vel ſic: Vniuſcuiuſq; hominis altera man9 eſt dextera. Vniuſcuiuſq; hominis vtraq; manus nõ eſt dextera. ¶Pro ſubcontrarijs autem quaſi oppoſita requirit̃ conditio, ne ſit aliquis termin9 in vtraq; vniuerſaliter poſit9. Id em̃ impediret ſubcontrarietatem. Cuius defectu iſtæ non ſunt ſubcontrariæ. Quidã homo õne animal eſt. Quidã homo nõ eſt animal. Hic em̃ termin9 animal, in vtraq; tenet̃ vniuerſaliter. Quod aut̃e nõ ſunt ſubcõtrariæ, patet quia ambæ ſimul falſæ ſunt, quod eſt contra naturã ſubcõtrariarum. Sic aut̃e aſſignabunt̃ ſubcontrariæ Quidã homo eſt animal. Quidã homo nõ eſt aĩal Vel ſic. Quidã homo õne animal eſt. Quidã homo aliquod aĩal nõ eſt, caute ſic pręponendo terminũ animal, in ſecũda, ne vniuerſaliter accipiat̃. ¶Porro in cõtradictorijs. Vtrũq; ęquali vigilantia cauendum, videlicet vt nec in vtraq; ſit idẽ termin9 vniuerſaliter poſit9, nec in vtraq; particulariter. Vtrumq; em̃ contradictionẽ impedit: quoniã oportet in cõtradictorijs talẽ fieri propoſitionũ comparationem vt õnis termin9 qui in priori poſitus eſt vniuerſaliter, in poſteriori ponat̃ non vniuerſaliter, & ecõtrario, omnis qui in priori particulariter, in poſteriori vniuerſaliter conſtituat̃. Huius defectu iſtę non cõtradicunt. Omnis homo õne animal eſt. Quidã homo nõ eſt animal: in quib9 terminus animal, vtrobiq; vniuerſaliter ponit̃. Neq; iſtę. Omnis homo eſt animal. Aliquis homo aliquod animal nõ eſt, i quibus termin9 animal vtrobiq; particulariter ponitur Duæ priores ſunt ſimul falſæ; poſteriores ambæ ſimul verę quod eſt contra naturã contradictoriarũ, quę non eſt poſſunt eſſe ſimul verę aut ſimul falſæ. ¶In ſubalternis vero, cautio eſt adhibenda, ne aliquis termin9 vniuerſaliter ponatur in particulari, qui non itẽ vniuerſaliter ponatur in vniuerſali. Huius defectu iſtę non ſunt ſubalternæ. Omnis homo animal eſt. Quidã homo omne animal eſt. Animal em̃ in particulari tenetur vniuerſaliter, cum in vniuerſali

uerſali non vniuerſaliter poſitū fuerit. Quod autē hæ non ſunt ſubalternę, patet quoniā ſecundū legē ſubalternarū, ad veritatem vniuerſalis ſequitur veritas particularis, & ad falſitatem particularis ſequitur falſitas vniuerſalis. Hic autē non ita res habet. Iſta eñ vniuerſalis, Omnis homo eſt animal, vera eſt: illa autem particularis. Quidā homo omne animal eſt, falſa eſt. Vt igitur verę ſint ſubalternę, oportet ſignū vniuerſale abijci in ſecunda, a termino animal, dicēdo. Quidā homo animal eſt. Addunt recentiores, quidā ſingulis ſpeciebus oppoſitionum alias cautiones: ſed nos impræſentiarum rudi iſta determinatione contenti abſcedimus, ne longe nimiū ad inania progreſſi, in feces ſophiſticas forſitan incidamus.

CAPVT XV

De legibus oppoſitionum.

Colliguntur quoq; ex Ariſtotele certæ quędam leges ſingularū oppoſitionū, quibus indicatur quomodo inter ſe propoſitiones oppoſitæ repugnēt, vel ſcdm veritatē tantum, vel ſcdm falſitatem tantum, vel ſcdm veritatē & falſitatē ſimul.

Lex contrariarū.

Lex contrariarum. Impoſſibile eſt, cōtrarias eſſe ſimul veras, ſimul autē falſas eſſe, eſt poſſibile.

Hoc eſt, ſi cōtrariorū altera ſit vera, alterā oportet eſſe falſam, non aūt econtrario, quoniā poſſunt duæ cōtrarię dari ſimul falſę. Exēpli gratia. Si hęc ſit vera, Ois hō eſt iuſtus, eius cōtraria erit falſa, Nullus hō eſt iuſtus, Scdm veritatē eñ hæ manifeſtiſſimæ opponūtur, quēadmodū facile percit quiſquis aures cōſulit ſuas, mentēq; auditui accōmodat. Nō autem cōſequitur, ſi hęc falſa ſit, Nullus hō eſt iuſtus, ob hoc verā eſſe cōtrariā. Omnis hō eſt iuſtus. Ambæ eñ falſitatē habēt, & neutra veritatē. Vnde contrariæ propoſitiones opponuntur tantum ſcdm veritatem in qua nunquā conuenire poſſunt, non autem ſecundum falſitatem in qua poſſunt.

Lex ſubcontrariarum. Subcontrarias contingit ſimul eſſe veras, ſimul autem eſſe falſas non contingit. Lex ſub contrariarum.

Hoc eſt, Propõnum ſubcõtrariarũ ſi altera ſit falſa, reliquã oportebit eſſe verã, quoniã ſimul ãbæ falſæ eſſe nõ poſſunt. Nõ aũt neceſſe eſt, ſi altera ſit vera, ob hoc alterã eſſe falſã, quoniã ambæ ſimul poſſunt eſſe veræ. Exempli gratia, Si iſta ſit falſa. Quidã homo nõ eſt anĩal, cõſequit alterã verã eſſe Quidã homo eſt animal. Quãuis aũt vera ſit hæc, Quidã hõ eſt iuſtus, nõ tamen ob hoc oportebit alterã eſſe falſam. Quidã homo nõ eſt iuſt9. Ambæ em̃ veritatẽ ſimul habẽt. Vnde ſubcontrariæ repugnant tantũ ſecundũ falſitatẽ, in qua nõ poſſunt cõuenire; nõ autẽ ſecũdũ veritatẽ, in qua poſſunt. Propter quod forſitan ſubcõtrariæ ſignanter ſunt nominatæ, quaſi minus contrariæ. Prior em̃ & potior videtur contrarietas ſecundum veritatem, quemadmodum veritas prior eſt falſitate, & prius ipſa conſyderatur, Vel ideo ſubcontrariæ dictę ſunt, quia in falſitate contrariæ, ſub alijs in veritate contrarijs poſitæ.

Lex contradictoriarum. Contradictoriæ non poſſunt ſimul eſſe veræ nec ſimul falſæ, ſed neceſſe eſt earum alterã eſſe veram, & alteram falſam. Lex contradictoriarum.

Hoc eſt, Contradictoriarũ ſi altera ſit, vera alteram cõſequitur eſſe falſam, & ſi altera ſit falſa conſequẽs eſt alteram eſſe veram. Exempli gratia. Si hæc vera eſt, Omnis homo eſt animal, recte colligitur, iſtam eſſe falſam. Quidam homo nõ eſt animal. Rurſum ſi hæc ſit falſa, Quidam homo eſt leo, recte infertur hanc eſſe veram. Nullus homo eſt leo, Pugnãt em̃ oibus modis cõtradictoriæ, & ſecundũ veritatẽ & ſecundũ falſitatem. Propter quod, oppoſitio, inter

iſtas eſt maxima:quæ appellatur contradictoria, eo quod tã ſecundũ veritatẽ quã ſecũdum falſitatẽ am bæ ſibijnuicẽ contradicãt. Hanc legẽ participant etiam ꝓpoſitiones ſingulares.illæ quarũ altera eſt affirmatiua altera negatiua,eiuſdẽ ſubiecti & eiuſdem prædicati.Vt Petrus viuit,Petrus non viuit. Non em̃ poſſunt iſtæ ſimul eſſe veræ,aut ſimul eſſe falſæ. Propter quod merito cõtradictorijs adnumerãtur.

¶Adijciũt poſteriores legẽ pro ſubalternis,in hunc

Lex ſubalternarum

» modũ.Subalternarũ ſi vniuerſalis ſit vera, particu» larẽ conſequitur eſſe veram non autem econtrario. » Et ſi particularis ſit falſa, cõſequitur vniuerſalẽ eſſe » falſam,non autẽ econtrario.Hoc eſt,Inter ſubalternas,ad veritatẽ vniuerſalis ſequiẽ veritas particularis,quã vocant ſubalternatã, non ecõtrario, veritas particularis infert veritatẽ vniuerſalis. At uero falſitas particularis infert falſitatem vniuerſalis non econuerſo,falſitas vniuerſalis falſitatem particularis. Exempli gratia:ſi hæc eſt vera. Omnis homo eſt animal,euidenter infertur hanc quoq; particularem eſſe veram.Quidam homo eſt animal. Non tamen econtrario conſequens eſt,ſi vera ſit hæc particularis.Quidam homo eſt iuſtus.ob hoc verã eſſe eius vniuerſalem ſubalternam. Omnis homo eſt iuſtus. Rurſum,ſi falſa ſit hæc particularis. Quidã homo eſt brutũ,ſtatim cõſequitur, vniuerſalem quoq; falſam eſſe,Omnis homo eſt brutũ. Nec tamen viciſſim con ſequitur,ſi falſa ſit hæc vniuerſalis, Omnis homo eſt iuſtus,falſam propterea eſſe particularem Quidam homo eſt iuſtus.Hæc em̃ vera eſt, cũ illa ſit falſa.Vnde apparet, ſubalternas nullo modo repugnare,neq; ſecundũ veritatem,neq; ſecundũ falſitatem, multo vero minus ſecundum vtrunq;. Paſſim enim inueniũtur ſimul veræ,aut ſimul falſæ.

CAPVT XVI.

¶De diuerſa materia propoſitionum,

QVoniã autẽ ſupra diximus,contrarias inter dũ ſimul poſſe falſas inueniri, ſubcõtrarias autem ſimul veras:ad cognoſcendũ,quę illarum poſſint aut nõ poſſint ſimul eſſe falſæ aut

ſæ aut veræ,diſtinguit triplex materia enũciationũ nempe naturalis,cõtingens,& remota. Per materiã autem totius enunciationis, intelligimus ambo ſimul extrema,ſubiectũ & prædicatũ:& ſecundũ habitudinẽ horum duorũ adinuicẽ,ſumitur iſta diſtinctio materiæ, ¶Propoſitio illa dicitur eſſe de materia naturali, in qua ſubiecto prædicatũ conuenit eſſentialiter,vel vt minimũ neceſſario. Vt cũ gen⁹ prædicatur de ſpecie,ſpecies de indiuiduo,differentia de ſpecie conſtituta,aut propriũ de ſubiecto. Vt hæ enunciationes. Omnis homo eſt anĩal. Omnis homo eſt ribiſilis. Omne animal eſt ſenſibile ſunt ex materia naturali. De cõtingenti autem materia eſſe dicitur propoſitio illa,in qua prædicatum ſubiecto conuenit cõtingenter,ſic vt poſſit adeſſe & abeſſe.Huiuſmodi eſt prædicatio, accidentis de ſubiecto.Poſtremo,de remota materia dicit̃ eſſe illa propoſitio, cuius prædicatũ non poteſt vere affirmari de ſubiecto,Vt Omnis homo eſt aſinus. ¶Ratio autem horũ nominũ eſt ſatis manifeſta. In primis enĩ enũciationib⁹,quia prædicatũ ſe habet ad ſubiectũ naturaliter,hoc eſt, eſſentialiter vel neceſſario, ideo de materia dicuntur eſſe naturali.In ſecundis quia p̃dicatũ ſe habet ad ſubiectũ cõtingẽter,de materia dicũtur eſſe cõtingẽti.In tertijs quia prædicatũ nõ poteſt cũ ſubiecto cõuenire, ſed abinuicẽ ſunt penit⁹ remota & diſparata,ideo merito de materia dicunt̃ eſſe remota ſiue diſparata. ¶His pręmiſſis nota quod ꝓpoſitiones cõtrariæ de materia naturali nõ poſſũt vnq̃ ſimul eſſe falſę,ſimiliter nec in materia remota.In materia enĩ naturali ſemp affirmatiua eſt vera,imo neceſſaria,In materia autẽ remota,ſemp negatiuã oportet eſſe verã. Neq; hic igitur neq; illic,poſſunt ambę cõtrarię ſimul eſſe falſæ. In materia autẽ contingenti,inueniri poſſunt ambæ ſimul falſę.Vt Omnis homo eſt iuſt⁹. Nullus homo eſt iuſtus, Omne anĩal volat. Nullũ animal volat, Proportionabiliter dicendum eſt de ſubcontrarijs, quod in naturali materia aut remota ſimul non poſſunt inueniri veræ;quoniã in naturali negatiua eſt

impoſſibilis,& in remota affirmatiua itē eſt impoſſibilis,In materia autem contingenti ſimul poſſunt eſſe veræ ❡CAPVT XVII.

❡De æquipollentijs propoſitionum.

☞ Poſt oppoſitiones enūciationū, conuenietiſſimum videtur ſtatim de earū æquipollētia tractatū adiungere,quod æquipollentiarū regulæ cognitionē recentem præſupponant oppoſitionum, vt ſtatim patebit ex ipſo regularū pro hac re conſtituendarū tenore.Cōſyderamus autē hic ꝓpoſitiones æquipollentes ſiue ęquiualentes,nō ex parte ipſorū terminorū ſubiecti aut prædicati,quo modo iſtas dicimus ęquipollere.Tullius dicit. Marcus loquitur:ſed ex parte ſignorū vniuerſaliū aut particularium, affirmantiū & negantiū, certo modo & ordine adinuicē diſpoſitorū.Valetq; huius æquipollentiæ noticia,ad obſcuriores ꝓpoſitiones alijs clarioribus elucidandas. ❡Ponūtur autē æquipollentiarū tres regulę.Prima regula.Si alicui ſigno vniuerſali vel particulari pręponatur negatio, æquipollebit ſuo contradictorio.Secunda. Si alicui ſigno vniuerſali poſtponatur negatio,ęquipollebit ſuo contrario.Tertia.Si alicui ſigno vniuerſali vel particulari præponatur & poſtponatur negatio, æquipollebit ſuo ſubalterno. ❡Primę regulę hic eſt ſenſus

Tres regulæ pro æquipollentijs.

„ lebit ſuo contradictorio.Secunda. Si alicui ſigno vniuerſali poſtponatur negatio,ęquipollebit ſuo contrario.Tertia.Si alicui ſigno vniuerſali vel particulari præponatur & poſtponatur negatio, æquipollebit ſuo ſubalterno.

„ Si in aliqua propoſitione præponatur negatio alicui ſigno vniuerſali vel particulari, illa tota enunciatio ſic prępoſitam habens negationē ęquipollebit cū ea quę prioris ſine negatione erat cōtradictoria. Exempli gratia. Omnis homo eſt iuſtus anteq̃ præmittatur negatio, habet hanc contradictoriam. Quidā homo non eſt iuſtus. Nūc itaq;,ſi libet adijcere negationem priori ante ſignum vniuerſale,dicēdo.Non omnis homo eſt iuſtus.Si hanc quęris explicare per aliam clariorem ęquiualentem, cape illā contradictoriam prioris.Quidam homo non eſt iuſtus.Prorſus enī idem valent.Similiter iſta. Quidā homo eſt iuſtus,hanc habet contradictoriam. Nullus homo eſt iuſtus. Si igitur præponas negationē priori,dicendo.Non quidā homo eſt iuſtus, huius

æquipol

æquipollens eſt illa prioris contradictoria. Nullus homo eſt iuſtus. Oportet autē ſecundū hanc regu- lā, negationē præponi toti propoſitioni. ❡Secūda regula ſic eſt intelligenda. Si in aliqua propoſitione ſigno vniuerſali poſtponatur negatio, prædicatum negans, illa æquipollebit ei quæ prioris nondum poſtpoſita negatione fuerat contraria. Exempli gra- tia. Hæ cōtrariæ ſunt, ōnis homo eſt iuſtus. Nullus homo eſt iuſtus. In prima ſi libet, poſtpone negatio nē, dicendo. Omnis homo non eſt iuſtus. Vis ſcire cui æquipolleat? Illi ſcilicet cōtrariæ prioris. Nullus homo eſt iuſtus. Ac rurſum, in hac poſtpone nega- tionem dicendo, Nullus homo non eſt iuſtus. Vis ſcire modo cui æquipolleat? Illi nimirū prioris con trariæ. Omnis homo eſt iuſtus. Notandū autē eſt. in hac regula non fieri ſermonē niſi de ſignis vniuer- ſalibus. In particularibus eñ ſecundū poſtpoſitio- nem negationis, ſpecialis non ſumitur æquipollētia ❡Tertia regula ſic eſt intelligenda. Si alicui propo- ſitioni geminā adijcias negationē, alterā ante ſignū vniuerſale vel particulare, alteram poſt ipſum, illa æquipollentem habebit eā quæ erat ſubalterna prio ris, in qua nondū adiecta erat gemina negatio. Vt iſtæ ſunt ſubalternæ. Omnis homo eſt iuſtus. Quidā homo eſt iuſtus. Adde priori geminā negationem, hoc modo. Non omnis homo nō eſt iuſtus. Vis ſci re cui æquipolleat, Illi videlicet. Quidā homo eſt iuſtus, Ita viciſſim hæc. Non quidam homo nō eſt iuſtus æquipollentē habet illā primam. Omnis ho- mo eſt iuſtus. ❡Quanquā autem regulas iſtas iam expoſuimus de propoſitionibus ipſis, facilius tamē ſignis explicantur, vt ipſa ſigna in ſe conſyderantur Quemadmodū (exempli gratia) ſecundū primā re- gulam, non omnis, æquipollet, quidā nō: quoniam quidā non contradictoriæ opponitur ſigno omnis Non quidē, æquipollet nullus: quoniam quidā, con tradictorie opponitur ſ[illegible]no nullus. Iuxta ſecundā regulam, Omnis non, [illegible]uipollet nullus: quoniam omnis, cui poſtponit[illegible] [illegible]egatio, contrariatur ſigno nullus. Item, nullus non, ſimili ratione æquipollet,

omnis.Iuxta tertiã regulã,non õnis non, æquipollet quidã. ¶ Adijcit prædictis & alia regula, ordine quarta,ex duab⁹ priorib⁹ velut cõtexta. Si duo ſigna vniuerſalia negatiua ponant in eadẽ propoſitione,alterũ ex parte ſubiecti & alterũ ex parte prædicati.prius æquipollet ſuo contrario,iuxta ſcdam regulã,& poſteri⁹ ſuo cõtradictorio per primã. Exempli gratiá.In iſta propoſitione.Null⁹ homo nullum animal eſt,duo ponunt ſigna negatiua.Null⁹ & nullum:alterũ ex parte ſubiecti,nullus: alterũ ex parte prædicati,nullũ. Aſſignãdo ergo hui⁹ propoſitiõis ęquipollentẽ,pro primo ſigno ponendũ eſt ſignum contrariũ,omnis:pro ſecundo contradictorium,aliquod.Atq; ita habet æquipollẽs.Omnis homo aliquod aial eſt.Sic iſta.Nihil nihil eſt,æquipollet huic.Quodlibet aliquid eſt.Iſta.Ex nihilo nihil fit,huic.Ex quodlibet fit aliquid. Hæc autẽ. Nihil ex nihilo fit,huic ę quiualet.Quodlibet fit ex aliquo.Iſta Nemo nuſq̃ eſt,huic.Quilibet alicubi eſt.Null⁹ homo nunquã aberrat,iſti.Quilibet homo aliquando aberrat Omittimus autẽ hoc in loco prolixiſſimas & monſtris adſimiles enũciationes in mediũ adferre,quod omnia fere quæ in authoribus & vſu vulgato contingit occurrere, ad rem iſtã ſpectantia,hic paucis abunde exiſtimamus compræhenſa.

¶CAPVT XVIII,

¶De conuerſione propoſitionum.

PRæter iam determinatas ſimplicium enũciationum proprietates, oppoſitionem & æquipollentiam,eſt alia nũc ſuo ordine paucis explicanda,quæ vulgato nomine appellatur conuerſio.Quemadmodum enĩ propoſitionib⁹ conuenit, adinuicẽ opponi vel ęquipollere,ſic & cõuerti ſiue verti ſecundũ extremorũ tranſmutationẽ: ita vt ex ſubiecto fiat prædicatũ,& ex prædicato ſubiectum, Eſt autem conuerſio huiuſmodi duplex,altera ſimplex,altere per accidens.

Sim plex cõuer ſio.

„ Cõuerſio ſimplex eſt,quando de ſubiecto fit prædicatũ , & de prædicato ſubiectum,manẽte eadem quãtitate & qualitate propoſitionum.Hoc eſt.Tunc fit alicui⁹ propoſitionis ſimplex con-

plex cõuerſio, quando ſubiectũ mutatur in prædicatum, & econtrario, ſic vt nec quantitas mutet, nec qualitas propoſitionis. Vt iſta enũciatio. Nullus homo eſt animal, ſimplici cõuerſione conuertit̃ in iſtã Nullũ aĩal eſt homo. Qđ em̃ in priori eſt ſubiectũ, eſt prædicatũ in poſteriori, & ecõtrario. Eſt inſuper eadẽ quantitas vtriuſq;, quoniã ambæ ſunt vniuerſales; eadẽ quoq; qualitas, quoniã ambæ ſunt negatiuæ. Sic iſta. Quidã homo eſt animal, ſimplici conuerſione in hanc conuertit̃. Quoddã animal eſt homo. Vniuerſalis autẽ affirmatiua hoc modo nõ poteſt recte cõuerti. Vt iſta. Omnis homo eſt animal, non recte cõuertit̃ in iſtã. Omne animal eſt homo. In õni em̃ bona conuerſione oportet propoſitionẽ conuerſam inferre ipſam in quã vel per quã conuertitur, quæ cõmuniter appellatur conuertẽs. Manifeſtum eſt autẽ, non valere hanc conſequentiã. Omnis homo eſt animal: igit̃ omne animal eſt homo: cum antecedens ſit verũ & neceſſariũ, conſequẽs autem falſum & impoſſibile. Non item hac cõuerſione poteſt cõuerti particularis negatiua. Vt iſta. Quidam animal non eſt homo, nõ recte in iſtã vertitur Quidã homo nõ eſt animal. Non em̃ hæc ad illam conſequit̃. Relinquit̃ ergo, ſolã vniuerſalẽ negatiuã & particularẽ affirmatiuam conuerti ſimpliciter.

¶ Altera eſt conuerſio per accidens, quæ ſic definit̃ Cõuerſio per accidẽs eſt, quãdo de ſubiecto fit prędicatum & de prædicato ſubiectũ manente quidẽ eadem qualitate ſed quãtitate mutata. Vt quoties vniuerſalis propoſitio conuertit̃ in particularẽ. Vniuerſalis quidẽ affirmatiua, in particularẽ affirmatiuam. Vniuerſalis autẽ negatiua, in particularẽ negatiuam. Vt iſta, omnis homo eſt animal recte cõuertitur in hanc. Aliquod animal eſt homo. Vbi qualitas manet eadẽ, quia ambę ſunt affirmatiuę, ſed quãtitas eſt diuerſa, quoniã altera eſt vniuerſalis altera particularis. Item iſta, Nullus homo eſt animal, recte conuertit̃ in hãc. Aliquod animal nõ eſt homo Particularis autẽ ſiue affirmatiua ſiue negatiua, nõ poteſt ſic cõuerti; quoniã ex particulari non poteſt Conuerſio per accidens

inferri

inferri vniuerſalis conuertẽs.Non eñ ſequiť. Quidam homo eſt animal,igiť omne animal eſt homo. ¶Ratio autẽ harum nominationũ,quare prior conuerſio dicať ſimplex,poſterior per accidẽs, videtur ex hoc deſumpta:quia in cõuerſiõe ſimplici cõuertens infertur immediate ex cõuerſa,non gratia alicuius illationis intermediæ.In cõuerſione autẽ per accidẽs,cõuertẽs ex cõuerſa nõ immediate,ſed quaſi per mediũ alicui⁹,infertur.Exẽpli gratia. Iſta propoſitio.Omnis homo eſt animal,hõ videtur immediate ex ſe inferre hanc. Quoddã animal eſt homo: ſed immediatius videtur inferre, iuxta ſubalternarum legem ,hanc ſuã ſubalternam. Quidam homo eſt animal.Et quia ad hãc.Quidã homo eſt animal, ſimplici cõuerſione ſequiť iſta. Quoddã animal eſt homo,hinc quaſi per mediũ, illa poſterior conuertens ſequitur ad primã quæ eſt conuerſa. Secundũ naturalẽ eñ & immediatũ ordinem argumentãdo ab alia ad aliã,ſic foret procedendũ. Omnis homo eſt animal,igitur aliquis homo eſt animal, & ſi aliquis homo eſt animal,igitur aliquod animal eſt homo.A primo ergo ad vltimũ valet illatio. Omnis homo eſt animal.igiť quoddã animal eſt homo.Ita vnniuerſalis negatiua nõ immediate infert particularem cõuertentẽ,ſed immediati⁹ infert vniuerſalẽ negatiuã,per quã conuertiť ſimpliciter. Ex iſta eñ. Null⁹ homo eſt brutũ,ſine medio inferť iſta.Nullũ brutũ eſt homo·ac deinde ex iſta inferť tertia. Aliquod brutũ non eſt homo.In cõuerſione autẽ ſimplici,non videť inter conuertentẽ & conuerſam aliquod mediũ. Vnde iſta. Quidã homo eſt animal,ſine medio infert iſtã.Quoddã animal eſt homo.: & iſta. Null⁹ homo eſt brutũ,hanc. Nullum brutũ eſt homo. Ideo.ſ.iſta cõuerſio vniuerſalis negatiuæ in vniuerſalẽ negatiuã, & particularis affirmatiuæ in particularẽ affirmatiuã,dicitur ſimplex. Conuerſio autẽ vniuerſalis affirmatiuæ in particularẽ affirmatiuam,& vniuerſalis negatiuæ in particularẽ negatiuam,dicitur conuerſio per accidens. ¶Prædictis quoq; adijcitur tertius modus conuerſionis,qui dicitur per

citur per contrapoſitionē,quę ſic definiť.Conuerſio per contrapoſitionē eſt,quādo de ſubiecto fit prædicatum & de prædicato ſubiectū ſeruata eadē qualitate & quātitate,ſed mutatis terminis finitis in infinitos,& ecōtrario. Vt iſta, Omnis homo eſt anial. hac cōuerſione in iſtā conuertiť. Omne nō animal. eſt nō homo. Vbi manifeſtum eſt in vtraq; eſſe eandem quantitatē,cum ſint ambæ vniuerſales : eandē quoq; qualitatē,cum ſint ambæ affirmatiuæ : ſed in prima ſubiectū & prædicatū ſunt termini finiti, in ſecūda ambo ſunt termini infiniti,nēpe non homo & nō animal. Hoc autē modo conuertunť propoſitiones vniuerſalis affirmatiua & particularis negatiua. Dicitur autē iſta conuerſio per cōtrapoſitionē eo quod fiat ſecundū terminos oppoſitos & contradictorios. Termin⁹ eñi infinitus,cōtraopponitur & contradicit termino finito. Proprie tamē non meretur cōuerſionis nomen,quoniā in conuerſione proprie dicta oportet eadē prorſus eſſe extrema, ordine cōuerſo diſpoſita,vt ſubiectū vni⁹ ſit alterius prędicatum,& ecōtrario:quod nō eſt in prædicta cōuerſione. Extrema eñi conuerſæ ſunt,duo termini finiti:extrema autē conuertentis ſunt , termini infiniti.

Cōuerſio per cōtrapoſitionem.

☞ ¶Et gñaliter in ōni conuerſione hoc diligenter obſeruandū eſt,vt totū ſubiectū vnius ſit prædicatum alteri⁹,& totū prioris prædicatū alterius ſubiectum. Vnde ſi quis hanc velit cōuertere. Petrus videt Paulū,non aſſignabit hanc pro cōuertente, Paulus videt Petrū(Non eñi hæc ad illā conſequiť;ſed iſtā potius aſſignabit,Vidēs Paulū eſt Petrus. Item iſta. Petrus eſt in domo,nō vertiť in hanc:dom⁹ eſt in Petro,ſed in iſtā. Exiſtens in domo eſt Petrus. Ita in aliſs ſemper eſt diligenter ad extrema conſyderādum.

¶CAPVT XIX.

¶De propoſitionibus hypotheticis.

Poſt abſolutū vcunq; tractatū de ſimplicibus enunciationib⁹(iis exceptis quæ modales appellantur de quibus poſterius agetur)ratio ordinis videtur expoſcere,vt pauca quædam de enunciationibus compoſitis ſiue cōiunctis dicam⁹

quæ(vt

quæ(vt ſupra diximꝰ)ex pluribus cõſtant ſimplici-bus enunciationibꝰ,coniunctionali aliqua particu-la adinuicẽ coniunctis, propter quod ab Ariſtotele appellanẽ enunciationes cõiunctæ.Alij vero hypo-theticas appellãt.i.conditionales, ſpeciei vocabulo ad genus tranſlato, cũ propoſitio hypothetica ſiue conditionalis,ſit ſpecies præcipua propoſitionis cõ-iunctæ.¶Diuidiẽ autẽ propoſitio coniuncta in pro-poſitionẽ conditionalẽ,copulatiuã & diſiunctiuam Quarũ ſpecierũ diſtinctio ſumiẽ ex diſtinctione cõ-iunctionũ ſimplices enunciationes connectentium per quas & definiunẽ,hoc modo Propoſitio condi-tionalis eſt illa,in qua cõiunguntẽ duæ propoſitiões categoricæ per coniunctionẽ conditionalẽ. Propo-ſitio copulatiua eſt in qua coniunguntẽ duæ catego-ricæ per coniunctionẽ copulatiuã. Propoſitio diſiũ-ctiua eſt,in qua coniunguntẽ duæ categoricæ per cõ-iunctionẽ aliquã diſiunctiuam.Vt hæc eſt conditio-nalis.Si pater eſt,filius eſt. Hæc eſt copulatiua, Deꝰ eſt verax,& homo eſt mẽdax. Hæc eſt diſiunctiua. Iuſtus ſaluabiẽ vel mendax eſt Deꝰ.In ſingulis eñ videnẽ duæ enunciationes ſimplices,adinuicẽ con-iunctæ per cõiunctionalẽ particulã, ¶Quantũ ve-ro ad propoſitionẽ conditionalẽ ſpecialiter hoc no-tandum eſt,nõ eſſe neceſſariũ vt ipſa explicite du-as habeat ſimplices enũciatiões,quę ſigillatim ſum-ptæ per ſe ſint vere enunciationes,verũ aut falſum ſignificãtes:ſed ſufficit,buod in conditionali poſitæ orationes locum obtineãt verarũ enunciationũ, ſic vt tota oratio cõiuncta nõ aliud ſignificet,quam ſi duæ enunciationes formaliter verũ aut falſum ſig-nificantes,earũ loco eſſent ſuppoſitæ. Quod dicimꝰ exẽplo clarebit.Cum dico.Si lapis eſſet homo,lapis eſſet animal·proculdubio tota hæc enunciatio ve-ritatem continet,& enunciatio vere eſt compoſita. Neutra tamẽ pars per ſe ſumpta: formaliter verum aut falſum explicat.Cũ eñ dico.Lapis eſſet homo, lapis eſſet anial (qm̃ verbo non vtor indicatiui mo-di)verũ aut falſum nõ indico.Attamẽ propter natu-rã & vim cõditionalis cõiunctionis, propoſitionũ locũ ob

Quid propoſitio cõditionalis copulatiua & diſiunctiua.

locū obtinent illic poſitæ,ſuntq́ propoſitionū formalium velut vicariæ.Idē eñ illa valet quod iſta. Si lapis eſt homo,lapis eſt animal. Non autē inuenitur hoc in copulatiuis aut diſiunctiuis enunciationibus. Nā ſi dixeris. Deus eſſet bon9 & homo eſſet malus,neq́ verū neq́ falſum tota indicat oratio Ratio autē diuerſitatis eſt,ex natura diuerſa coniunctionum. ❡ Sciendū quoq́ eſt,propoſitiones iſtas cōiunctas nō habere quantitatē.i.nō dici vniuerſales vel particulares,indefinitas aut ſingulares. Sumitur eñ quantitas ſecundū rationē ſubiecti, quod ſic vel ſic.i.cū ſigno vniuerſali vel particulari, vel abſq́ vtroq́ ponit.In his autē enunciationib9, non eſt cōſyderatio ſubiecti aut prædicati. ❡ Qualitas autē.i.affirmatio & negatio vtriq́ inuenitur in eis. Quæ ſumit,non ex affirmatione vel negatione partium,ſed tantum ex affirmatione vel negatione copulę cōiunctionalis.Ita eñ ſe habet cōiunctionalis copula in propoſitionibus iſtis cōpoſitis,quō ſe habet copula v̄balis in ſimplicib9; & ita ſe habent in cōpoſitis duæ propoſitiones ſimplices, quō in ſimplicibus extrema, ſubiectū & prædicatū. Vnde hic copula cōiunctionalis habet rationē formæ,& duæ ſimplices enunciationes rationē materiæ, ſicut illic v̄balis copula formæ rationē obtinet,duo autē extrema rationē materię.Vnde quemadmodū in ſimplicibus cōſyderata eſt affirmatio & negatio nō ex parte ſubiecti aut prædicati,ſed ex parte v̄balis copulæ,ſic in iſtis cōpoſitis ſumenda eſt affirmatio & negatio,non ex partib9,ſed ex coniunctionali copula.Vnde iſta eſt negatiua enūciatio. Non ſi animal eſt,homo eſt,quoniā ſi coniunctio,negat, quamuis vtraq́ pars maneat affirmatiua. In partes eñ nō agit illa negatio,ſed in totā ipſam enunciationem,& immediate in ipſam ferē coniunctionē.Contra,hæc eſt affirmatiua enunciatio.Si animal nō eſt, homo nō eſt·cū tamen vtraq́ pars ſit negatiua,eſt qđ præcipua copula coniunctionalis,ſi,manſerit intacta. ❡ Ex eo autē quod iā dictū eſt,ſolā qualitatē in hypotheticis cōſyderari,non etiā quantitatē, ſequit & alterum,

alterum nimirum quod ſola oppoſitio contradicto ria in eis inueniat,non autē contraria, ſubcontraria aut ſubalterna.Cum enī iſtæ tres oppoſitiōes ſumā tur ſecundū diuerſam quantitatem,manifeſte conſe quens ſit vbi nō eſt quantitas ,non illic taliū oppoſi tionum aliquā reperiri poſſe.Contradictio vero,ex ſola poteſt qualitate inueniri,quēadmodum in pro poſitionibus patet de ſubiecto ſingulari,quæ ambæ cum ſint eiuſdē quantitatis,opponunt tamen cōtra dictoriæ.Quod ſi quis putet,ex partiū oppoſitione tali vel tali,ipſam quoq; totam hypotheticā ſic aut ſic opponi,errabit qui id aſſerere tentauerit.Iſta enī cōditionalis. Si omnis homo eſt animal rationale, ōnis homo eſt capax diſciplinę,nō eſt cōtraria huic Si nullus homo eſt animal rationale,nullus homo eſt capax diſciplinæ.Sūt enī ambæ ſimul veræ. Iſta itē copulatiua.Aliquis homo eſt anīal rationale, & aliquis homo eſt animal irrationale,nō ſubcōtraria tur huic.Aliquis homo nō eſt animal rationale, & aliquis homo nō eſt animal irrationale. Ambæ enī ſunt ſimul falſæ quod eſt cōtra naturā ſubcontraria rū.Iſta quoq;.Si dies eſt,nō eſt nox,nō eſt hui9 con tradictoria.Si nō eſt dies,eſt nox, Ambæ enī ſunt ſi mul veræ.Similiter de his diſiūctiuis dicendū. Vel dies eſt vel nox eſt,vel non eſt dies vel non eſt nox

¶CAPVT XX.

¶De veritate aut falſitate propoſitionum hypothe ticarum cognoſcenda.

☞ Quomodo autem veritas vel falſitas harū enunciationum cognoſci debeat, diligēter eſt notandū. Ad veritatem enī cōditiona lis affirmatiuæ requirit hoc tantū,vt altera recte ſequatur ex altera,conſequens videlicet ex an tecedēte.Vt hæc eſt vera.Si homo eſt,anīal eſt,quo niam poſterior illa recta ex priori infertur.Non au tem requiritur vllius partis veritas.Iſta enī,ſi lignū eſt homo,lignum eſt animal,vera eſt conditionalis vtraq; tamen eius pars euidentiſſimæ eſt falſitatis. Propter quod vulgo dici ſolet,propoſitionem con ditionalem nihil ponere,id eſt,nullam partē vt ve ram aſſtru

ram aſſruere,ſed tantū ſequelam indicare vni⁹ partis ex altera. Ad veritatē autem cōditionalis negatiuæ ſatis eſt,nō eſſe bonam illationē conſequentis ex antecedēte. Vt iſta eſt vera. Nō ſi leo animal eſt, leo eſt homo. Quæ ſic poteſt explicari. Non eſt conſequens,ſi leo animal ſit,ipſum eſſe hominem,

❡Vbi nota,in omni conditionali eſſe antecedēs & conſequens. Antecedens eſt illa propoſitio, ex qua ſignificatur alia inferri. Conſequens vero, illa quæ ſignificatur inferri ex altera. In conditionali illa eſt antecedens,quæ ſtatim poſt coniunctionē ponitur ſiue præcedat ſiue ſequatur. Vt cum dico. Si homo eſt,animal eſt, & iterū. Animal eſt,ſi homo eſt,vtrobiq; homo eſt dicitur antecedens, altera conſequēs.

❡Sub conditionali autem propoſitione,ſolēt comprehendi rationalis & cauſalis. Rationalis eſt,cuius partes coniūguntur per coniunctionē rationalē. Vt iſta,homo eſt,ergo animal eſt. Pater eſt,igitur filius eſt. Cauſalis dicitur,in qua partes per coniunctionē cauſalē coniunguntur,vt. Quia ſol lucet dies eſt. Ad veritatem autē rationalis,amplius aliquid requiritur,quam ad veritatē cōditionalis. Nam præter bonam illationem antecedētis ex conſequente, requirit inſuper vtriuſq; partis veritatē. Vt iſta eſt vera. Homo eſt,igitur animal eſt,quia bona eſt illatio, & vtraq; pars eſt vera. Iſta autē falſa eſt. Lignū eſt homo,igitur lignum eſt animal;quoniā licet bona ſit illatio,partes tamen falſæ ſunt. ❡Amplius vero ad veritatē cauſalis,dū propriiſſimæ accipitur coniunctio, requiritur vltra bonā illationē & vtriuſq; partis veritatem,quod veritas antecedentis ſit cauſa veritatis cōſequētis. Vnde iſta eſt falſa. Quia homo riſibilis eſt,ideo & diſciplinæ capax eſt. Eſt tamē illatio bona alterius ex altera, & ambæ partes veræ ſunt,ſed quia antecedens nō ponit cauſam veritatis cōſequentis,ideo tota cauſalis veritate caret Iſta autē eſt vera. Quia homo ratiōalis,eſt & capax diſciplinæ ſiue beatitudinis. Hic enī antecedēs explicat cauſam veritatis ipſius conſequentis.

Quæ rōnalis,& quæ cauſalis.

❡Ad veritatē autē propoſitionis copulatiuæ affirmatiuæ

matiuæ requiritur, vtrãq; partẽ eſſe veram; falſa autẽ erit, ſi altera partiũ fuerit falſa. Vt hęc eſt vera Deus eſt bon9 & homo eſt malus. Similiter & iſta. Quidã homo eſt probus, & quidã homo nõ eſt probus, quoniã partes earũ ambæ ſunt verę. Iſta autem eſt falſa. Homo eſt animal, & Deus non eſt, quoniã altera pars eſt falſa. Itẽ & iſta. Homo nõ eſt animal. & Deus non eſt bon9, vbi vtraq; pars eſt falſa. Vbi & hoc ſpecialiter notandũ eſt, poſſe dari copulatiuã impoſſibilẽ, cuius ambæ partes ſunt poſſibiles. Vt omnis copulatiua cõpoſita ex propoſitionib9 contrarijs aut contradictorijs cõtingentibus, cuiuſmodi eſt iſta. Omnis homo ſedet, & null9 homo ſedet, vel aliquis homo nõ ſedet. Ambæ partes ſunt poſſibiles, tota tamen eſt impoſſibilis. Oportet autẽ ad poſſibilitatẽ totius copulatiuæ non ſolũ poſſibiles eſſe ambas, ſed etiã compoſſibiles, ita vt poſſint ambæ ſimul eſſe veræ. Ad veritatẽ autẽ copulatiuæ negatiuę ſufficit, alterã partẽ non eſſe verã. Vt hæc eſt vera. Non homo eſt animal, & Deus eſt mendax. Quæ ſic explicatᷓ. Non eſt verū, ſimul & hominem eſſe animal & Deũ eſſe mendacẽ. ¶Sub copulatiua autẽ propoſitione, ſolent conſtitui propoſitiones tẽporales & locales, item & illæ quæ aduerbiũ habẽt ſimilitudinis: quæ õnes in propoſitiones copulatiuas videtur reſolui. Vt iſta eſt tẽporalis, Quãdo poſtulat homo Deus exaudit. Iſta eſt localis. Vbi duo ſunt cõgregati in nomine Dñi, illic ipſe eſt in eorũ medio. Prior ſic reſoluitᷓ in copulatiuã. Aliquando homo petit, & tunc Deus exaudit. Poſterior ſic. Alicubi duo ſunt cõgregati in nomine Dñi: & illic ipſe adeſt in eorũ medio. Iſta autẽ aduerbiũ habet ſimilitudinis. Sicut erga proximũ ſegerit homo, ita erga eũ ſe geret Deus, ſicq; reſoluitᷓ. Homo aliquo modo ſe habet erga proximũ ſuũ, atq; hoc modo ſe habebit Deus erga illũ. ¶De diſiunctiua autẽ propoſitione varie videntᷓ loqui recẽtiores & antiqui. Ad veritatẽ diſiunctiuæ putãt recentiores ſufficere ſi altera ſit vera, nec obeſſe ſi ambæ ſint veræ. Vnde iſtam dicunt verã deſiunctiuã. Homo eſt animal vel ar-

vel arbor eſt ſubſtātia. Secundū veteres autē, videntur diſiunctiuæ veræ partes, altera veritatē continere, altera vero falſitatem: ita vt ſi pars altera ſit vera, ſit altera falſa, & ècōtrario. Vt iſta eſt proprie diſiūctiua vera. Aut dies eſt aut nox eſt. Petr⁹ eſt homo vel Petr⁹ nō eſt homo, eſt homo vel eſt brutū. Cui ſententiæ ſatis cōſonat appellatio nōīs quo coniunctionē diſiunctiuā dicim⁹ ab officio. ſ. diſiūgēdi partes ſcd̄m veritatē & falſitatē. Vnde iuxta hanc ſententiā, ad veritatē diſiunctiuæ requiritur, alterā partem tantū eſſe verā, alteram autē falſam. Ad falſitatem autē requiritur, vtramq; partem falſam eſſe; aut vtramq; partē verā. Atq; hanc ſententiā facile videbit ex veterū animo eſſe, qui formulas argumentationum ab eis traditas, ſecundum huiuſmodi hypotheticas propoſitiones, diligenter cōſyderauerit, de quibus & poſterius in libro ſequēti tractabitur.

¶CAPVT XXI.

¶De propoſitionibus quæ modales vocantur.

INueniuntur autem & aliȩ quædam enunciationes ſimplices, ratione certorū quorundam modorum peculiarem difficultatem habētes, quantum ad oppoſitiones & æquipollentias, quæ ſecundum regulas enunciationū ſimpliciū ſuprapoſitas non poſſunt examinari. Propter quod, earum determinatio in hunc vſq; locū, in extremā ſcilicet libri huius partem, conſulto eſt reſeruata. Sunt autem modi iſti peculiaris difficultatis authores, quatuor, nempe poſſibile, contingēs, impoſſibile & neceſſe. A quibus modales dicūtur enūciationes, quæ modorum illorū aliquem in ſe habent ¶Aſſignantur autem interdū aduerbialiter, hoc modo: poſſibiliter cōtingenter impoſſibiliter, neceſſario. Aliquando nominaliter, hoc pacto: poſſibile, cōtingens, impoſſibile, neceſſariū vel neceſſe. Ac rurſum, interdum ſeparatim ex altera parte cōſtituuntur, nō intra partes dicti. Vt cū dico. Hominē eſſe iuſtum eſt poſſibile vel contingens. Interdum vero locantur, intra partes ipſius dicti. Vt cū dico. Hominē poſſibile eſt eſſe iuſtum. Hominē impoſſibile eſt volare. Homi

Totum hunc de modalibus tractatū ſine graui damno lector feſtin⁹ trāſilire poterit, ad finē vſq; libri.

 hem

nem neceſſe eſt ſpirare. Dictũ hic appellatur aggregatũ ex accuſatiuo & verbo infinitiui modi ¶ In his autẽ ponũt recentiores talem differentiã, vt eas quæ modũ habent aduerbialẽ vel nominalẽ intra partes dicti cõſtitutũ, vocent modales diuiſas: illas autẽ quæ partes dicti habent cõiunctas, & modũ ſeparatim poſitũ, appellent modales cõpoſitas. Exempli gratia. Propoſitiones iſtas appellant modales cõpoſitas, Hominẽ eſſe iuſtũ eſt poſſibile, eſt cõtingẽs eſt impoſſibile, eſt neceſſarium. Neq; refert, ſi modi præponantur, hoc modo. Poſſibile eſt hominẽ eſſe iuſtũ. Atq; in his, modos ita ſolent explicare, vt poſſibile idẽ ſit quod propoſitio poſſibilis. Impoſſibile idẽ quod ꝓpoſitio impoſſibilis, neceſſe idẽ quod ꝓpoſitio neceſſaria. Vnde huius propoſitionis: hominẽ eſſe iuſtũ eſt poſſibile, ſenſum hũc aſſignãt, Hæc enũciatio eſt poſſibilis, homo eſt iuſtus. Diuiſæ autem modales hæ erũt. Hominẽ poſſibile eſt eſſe iuſtum, Hoiem impoſſibile eſt volare. ¶ Similis ferè diſtictio videt ponẽda & inter eas quę de modo ſũt aduerbiali. Vt ſi inter ſubiectũ & prędicatũ ille diuidat, faciet diuiſã: ſi vero ab altera parte ſe teneat, ſubiectũ vero & prędicatũ ſimul cõiungant, cõpoſitam. Vt hę ſunt modales diuiſę. Homo poſſibiliter eſt iuſtus. Homo ĩpoſſibiliter eſt brutũ. Homo neceſſario eſt anĩal. Iſtę vero cõpoſitæ Poſſibiliter hõ eſt iuſtus. Impoſſibiliter homo eſt brutũ Neceſſario homo eſt animal. ¶ Neq; vero modicã eſſe arbitrãur hãc differẽtiã modaliũ cõpoſitarũ a diuiſis, quoniã interdũ compoſitã contingit eſſe falſã, diuiſa ex eiſdẽ terminis cõpoſita exiſtẽte vera, & econtrario. Has eñi diuiſas, Albũ poſſibile eſt eſſe nigrũ, Iuſtũ poſſibile eſt eſſe iniuſtũ, apparet eſſe veras. Significatur eñi, id quod modo eſt albũ, poſſe aliquãdo habere in ſe nigredinẽ, & nigrũ denominari: itẽ, eum qui modo virtutẽ habet, poſſe illã perdere, ac vitioſum fieri, Atq; ita dubio procul res ſe habet. Si autẽ coniunxeris partes. & modũ ſeparatim conſtituas, hoc modo. Poſſibile eſt album eſſe nigrũ, poſſibile eſt iuſtum eſſe iniuſtum; aut vertendo. Album eſſe nigrum

nigrũ eſt poſſibile. Iuſtũ eſſe impiũ eſt poſſibile falſitas videtur his ꝓnũciatis ineſſe: quoniã hoc videtur ſignificari, quod poſſibile aliquãdo ſit, vt album ſit nigrũ, aut iuſt⁹ ſit impius, cũ ſint hęc impoſſibilia. Idẽ videtur dicendũ de iſtis. Poſſibiliter album eſt nigrũ & albũ poſſibiliter eſt nigrũ. Poſſibiliter iuſtus eſt impius, & iuſtus poſſibiliter eſt impi⁹. Priores eñ falſæ vident̃, poſteriores veræ. ¶ Hãc autem diſtinctionẽ modalis cõpoſitę & diuiſę, alij veterũ dictis pertinacius inhęrẽtes minime approbãt, prorſuſq; reijciũt, eo quod non videat̃ Ariſtoteles in hoc tractatu niſi de compoſitis modalibus facere ſermonẽ. Verũ hi poſteriorũ diligentiã nimiũ mordaciter redarguẽtes, nõ õnino iuſte id faciunt. Tametſi eñ verũ ſit, Ariſtotelẽ hoc loco nõ niſi de modalium compoſitarũ oppoſitionibus & æquipollẽtijs ſpecialem facere tractatum, eo quod modales diuiſæ per omnia ſubiaceãt legibus ſupra alijs ſimplicibus enũciationibus aſſignatis, non tamen ex hoc conſequẽs eſt, fictitiã & vanã omnino eſſe diſtinctionem illã inter cõpoſitas & diuiſas modales. Imo ꝟo quiſq; aures diligẽter cõſuluerit & ꝓprietates ſermonũ exactius perpẽderit, facile ꝑcipiet inter cõpoſitas & diuiſas nõnihil ſcd̃m ſignificationẽ eſſe diſtantiæ, & verã eſſe alterã ſine altera aut falſam deprehẽdet. Non omnino igit̃ irridẽdi videntur, qui ſic modales ex modi varia cõſtitutione diſtinguũt. Sed & hoc fatendũ eſt, in pręſenti tractatu de cõpoſitis pręcipue fieri ſermonẽ. In his eñ peculiaris latet difficultas, non diuiſis, quę per õnia (vt iã dictũ eſt) leges ſequũtur ſimpliciũ enunciationũ, quas de ineſſe ſolẽt appellare. Quibus ꝓinde ſupſedẽtes, de cõpoſitis dicamus.

CAPVT XXII.

¶ De æquipollentia modalium compoſitarum.

ET primũ quidẽ de earũ inter ſe æquipollẽtia ſiue cõſequẽtia, poſterius de oppoſitione, videndũ. Eſt itaq; aduertendũ, vnamquãq; modalẽ compoſitã, quemcũq; tandem habuerit modũ quatuor modis poſſe efferri. Primo quidẽ, prorſus affirmatiue, ita vt neq; ad ꝟbũ dicti neq; ad modũ

ponatur negatio. Vt hominē eſſe. iuſtū eſt poſſibile eſt cōtingēs, eſt impoſſibile, eſt neceſſariū. In oībus em̄ his, nulla negatio, neq̧ ad verbum dicti, neq̧ ad modū ponit̄. Secūdo, cōſtituēdo negationē ad verbū dicti, modo tamē nō negato. Vt. Hoīem nō eſſe iuſtū eſt poſſibile, eſt cōtingēs, eſt impoſſibile, eſt neceſſariū. Tertio, cōſtituēdo negationē ad modū tantum, non aūt ad ỽbum dicti. vt. Homiem eſſe iuſtū nō eſt poſſibile nō eſt cōtingens, nō eſt impoſſibile, nō eſt neceſſe. Quarto, cōſtituēdo negationē ſimul ad verbū dicti & modū. Vt. hominē nō eſſe iuſtum, nō eſt poſſibile, atq̧ ita deinceps. ¶Eſt autē harū propoſitionū talis habitudo adinuicē, vt omnis propoſitio de poſſibili aliquā habeat de cōtingenti cui ōnino ęquipolleat, & cū qua cōuertatur ſcd̄m cōnſequentiā; aliquā itē de impoſſibili, & aliquā de neceſſario, ac rurſum, quælibet propoſitio de impoſſibili, aliquā habeat æquipollentē de poſſibili, aliquā de contingenti, & aliquā de neceſſario atq̧ ita in reliquis. Fit autem hęc ęquipollentia propoſitionum diuerſos modos habentiū, ſecundū varias negationes, aut affirmationes dicti ſiue modi. Atq̧ hinc manifeſtum eſt, quatuor complexiōes conſurgere quatuor æquipollentium propoſitionum. Pro quibus debite aſſignādis ſolent poni quatuor regulæ, ſcd̄m quarū vnaquāq̧ vna inuenit̄ cōplexio quatuor propoſitionū æquipollentiū. ¶Prima regula hæc eſt.

Quatuor regulę pro ęquipollētia modalium.

" Cuicūq̧ dicto affirmato attribuit̄ poſſibile, eidē attribuit̄ cōtingēs, ab eodē remouet̄ impoſſibile, & ab eius cōtradictorio remouetur neceſſe. Scd̄a regula.
" Cuicūq̧ dicto negato attribuit̄ poſſibile, eidē attribuit̄ cōtingēs, ab eodē remouetur impoſſibile. & ab eius cōtradictorio remouet̄ neceſſe. Tertia reḡla. A quocūq̧ dicto affirmato remouet̄ poſſibile, ab eodē remouet̄ cōtingēs, eidē attribuit̄ īpoſſibile & ei⁹ cōtradictorio attribuit̄ neceſſe. Quarta reḡla. A quocūq̧ dicto negato remouet̄ poſſibile, ab eodē remouet̄ cōtingēs, eidē attribuit̄ impoſſibile, & ei⁹ cōtradictorio attribuit̄ neceſſe. Iuxta primā regulā, hę ſūt æquipollentes, Ioannē ſedere eſt poſſibile, Ioannē ſedere

dere eſt contingens,Ioannem ſedere nō eſt impoſſibile,Ioannē nō ſedere non eſt neceſſe. Iuxta ſecundam hæ æquipollent.Ioannem non ſedere eſt poſſibile.Ioannē nō ſedere eſt cōtingēs.Ioannē non ſedere nō eſt impoſſibile,Ioannē ſedere non eſt neceſſe. Iuxta tertiā hæ æquipollent.Ioannē ſedere non eſt poſſibile.Ioannē ſedere non eſt contingens.Ioannē ſedere eſt impoſſibile,Ioannē non ſedere eſt neceſſe Iuxta quartā aūt regulā,ſic aſſignabis ęquipollētes. Ioannē nō ſedere nō eſt poſſibile.Ioannē nō ſedere nō eſt contingēs.Ioannē non ſedere eſt impoſſibile Ioannē ſedere eſt neceſſe, ¶Ad quas regulas prōptius memoria tenēdas,effictæ ſunt a tractatoribus hui⁹ negocij quatuor voces,ſingulę quatuor ſyllabas cōtinentes,quæ per ſingularū̄ ſyllabarū̄ vocales literas indicāt,quomodo ſcdm̄ affirmationē vel negationē debeāt diſponi ſingulę ꝓpoſitiones,Hę ſūt Amabimus Edētuli.Iliace.Purpurea.Pro quarū̄ vocū intellectu nota,per primā ſyllabā vbiq; ſignificari propoſitionē de poſſibili quæ ſię debet diſponi ſecundū affirmationē vel negationē, quomodo per ſuam vocalē ipſa indicat. Per ſecundā, ſignificatur propoſitio de contingenti.Per tertiā,illa de impoſſibili:per quartā, illa de neceſſe. Vocalis autem a,ſignificat omnimodā affirmationē & dicti & modi:e, ſignificat negationem dicti: tantū,i,modi tantū:v, negationem vtriuſq;. ¶Exempli gratia,conſyderando dictionē illam,Amabimus, per hoc quod in duab⁹ priorib⁹ ponitur a,ſignificatur, duas priores de poſſibili & de cōtingenti debere aſſignari ſine omni negatione,tam dicti quam modi.Per hoc autem quod in tertia ſlylaba ponitur vocalis i ſignificatur, tertiam quæ eſt de impoſſibili aſſignandam eſſe cū negatione ſolius modi.Dum vero in quarta ponitur v,indicatur,illam de neceſſe reſiduam debere aſſumi cum duplici negatione,quēadmodū ad oculū factum vides in ſuprapoſitis exemplis primæ regulæ.Similiter conſyderandū eſt in alijs tribus vocabulis,Edētuli,Iliace,& Purpurea,adhibita collatione regularum & exemplorum ſupra poſitorum.

Duæ regulæ pro æquipollentia modalium.

„ ¶Poſſunt vero prędictę quatuor regulę in duas cõ„ cludi. Quarũ prior hæc eſt. Si aliqua propoſitio ſit „ poſſibilis, eadē eſt cõtingēs, eadē nõ eſt impoſſibilis „ & eius cõtradictoriũ non eſt neceſſariũ. Secũda re„ gula. Si aliqua ꝓpoſitio nõ eſt poſſibilis, eadē nõ eſt „ cõtingens, eadē eſt impoſſibilis, & eius contradictoriũ eſt neceſſariũ, Sub prima regula cõtinenť duę ſuperius aſſignatæ priores: ſub ſecunda, duæ poſteriores. ¶CAPVT XXIII.

¶De conditione quadam ad bonam æquipollentiam obſeruanda.

ET quidē pro aſſignatione ęquipollētiũ modaliũ de dicto ſingulari, cuiuſmodi iã poſitę ſũt. nihil ſupereſt difficultatis. In ijs vero quę ſũt de dicto cõmuni, hoc peculiariter obſeruandum eſt vt poſtrema ſemper ſit alterius quantitatis quã tres priores: vt ſi tres primę aſſignētur de dicto particulariter ſumpto, quarta ſit de dicto ſumpto vniuerſaliter: & econtrario, ſi tres primæ ſint de dicto ſumpto vniuerſaliter, quarta erit de dicto ſumpto particulariter. Vt verbi gratia, hæ æquipollent. Aliquod animal eſſe hominem eſt poſſibile. Aliquod animal eſſe hominem eſt contingens. Aliquod animal eſſe hominem non eſt impoſſibile. Omne animal non eſſe hominem non eſt neceſſe. Similiter & hæ ęquipollēt, Omne animal eſſe hoiem eſt poſſibile. Omne anial eſſe hominē eſt cõtingens. Omne anĩal eſſe hoĩem non eſt impoſſibile. Aliquod animal nõ eſſe hoĩem non eſt neceſſe. ¶Quod aũt debeat neceſſario fieri huiuſmodi mutatio quantitatis, manifeſte demõſtrať, tũ ex ſuprapoſitis regulis, tũ ex vi rationis cogentis. Ex regulis quidē ſuprapoſitis id patet. In ſingulis enĩ, quarto loco dicebať, eius cõtradictorio attribuiť neceſſe, vel ab ei9 cõtradictorio remouetur neceſſe. In alijs autē tribus prioribus locis, dicebatur eidē attribuiť vel ab eodē remouetur. Manifeſtum eſt autē, cõtradictorias de dicto cõmuni debere eſſe diuerſas ſecũdum quantitatem, Sunt enim vniuerſalis affirmatiua & particularis negatiua vel vniuerſalis negatiua & particularis affirmatiua.

¶Ex

¶ Ex ratione autem cogente ita id mõſtratur: quoniam niſi muteĩ quãtitas, poterit dari, propoſitio de poſſibili vera, propoſitione de neceſſario in eadẽ linea ſiue in eodẽ angulo exiſtẽte falſa. Qđ licet non poſſit in quibuſlibet propoſitionib9 paſſim mõſtrari, in duob9 tamẽ caſib9 clare id mõſtraẽ. Primũ quidem in iſtis. Aliquã perſonã in diuinis eſſe patrẽ eſt poſſibile. Aliquã perſonã in diuinis eſſe patrẽ eſt cõtingẽs. Aliquã perſonã in diuinis eſſe patrẽ non eſt impoſſibile. Aliquã perſonã in diuinis nõ eſſe patrẽ nõ eſt neceſſe, Hic manifeſtũ eſt tres priores eſſe veras. Quarta autẽ falſitatẽ habet. Significat eñ, hanc propoſitionẽ nõ eſſe neceſſariã, aliqua perſona in diuinis nõ eſt pater: quod falſum eſt. Oĩno eñ neceſſarium eſt, aliquã perſonã in diuinis nõ eſſe patrem. Neceſſe eſt eñ, ſemper eſſe filiũ, item & ſpiritũ ſanctum, quorũ neuter eſt pater, ſed ſunt diſtinctę perſonæ. Si autẽ, mutato ſcđm quantitatẽ dicto, ſic quartam aſſignaueris. Omnẽ perſonã in diuinis nõ eſſe patrẽ nõ eſt neceſſe, rectã habebis æquipollentiã. Eſt eñ hæc vera, ſicut reliquæ. E cõtrario, ſi õnes aſſignatæ fierẽt vniuerſales, hoc modo. Omnẽ perſonã in diuinis eſſe patrẽ eſt poſſibile, eſt cõtingẽs, nõ eſt impoſſibile: & omnẽ perſonã in diuinis non eſſe patrem non eſt neceſſe, tres primę ſunt falſę, ſola quarta vera eſt. Significat eñ, iſtã non eſſe propoſitionẽ neceſſariã. Omnis perſona in diuinis non eſt pater: quod proculdubio eſt verũ. Adeo eñ illa nõ eſt neceſſaria, vt etiã nõ ſit poſſibilis. Si autẽ quarta fuerit particularis, erit falſa ſicut reliquæ. Si enim dixeris Aliquam perſonam in Diuinis non eſſe patrẽ non eſt neceſſe, falſitatem eloqueris: cum omnino ſit neceſſarium, aliquam perſonam non eſſe patrem, videlicet filium vel ſpiritum ſanctum, ¶ Præterea, extra terminos huiuſmodi in Diuinis declarari idem poterit, in his propoſitionibus.

Alquod animal eſſe hominem eſt poſſibile.
Aliquod animal eſſe hominem eſt contingens.
Aliquod animal eſſe hominem non eſt impoſſibile
Aliquod animal non eſſe hominem nõ eſt neceſſe:

ſuppoſita opinione Ariſtotelis, falſa quidem illa, ſed in naturali ratione probabili, quod ab æterno fuiſſet mundꝰ ſine principio & fine, quodq; ab æterno fuiſſent ac imperpetuũ forẽt ſingulæ rerũ ſpecies, & q̄d neceſſario fuiſſent ac forẽt õnes ſpecies vniuerſi. Secundũ hãc ſuppoſitionẽ, tres primæ veritatẽ habẽt, quarta ſola falſitatẽ. Significat em̃ hãc propoſitionẽ Aliquod aĩal nõ eſt homo, nõ eſſe neceſſariã, cũ vere ſit illa neceſſaria, ſcd̃m hãc ſuppoſitionem. Si em̃ neceſſe eſt equũ eſſe & leonẽ, quæ non poſſunt eſſe homines & neceſſario ſunt aĩalia, neceſſe quoq; eſt aliquod animal nõ eſſe hominẽ. E contrario, ſi õnes aſſignaueris vniuerſales, tres primæ erũt falſe, quarta ſola vera. Hæ em̃ falſæ ſunt, iuxta prædictã ſuppoſitionẽ. Omne aĩal eſſe hominẽ eſt poſſibile, eſt cõtingens, nõ eſt impoſſibile. Iſta eſt vera. Omne aĩal nõ eſſe hominem nõ eſt neceſſe. Sẽſus em̃ iſtius eſt. Hæc nõ eſt neceſſaria. Omne animal nõ eſt homo. Atq; id verũ eſt. Quõ em̃ eſſet neceſſaria, quæ neq; poſſibilis eſt? Si autẽ quartã aſſignaueris vniuerſalem cũ prioribus particularibus, omnes ſimul habebis veras: ſi quartã particularẽ cũ primis vniuerſalibus, õnes ſimul habebis falſas, ſicq; vere æquipollẽtes habebis. ℭHoc autẽ vniuerſaliter notandũ eſt, in õnibus iſtis quatuor angulis illã quæ ſimpliciſſima eſt. i. illã quæ nõ habet modũ negatũ, in ſuo angulo ſiue in ſua linea cõſyderari vt præcipuam, vtpote quæ ſit intellectu facilior: cæteræ vero, ſecundum æquipollentiã ad hãc conſyderantᷣ. Vt in linea Amabimus, propoſitio de poſſibili eſt præcipua: itẽ in linea ſcd̃a, Edentuli. In tertia autẽ, Iliace, illa de impoſſibili pręcipua eſt. In quarta vero, illa de neceſſe. Poſſibile autẽ & cõtingens, capiuntᷣ pro eodem. Ideo de vtriſq; idẽ eſt iudiciũ. Capitᷣ em̃ hic contingens generaliter, pro õni eo q̄d ſic eſſe poteſt, etiam ſi nõ poſſit aliter ſe habere. Alias vero accipitᷣ ſpeciealiter, pro eo quod poteſt eſſe & poteſt nõ eſſe: quomodo nõ conuertitᷣ cum poſſibili. Nã & neceſſaria poſſibilia ſunt, non autẽ contingentia, hoc ſane modo.

ℭCAPVT. XXIIII.

¶ De oppoſitionibus modalium.

DE modalibus diuiſis iam ſupra diximus, eas per õnia ſequi legẽ propoſitionũ ſimpliciũ, quas vocãt de ineſſe. Sunt em̃ hæ cõtrariæ. Omnis homo neceſſario ſpirat. Omnis homo impoſſibiliter ſpirat. Hæ ſubcõtrariæ. Quidam homo poſſibiliter ſpirat. Quidã homo poſſibiliter non ſpirat. Hæ cõtradictoriæ. Omnis homo neceſſario ſpirat. Quidã homo poſſibiliter nõ ſpirat. Itẽ. Omnis homo impoſſibiliter ſpirat. Quidã homo poſſibiliter ſpirat. Hæ ſubalternæ, Omnis homo neceſſario ſpirat. Quidam homo poſſibiliter ſpirat. Omnis homo impoſſibiliter ſpirat. Quidã homo poſſibiliter nõ ſpirat. Nec eſt ſpeciale quid obſeruãdum in huiuſmodi oppoſitionib9; niſi quod in cõtrarijs caueat ne modus ponat vtrobiq; particularis; in ſubcõtrarijs, ne vtrobiq; ponat modus vniuerſalis. In cõtradictorijs, ne idem modus vel vniuerſalis vel particularis in vtraq;. In ſubalternis, ne ponat mod9 vniuerſalis in particulari qui nõ fuerit poſit9 in vniuerſali. ¶ Hæ em̃ non ſunt cõtrariæ. Omnis homo poſſibiliter ſedet. Omnis homo poſſibiliter non ſedet; quoniã ſunt ambæ ſimul veræ. Hæ nõ ſunt ſubcontrariæ. Aliquis homo neceſſario ſedet. Aliquis homo neceſſario nõ ſedet. Ambæ enim ſimul ſunt falſæ. Hæ non ſunt contradictoriæ, Omnis homo neceſſario ſedet. Aliquis homo neceſſario non ſedet, quoniã ſunt ambæ ſimul falſæ. Neq; item hæ cõtradicunt, Omnis homo poſſibiliter ſedet. Aliquis homo poſſibiliter non ſedet; quoniã ſunt ambæ ſimul veræ. Nec hæ ſunt ſubalternæ; Omnis homo poſſibiliter ſpirat. Aliquis homo neceſſario ſpirat. Eſt enim vniuerſalis vera, particulari exiſtente falſa. In primis duab9, eſt idem modus particularis, cũ deberet vt minimũ in altera eſſe vniuerſalis. In ſecundis eſt idẽ modus vniuerſalis, cũ deberet vt minimum in altera eſſe particularis. In tertijs, eſt idem modus vniuerſalis vel idẽ particularis, cũ deberet in altera eſſe vniuerſalis & in altera particularis. In quartis eſt modus vniuerſalis in particulari, qui non eſt in

vniuerſa

vniuerſali. ¶ Et hæc quidẽ de modaliũ diuerſarum oppoſitionib⁹ obiter dicta ſufficiant. Quantũ vero ad compoſitas, quæ hic ex propoſito ſpeciali opera tractanť, primum eſt cognoſcendum, quę lineæ quibus, quo modo opponanť. Sunt eñ lineę contrarię, illa quæ ſignificať per vocabulũ effictum. Purpurea cum illa quæ per Iliace. Subcontrarię vero ſunt, Amabimus & Edentuli. Contradictorię, Purpurea & Edẽtuli: item, Iliace & Amabim⁹. Subalternæ autẽ Purpurea & Amabim⁹: item Iliace & Edẽtuli. Vnde propoſitiones in purpurea & Iliace adinuicẽ cõtrariantur. In Amabim⁹ & Edentuli ſubcontrariantur, in Purpurea & Edẽtuli, in Iliace itẽ & Amabimus contradicũt. In Purpurea & Amabimus, item in Iliace & Edẽtuli ſubalternanť adinuicẽ. Et quidẽ in iis quæ ſunt de dicto ſingulari, ſpecialis nulla occurrit difficultas, niſi qđ in ſuis lineis eo modo quo ſupra dictũ eſt cõſtituanť. Omnes eñ quæ in lineis ſic vel ſic oppoſitis inueniunť, ſic aut ſic erũt oppoſitæ. Verũ in iis quæ ſunt de dicto cõmuni, eſt difficultas ſpecialis. Nõ eñ indifferẽter quælibet in lineis cõtrariis poſitæ contrarianť, neq; in ſubcontrariis lineis quælibet indifferẽter opponunť ſubcontrariæ neq; in cõtradictoriis cõtradictoriæ; ſed in ſingulis magna cautio eſt adhibẽda, vt debita fiat oppoſitarum aſſignatio. ¶ Pro cuius clariori intellectu notandum eſt in ſingulis oppoſitionib⁹ aliquem modum præcipuũ vel modos plures præcipuos inueniri ſecundũ quos cõſyderetť primaria oppoſitio talis vel talis: & quæ tales modos præcipuos cõtinẽt propoſitiones, vt primario ſic vel ſic oppoſitę veniunt conſyderãdæ. Cæteræ vero in eiſdẽ lineis, ſecundum cõparationem ad has pręcipuas cõſyderari debent. Videlicet in lineis contrariis, Purpurea & Iliace, præcipu⁹ modus eſt neceſſe: ac proinde propoſitiones modũ illum continentes, vt præcipuas inter contrarias oportet conſyderare. In lineis ſub contrariis Amabim⁹ & Edentuli, propoſitiones de poſſibili ambæ principaliter veniũt ſpectandæ. In lineis cõtradictoriis, altera de neceſſe & altera de poſſibili

In ſubal

In ſubalternis itē,de neceſſe altera & altera de poſſi-
bili.Vt ergo ſciaſ quarūlibet propoſitionū in.Pur-
purea & Iliace recta contrarietas, præcipue oportet
cōſyderare illas de modo neceſſe, quæ ſi inuētæ fue
rint vere cōtrariæ,& cæteræ æquipollētes cōtrariæ
erunt:ſin aliter,nec illæ erunt cōtrariæ.Ita dicendū
de habentib9 modū poſſibile,quantū ad ſubcontra-
rietatem,& ita in cæteris.¶Ad hoc autē vt propoſi
tiones de modo neceſſe in lineis cōtrarijs poſitę,ve
re contrarienſ,cautio eſt adhibēda,vt dictū non po
natur in vtraq; particulariter,ſed vt minimū in al-
tera vniuerſaliter:quod ſi in vtraq;,tanto erit forti-
or contrarietas.Si vero in neutra ponaſ vniuerſali
ter nō ſolū nō erunt cōtrariæ,verumetiā nullā par-
ticipabunt oppoſitionis legem.Vt iſta in Purpurea
Omnē hominē ſpirare eſt neceſſe, cōtrariatur huic
in Iliace.Omnē hominē nō ſpirare eſt neceſſe.Imo
& iſtæ contrarianſ.Omnē hominē ſpirare eſt neceſ
ſe.Aliquē hominē non ſpirare eſt neceſſe.Legē em̄
cōtrariaꝝ iſtæ participāt,quoniā ſimul falſæ inueni
ri poſſunt,ſimul verę nō poſſunt.Sed non ita ꝓprie
nec ita fortiter contrariātur,vt priores ambæ de di-
cto vniuerſali.Iſtę vero nō opponunſ contrarie.A-
liquem hominē ſpirare eſt neceſſe. Aliquē hominē
non ſpirare eſt neceſſe:cū denſ eiuſmodi ſimul ve-
ræ,vt(iuxta Ariſtotelis ſupiadictā opinionē) Aliqđ
animal eſſe hominē eſt neceſſe.Aliquod animal nō
eſſe hominē eſt neceſſe.Item illę.Aliquā perſonā in
diuinis eſſe patrē eſt neceſſe.Aliquā perſonam in di
uinis non eſſe patrem eſt neceſſe. ¶In cæteris au
tem propoſitionibus diſpoſitis in Purpurea & Ilia-
ce,nēpe in ijs de poſſibili,contingenti & impoſſibi-
li,non eſt hæc cautio obſeruanda, imo non licet in
eis dictum vtrobiq; ſumi vniuerſaliter,ſed vt mini-
mum in altera particulariter poni debet: & melius
fuerit,ſi particulariter in vtraq;. Cuius ratio ex dic-
tis manifeſta eſt. Si em̄ tres primę,de poſſibili con-
tingenti & impoſſibili,fuerunt de dicto vtrobiq; v-
niuerſali,quartæ ergo de neceſſe erunt ambę de di-
cto particulari;eo quod in quarta oporteat mutari
quantita

quantitatẽ dcti, vt in præcedentibus declaratum eſt. Nõ ergo erũt illæ de neceſſe cõtrariæ, nec proinde reliquæ. Et ſi tres primę tam in purpurea quã in Iliace fuerint de dicto particulari, tãto erit oppoſitio cõtraria fortior: quoniã ſic ambæ de neceſſe erũt de dicto vniuerſali, in quib9 dixim9 eſſe maximã contrarietatẽ. Ad hoc ergo vt propoſitiões de dicto cõmuni in Purpurea & Iliace vere cõtrarient, primæ tres aſſignent de dicto particulari, vltimæ duæ de dicto vniuerſali: & erit optima cõtrarietas. Si vero ordine conuerſo in vtraq; linea, aſſignatæ fuerint tres primæ vniuerſales, & duæ vltimę particulares non habebit contrarietas, imo oppoſitio nulla erit.

¶Ad hoc autẽ vt vere ſint ſubcõtrariæ in Amabimus & Edẽtuli propoſitiones de poſſibili (quas diximus in oppoſitione iſta eſſe præcipue ſpectandas) cautio eſt adhibẽda, ne dictũ teneatur in vtraq; vniuerſaliter, ſed vt minimũ in altera particulariter, & ſi in vtraq;, melior erit ſubcõtrarietas. Si vero in vtraq; dictũ ponat vniuerſaliter, non ſolũ non erunt ſubcõtrariæ, ſed nullã omnino oppoſitionis legem participabunt, Vt hæ ſunt ſubcõtrariæ. Aliquẽ hominem ſedere eſt poſſibile. Aliquẽ hominẽ nõ ſedere eſt poſſibile. Itẽ & iſtæ. Aliquẽ hominẽ ſedere eſt poſſibilę. Omnẽ hominem non ſedere eſt poſſibile Nã & hæ ſubcontrariarũ legẽ participant, quoniã ſimul veræ eſſe poſſunt & ſunt, ſimul autẽ falſæ eſſe nõ poſſunt. Sed priores vident melius opponi oppoſitione ſubcõtraria, eo qd in vtraq; dictũ particulariter teneat. Hæ vero nõ ſunt ſubcõtrarię. Omnẽ hominẽ ſedere eſt poſſibile, Omnẽ hominẽ nõ ſedere eſt poſſibile; quoniã ſimiles quæ poſſunt inueniri ſimul falſæ, vt hæ. Omne animal eſſe hominẽ eſt poſſibile. Omne animal nõ eſſe hominẽ eſt poſſibile, iuxta ſupradictã opinionẽ Ariſtotelis. Item iſtæ. Omnẽ perſonã diuinã eſſe patrẽ eſt poſſibile Omnẽ perſonã diuinã non eſſe patrẽ eſt poſſibile. Nõ ergo legẽ participant ſubcontrariarũ. Sed neq; contrariarum, quoniã ſimiles duę dant ſimul vere, nẽpe iſtæ Omnẽ hominẽ ſedere eſt poſſibile. Omnẽ hominẽ non ſede

nō ſedere eſt poſſibile. Multo minus autē participabunt legē contradictoriarū: quæ nec ſimul veræ nec ſimul falſæ eſſe poſſunt. De ſubalternis vero nulla eſt apparētia. Nullā ergo legē participāt. ¶ Ad hoc autē vt propoſitiōes de neceſſe & poſſibili vere cōtradicāt in Purpurea & Edētuli, ſiue in Iliace & Amabimus, neceſſe eſt dictū nec in vtraq; vniuerſaliter, nec in vtraq; particulariter poni, ſed in altera vniuerſaliter & in altera particulariter, vt. Omne animal eſſe hominē eſt neceſſe, in Purpurea, contradicit huic in Edētuli. Quoddā anīal nō eſſe hominem eſt poſſibile, & iſta in Iliace. Omne anial nō eſſe hominē eſt neceſſe, cōtrariatur huic in Amabimus. Quoddā animal eſſe hominē eſt poſſibile. Si vero dictū teneatur in vtraq; vniuerſaliter, vt in his. Omne animal non eſſe hominē eſt neceſſe. Omne anial eſſe hominē eſt poſſibile, nō erunt cōtradictoriæ: cū ſimul dentur falſæ. Et hæ in Purpurea & Edētuli, ambæ de dicto particulari. Aliquod anīal eſſe hominē eſt neceſſe. Aliqđ animal nō eſſe hominē eſt poſſibile, ſimiliter nō contradicūt, tametſi in lineis contradictorijs, quoniā dantur ſimul veræ. ¶ Nō dicim⁹ tamen in hac cautione ſicut in priorib⁹ diximus, eas quæ cōtra cautionē aſſignantur, nullā omnino legem participare. Nā illæ quæ dictū habent in vtraq; vniuerſaliter poſitū, legē contrariarū participant: eoqđ ſimul falſæ poſſint dari, non ſimul veræ. Quæ autē ambæ ſunt de dicto particulari, legē participant ſub contrariarū: quoniā ſimul veræ eſſe poſſunt, nō autē ſimul falſæ, id qđ ex ſuprapoſitis exēplis facile patebit cōſyderati. ¶ Poſtremo, ad hoc vt propoſitiones de neceſſe & poſſibili aſſignatæ i Purpurea & Amabimus, itē in Iliace & Edētuli, veræ ſint ſubalternę, cauendū eſt, ne dictum teneatur in illa de poſſibili vniuerſaliter, cū in illa de neceſſe poſitū fuerit particulariter. hæ em̄ nō ſunt ſubalternę. Aliqđ animal eſſe hominē eſt neceſſe. Omne anial eſſe hominē eſt poſſibile. Poteſt em̄ prior dari vera, quæ eſt de modo vniuerſali, poſteriori exiſtēte falſa, quę eſt de modo particulari, ſed illę ſubalternantur. Omne aīal eſſe

hominē

hominē eſt neceſſe. Omne aīal eſſe hominē eſt poſſibile: vel, aliquod anīal eſſe hominē eſt poſſibile. Vt ergo in ōnibus angulis ſingulæ propoſitiones ſecūdum angulorū̄ oppoſitionē vere opponant, & opponantur commodiſſime: aſſignādæ ſunt in omnibus quatuor angulis vbiqȝ tres primæ de dicto particulari, & quarta vbiqȝ de dicto vniuerſali. Ita em̄ habebitur perfecta cōtrarietas, ſubcontrarietas, contradictio, & ſubalternatio, nec erit vlla quærela. Propter quod, pro clariori, omnium intelligētia, coram oculis ſubiectam figuram proponimus.

CONTRARIÆ.

Purpurea Iliace

Aliqđ aľ nō eſſe hoiem non eſt poſ. Aliqđ. aľ. eē ho. non eſt poſſi.
Aliqđ aľ non eē ho. non eſt cōtingens. Ali. aľ. eē ho. nō eſt cōtin.
Aliqđ aial non eſſe ho. eſt impoſſibi. Aliqđ. aial eē ho. eſt impoſſi
Omne aial eſſe hoiem eſt neceſſe. Omne aľ non eſſe ho. eſt neceſ.

SVBALTERNÆ.

CONTRADICTORIÆ.

CONTRADICTORIÆ.

SVBALTERNÆ.

Amabimus Edentuli

Aliqđ aial eſſe hominem ē poſſibi. Aliqđ aľ. non eſſe ho. eſt poſſi
Aliqđ aial eſſe ho. eſt cōtingēs. Aliqđ aial non eſſe ho. eſt contin.
Aliqđ aial eſſe ho. nō eſt impoſſi. Aliqđ aľ nō eē ho. nō eſt impoſ
Omne ani, nō eſſe ho. nō eſt neceſ. Omne aľ eē ho. non eſt neceſ.

SVBCONTRARIÆ.

¶Caput

¶CAPVT XXV.

¶De conuerſionibus modalium.

SVpereſt,ad plenam modaliũ determinationem paucis earum conuerſionẽ explicare.Et primũ quidem,quantũ ad modales diuiſas,p er omnia ſit cõuerſio vt ſupra dictũ eſt,de ſimplicium propoſitionum cõuerſionibus.Vniuerſalis videlicet affirmatiua conuertitur in particularẽ affirmatiuã, per accidens.Vt iſta,Omnis homo poſſibiliter eſt animal,conuertitur in hãc,aliquod animal poſſibiliter eſt homo.Vniuerſalis negatiua conuertitur ſimpliciter.Vt iſta.Oïs homo impoſſibiliter vel non poſſibiliter eſt leo,in hanc. Omnis leo impoſſibiliter vel non poſſibiliter eſt homo. Conuerſione quoq; per accidẽs,conuertitur eadẽ in particularẽ negatiuã Vt iſta.Omnis homo impoſſibiliter eſt leo,cõuertitur per accidens in hãc,aliquis leo impoſſibiliter eſt homo.Particularis affirmatiua conuertiẽ ſimpliciter.Vt iſta,Aliquis homo poſſibiliter eſt aïal,in hãc Aliquod animal poſſibiliter eſt homo. ¶Hoc tantum cauendũ eſt,vt mod9 vniuerſalis affirmatiu9 in conuerſa poſitus,in conuertẽte mutetur in particularẽ:id eſt,vt pro neceſſario in conuerſa affirmatiua,ponaẽ poſſibiliter in conuertẽte,eo modo quo ſupra dictum eſt,ſignũ vniuerſale affirmatiuum in conuerſa poſitũ,non debere poni in conuertẽte,ſed pro eo accipiendũ eſſe ſignũ particulare. Quod aũt talis debeat mutatio fieri,manifeſte probatur,Si eñ non fiat,dabiẽ conuerſa vera ,conuertẽte exiſtẽte falſa.Iſta eñ eſt vera.Creans neceſſario eſt Deus.Significatur eñ ipſum qui eſt creator & creans eſſe neceſſario Deum,quod proculdubio ita eſt. Iſta tamẽ falſa eſt.Deus neceſſario eſt creãs:quoniã poteſt nõ creare.Debet ergo illi priori pro cõuertente hęc aſſignari.Deus poſſibiliter eſt creans. ¶De modo autẽ impoſſibili , per õnia ſicut de ſigno vniuerſali negatiuo dicendum eſt.Vnde ſicut ſignũ vniuerſale negatiuũ ſupra diximus in conuerſione non debere mutari in ſignũ particulare,ſed facit conuerſionẽ ſimplicem in propoſitione vniuerſali;in particulari nullã

ri nullam niſi per cōtrapoſitionē,ita impoſſibiliter nō op⁹ eſt mutari in cōuerſione propoſitionis vniuerſalis:in particulari autē,nullā facit cōuerſionem niſi per cōtrapoſitionē.Non enī ſequit.Aliqđ anial impoſſibiliter eſt homo,igit aliquis homo impoſſibiliter eſt anial.Sed per contrapoſitionē ſequit.Aliquod anial impoſſibiliter eſt homo,ergo,aliquid qđ eſt nō homo impoſſibiliter eſt nō anial. ¶Quantū ꝟo ad modales cōpoſitas,nō accipim⁹ conuerſionē niſi ex parte dicti.Et quædā quidē conuerti poſſunt quædā nō poſſunt.Illæ quę habēt modū neceſſe nō negatū,cōuerti poſſunt ſcdm exigentiā dicti:vt iſta. Nullū hominē eſſe leonē eſt neceſſe.cōuertit in hāc Nullū leonē eſſe hominē eſt neceſſe.Itē iſta.Aliquē hominē eſſe anial eſt neceſſe.in hāc. Aliquod anial eſſe hominē eſt neceſſe idq; cōuerſione ſimplici.Iſta Omnē hominē eſſe anial eſt neceſſe,in hāc conuertitur.Aliquod anial eſſe hominē eſt neceſſe,cōuerſione per accidēs.Et vniuerſaliter,vbi mod⁹ eſt neceſſe nō negatū,ſi dicit propoſitio cōuerti vel nō conuerti, quō eius dictū conuertit aut nō conuertitur. Vnde iſta.Aliquod anial nō eſſe hominē eſt neceſſe,cōuerti nō poteſt niſi per cōtrapoſitionē in hanc Aliquid quod eſt nō homo non eſſe nō anial eſt neceſſe.Similiter dicendū eſt de modo poſſibili nō negato,quod ſecundum rationem dicti cōuertatur aut non conuertat propoſitio in qua ille poſitus fuerit.

¶Propoſitiones autē de impoſſibili affirmato aut de poſſibili negato,nō poſſunt vniuerſaliter cōuerti ſecundū cōuerſionem dicti.Exempli gratia.Hæc propoſitio.Omne anial eſſe hominē eſt impoſſibile non poteſt conuerti in hanc per accidens.Aliquem hominē eſſe animal eſt impoſſibile,cū prima ſit vera(iuxta ſuppoſitionē frequenter factā) & poſterior falſa.Neq; iſta.Nullū hominē eſſe animal eſt impoſſibile,recte cōuertitur in hanc.Aliquod animal nō eſſe hominē eſt impoſſibile,cū prior ſit vera & poſterior falſa.Veruntamē in cōuerſione ſimplici poterit ſumi conuerſio ex parte dicti.Vt iſta. Nullum hominē eſſe animal eſt impoſſibile,recte cōuertitur in hāc

in hanc. Nullū animal eſſe homine eſt impoſſibile. Item iſta. Aliquē hominem eſſe leonem eſt impoſſibile, recte in hāc cōuertitur. Aliquē leonē eſſe hominem eſt impoſſibile. Similiter valet in cōuerſiōe per contrapoſitionem. Omnē hominē eſſe leonē eſt impoſſibile; igitur omnem nō leonem eſſe non hominem eſt impoſſibile. Aliquē hominē non eſſe animal eſt impoſſibile, ergo aliquod nō animal nō eſſe non hominē eſt impoſſibile. ¶In ſola ergo cōuerſione per accidēs impoſſibile affirmatū & poſſibile negatū (hæc em̄ æquipollent) non patiuntur ex parte dicti conuerſionē. Ordine tamē contrario propoſitio de impoſſibili quæ dictū habet particulare, per accidens conuerti poteſt in eā quę dictū habet vniuerſale. Vt iſta valebit cōuerſio. Aliquod anīal eſſe lapidem eſt impoſſibile, ergo. Omnem lapidem eſſe animal eſt impoſſibile. Item iſta. Aliquē hominē non eſſe animal eſt impoſſibile, ergo. Nullū animal eſſe hominem eſt impoſſibile. ¶Verum hæc cuiquā fortaſſe futilia & ſuperuacanea videbunt. Qui tamen penitius ea inſpexerit ac diligenter ea meditatus fuerit, videbit admirabilē profecto horū modorum ꝟtutem meritoq; hanc talem vel cohærentiam vel differentiā modoꝝ admirabit. Neq; ſophiſtica prorſus & inanis horū modorū conſyderatio exiſtimāda eſt neq; ōnino ſuperuacanea quę ad cognoſcendū occultas modorū horū vires adhibet inueſtigatio. Nunq̄ em̄ veteres illi Philoſophi ingenio acerrimo prędıti, tantā reb⁹ iſtis perueſtigandis & pertractādis impēdiſſent operam: ſi vel nihil vel minimū vtilitatis exiſtmaſſent in eis contineri.

¶DEO ſemper & vbiq; GLORIA.

LIBRI QVARTI CONSYDERATIONIS DIALecticæ, qui in inſcribit̄ de Syllogiſmo

 ¶Pręfa

¶PRÆFATIO.

Precipuus Dialecticæ finis eſt, de vnaquaq; re propoſita poſſe diſputando veritatem inquirere, falſitatẽ refutare. Hactenus autẽ non niſi de ſimplicib⁹ vocib⁹, aut enunciationib⁹ item ſimplicibus tractat⁹ vllus eſt habit⁹, quibus illud quod eſt præcipuũ Dialecticæ officiũ præſtari nequit. Non eñ quæſtionis dubiæ veritas poterit inueniri, donec tantũ conſyderationi ſimplicium vocum aut ſimpliciũ enunciationũ intendit animus. Verũ vbi enunciationẽ cœperit enunciationi ſecũdum debitum ordinẽ & modum cõponere, aliamq; ex alia connectẽdo colligere, hoc pacto ex dubijs rebus, quid verũ quid falſum, poterit dijudicari. Nunc itaq; poſt ſimplicium vocum & enunciationum determinationẽ figuraliter abſolutam, reſtat argumentationũ formas deliniare, modoſq; deſcribere, quibus commode alterum inferatur ex altero. Sunt autem augmentationis formæ ſiue ſpecies quatuor numero, ſyllogiſmus, inductio, enthymema, & exemplũ: de quibus hoc libro erit tractandum, precipue tamẽ & omniũ maxime de ſyllogiſmo, quæ eſt omniũ ſpecierũ argumẽtationis præcipua & præſtantiſſima: ad quã & cæteræ quodãmodo, vt ſolent imperfectiora ad perfecta, reducuntur. Et de his igitur ſuo loco poſterius dicendũ, pri⁹ tamen tota ſyllogiſmorũ vis, & omnes ſecundum formam ſyllogiſticã concludẽdi rationes explicandæ.

¶CAPVT PRIMVM.

¶De ſyllogiſmorum principijs materialibus.

Rincipio autẽ de ſyllogiſmorũ materia dicendũ, ac deinde quid ſyllogiſmus, & quotuplex, & quot figuris ac modis fiat, conſtituendũ. Eſt autẽ materia ſyllogiſmorũ, ſimplices enunciationes & termini: illa quidẽ propinquior, hæc autẽ remotior. Ex ſimplicibus namq; enunciationibus, tanquã ex partibus ſuis immediatis, cõponitur ſyllogiſmus; ex terminis autẽ, tanquam ex partibus re-

motioribus,cũ ipſæ enunciationes ſimplices ex terminis,tanquã partibus præcipuis & materia proxima cõponantur.Terminum ita definit Ariſtoteles. Definitio termini.

Terminus eſt,in quẽ reſoluit̃ propoſitio,vt p̃dicatũ,vel de quo prædicatur.

¶Hoc eſt termin9 eſt alterum extremũ propoſitionis,vtpote vel ſubiectum vel prædicatũ,ex quo tãquã ex parte propoſitio ipſa cõponitur. Vt cũ dico Homo eſt animal,duo hui9 propoſitionis termini ſunt,homo & animal,atq; in ipſos propoſitio illa reſoluitur.Dicitur enim res vnaqueq; reſolui in ſuas partes integrales,ex quibus componitur, vt domus reſoluitur in tectũ,parietes & fundamẽtum, homo in õnia ſua membra reſoluitur, aut in quatuor elementa ex quibus componitur. ¶Dicuntur autẽ termini in propoſitionibus,ſecundũ ſimilitudinem & cõparatione ad terminos locorũ, vt agrorũ aut ditionum.Sicut em̃ in his,terminorũ,alter eſt principium,alter finis ſiue clauſula,& mediũ eſt ſpaciũ, quod vtrumq; connectit extremũ: ſic & in propoſitione cõſyderatur alterũ extremũ tanquã oppoſitũ alteri,nimirũ vt ſubiectũ prædicato, & econtrario: media autẽ eſt verbalis copula,quæ adinuicem connectit extrema.Vnde liquet verbalẽ copulã non dicendã eſſe terminũ propoſitionis, ſed potius ipſius medium,amborumq; extremorum copulam. ¶De propoſitione autem,materia propinqua ſyllogiſmi, quoniã plene tractatum eſt libro præcedenti, ſimul & de omnibus eius ſpeciebus atq; conditionib9 in præſentarium latius tractare omittimus.

¶CAPVT SECVNDVM

¶De definitione ſyllogiſmi.

SYllogiſmum ita definit Ariſtoteles.

Syllogiſm9 eſt oratio,in qua q̃buſdã poſitis,aliud quiddã ab his quę poſita ſũt ex neceſſitate accidit,eo qđ hęc ſũt Definitio ſyllogiſmi.

¶Quæ definitio ſic eſt exponenda. Syllogiſmus eſt oratio hypothetica ſiue cõpoſita, in qua pro antecedente quibuſdam poſitis, id eſt, præmiſſis duabus in certo modo & certa figura diſpoſitis, ſecundum neceſſariam illationẽ aliud quiddã, nempe ipſa concluſio conſequitur, eo quod hæc ſunt. i. ex vi præmiſſarum illarum, eo quod illæ ſic ſint certo modo & figurã diſpoſitæ. Exempli gratia. Hic eſt ſyllogiſmus Omne animal eſt ſubſtãtia, & omnis homo eſt animal, igitur omnis homo eſt ſubſtãtia. In hac em̃ totali cõpoſita oratione, duę propoſitiones præmittũtur in certo modo & figura adinuicẽ diſpoſitę, videlicet. Omne aĩal eſt ſubſtãtia, & õnis homo eſt animal: ex quib⁹ ita diſpoſitis, vtute talis diſpoſitionis ſequiť concluſio. Omnis homo eſt ſubſtãtia: eſtq; ipſa cõcluſio aliud quiddã a præmiſſis, quoniã neutri præmiſſarũ eſt eadẽ, ſed cum vtraq; partim cõuenit partim differt. Cõuenit ſcđm vnũ extremũ, differt ſcđm alterũ. Vtriuſq; em̃ præmiſſæ alterũ tantũ extremũ habet concluſio. ¶Et quidem ſignanter dictum eſt, aliud quiddam ex neceſſitate accidit. Alioqui hic poſſet videri ſyllogiſmus. Omne animal eſt ſubſtantia, & omnis homo eſt animal, igitur omne animal eſt ſubſtãtia, vel igitur omnis homo eſt animal. Hic autẽ concluſio non eſt aliud quiddam ab vtraq; præmiſſarũ, ſed cum altera eadem. Similiter neq; iſte ſyllogiſmi meretur appellationem Omnis homo eſt homo, & õnis homo eſt homo, ergo omnis homo eſt homo. Eſt em̃ hic cõcluſio eadem cũ vtraq; præmiſſarũ. Propter quod, ſyllogiſmus plane fatuus & ridiculus ille ſolet nominari. ¶Ex neceſſitate autem accidere eſt, neceſſario cõſequi, ſiue ſecundum neceſſariam conſequẽtiam inferri, ita vt non poſſint eſſe veræ propoſitiones illæ ſic præmiſſæ in certa diſpoſitione ſua, niſi & concluſio veritatem habeat ſimul. Huius defectu iſte non eſt ſyllogiſmus. Omne animal eſt ſubſtãtia, & omnis homo eſt animal, igitur omnis homo ſaluabitur. Non em̃ concluſio ex præmiſſis per neceſſariam conſequentiam infertur. Hac particula excluduntur a definitione ſyllo

ne ſyllogiſmi, omnes illi qui in modis fiunt inutilibus, de quib⁹ dicetur poſterius. Mali em̄ ſyllogiſmi, ſimpliciter ſyllogiſmi non merentur appellari. ❡Poſtremo adijcitur, eo quod hęc ſunt Non em̄ ſatis eſt, concluſionem ſequi neceſſario ex præmiſſis diſpoſitis, ſed oportet concluſionē inferri ex præmiſſis, ex v̄tute talis diſpoſitionis qua adinuicem ſunt diſpoſitæ. Vnde hic nō eſt ſyllogiſmus. Omne animal eſt ſubſtantia, & omnis homo eſt animal, igitur omnis homo eſt riſibilis. Concluſio quidē ſequitur neceſſario ex præmiſſis, quoniā (iuxta communem regulam) neceſſarium ſequitur ad quodlibet vel ex quolibet, ſicut ad impoſſibile vel ex impoſſibili ſequitur quodlibet. Verum concluſio illa non inferē ex præmiſſis, ratione illius certæ diſpoſitionis, qua adinuicē diſponuntur in primo modo primę figurę de quo poſterius dicet̄. Non em̄ iſta concluſio. Omnis homo eſt riſibilis maiorē habet habitudinē vel proportionē ad pręmiſſas illas quam iſta concluſio Omnis homo eſt aſinus, quæ tamen nō poteſt ex illis præmiſſis inferri. Vnde quod concluſio illa primà ſequat̄, ex ſua neceſſitate tantū habet. ❡Excluduntur autē ab hac ſyllogiſmi definitione tres aliæ ſpecies argumentationis, enthymema, inductio, exēplum: quoniā in eis vel nō ſunt plures propoſitiōes præmiſſæ pro antecedēte, vel ſi plures ſint nō ſunt in figura & modo diſpoſitæ, eo modo quo diſponūtur ſyllogiſmi nec cōcluſio in eis ſequit̄ propter talem diſpoſitionē. In enthymemate quidē, plerunq; vna tantū propoſitio pro antecedēte ponitur, & altera ſubticetur. In exēplo ſimiliter vna tantū. In inductione vero, & ſi propoſitiones plures præmittātur non tamen in figura & modo adinuicē ſunt diſpoſitæ.

❡CAPVT III.

❡E e ſyllogiſmo perfecto & imperfecto.

Diuiditur autē ſyllogiſmus in ſyllogiſmū perfectum, & ſyllogiſmum imperfectū, qui ab Ariſtotele ita definiuntur.

Syllogiſmus perfect⁹ eſt, qui nulli⁹ al-

Definitio syllogiſmi perfecti & imperfecti

terius indiget præter ea quæ ſumpta
ſunt, vt appareat neceſſariũ. Syllogiſ-
mus imperfectus eſt, qui vniꝰ aut plu-
rium indiget, quę ſunt quidem neceſ-
ſaria per ſumptos terminos, non autẽ
per ſumptas propoſitiones.

¶ Quarũ definitionũ hic eſt intellectꝰ. Syllogiſmꝰ
perfectus ille eſt, qui in cõcludendo tam eſt euidens
ex ipſa pręmiſſarũ diſpoſitione, vt nõ indigeat vlla
reductione ad aliũ modũ euidentiorẽ, ad oſtenden-
dum neceſſariam illationẽ concluſionis ex præmiſ-
ſis: neq; opus eſt adhibere cõuerſionẽ vllius propo-
ſitionis, aut pręmiſſarũ tranſpoſitionem, aut redu-
ctionem per impoſſibile, ad demonſtrandũ talis cõ-
ſequentiæ neceſſitatem, ſed ex ipſa præmiſſarũ diſ-
poſitione per ſe euidens eſt illatio cõcluſionis. Syl-
logiſmus autẽ imperfectus ille eſt, qui licet bene &
neceſſario inferat concluſionem, nõ eſt tamen ex ſe
euidens illatio: ſed vt conſtet de bonitate illationis,
opus eſt adhibere vnum vel plura, vtpote vel con-
uerſionẽ vnius aut plurium propoſitionũ, aut tranſ-
poſitionem pręmiſſarũ, vel ſimul vtrunq; vel re-
ductionẽ ad impoſſibile, vt ſic reducendo modum
minus euidentẽ ad alium euidẽtiorẽ & perfectiorẽ
appareat ille neceſſario concludens. ¶ Propter
hoc in definitiõe dicitur; quæ ſunt quidẽ neceſſaria
id eſt, quæ vnũ vel plura ſunt neceſſaria ad oſtenſi-
onẽ bonitatis ſyllogiſmi, vt conſtet de neceſſaria il-
latione. Quod aũt ſequitur, per ſumptos terminos
nõ autem per ſumptas propoſitiones, indicat, in re-
ductione ſyllogiſmi imperfecti ad perfectum debe-
re quidem ſeruari eoſdẽ omnino terminos, ſed non
eaſdem propoſitiones: cũ plærunq; in huiuſmodi
reductione vſus ſit conuerſionis alicuius aut aſſum-
ptionis cõtradictorij, quemadmodũ ſuo loco poſte-
rius de-

rius dicetur,& per ſingulas plenius declarabitur.
¶Nūc autē exēplo vnico clarū faciamus quod dicitur. Hic ſyllogiſmus. Omne anīal eſt ſubſtantia,omnis homo animal eſt,igit̄ omnis homo eſt ſubſtātia eſt perfectus ſyllogiſmus:qm̄ tam eſt per ſe euidens tam apparēs eſt,ex ipſa præmiſſaꝝ tali diſpoſitione, illatio bona cōcluſionis, vt nemo ſanæ mētis de ea poſſit dubitare. Naturę em̄ lumē ſtatim docet,illam collectionē eſſe optimam. Vnde ſyllogiſmus ille ad hoc vt appareat neceſſariū,id eſt,neceſſario concludens,nullius indiget:ſed per ea quę ſumpta ſunt.i. per aſſumptas præmiſſas ſuas habet euidentiā. Cuiꝰ em̄ bonitas & neceſſitas per ſe euidēs eſt,nō eget reductione vlla vt appareat:ſicuti id quod per ſe lucidū vel luminoſum eſt,nō indiget adhibitione alterius luminis,vt ipſius lumē manifeſtū fiat. ¶At uero hic ſyllogiſmus. Omne animal eſt ſubſtantia, & omnis homo eſt animal,igitur quædā ſubſtantia eſt homo,imperfectus eſt. Non em̄ per ſe euidēs eſt eiꝰ bonitas ſiue neceſſitas illationis:ſed vt appareāt illa,opus eſt ſyllogiſmū iſtū reduci ad alium alterius modi,per medium cōuerſionis ipſius concluſion.s. Ex illis nanq; præmiſſis, immediate & euidenter ſequitur hæc cōcluſio Omnis homo eſt ſubſtātia : ac deinde,quia ad hanc ſequitur per cōuerſionem per accidens iſta.Quędam ſubſtātia eſt homo,inde patet,quod recte & iſta illata fuerit ex eiſdē præmiſſis. Atq; ita manifeſte patet,quomodo ſyllogiſmus iſte vt appareat neceſſario concludens, eget alicuius, nempe adminiculo conuerſionis,per quam reducitur ad alium modum perfectum. Quot autem ſint modi perfecti,& quot imperfecti, quomodo etiam ſinguli modi imperfecti ad ſingulos perfectos poſſint & debeant reduci,poſterius ſuo quodq; loco dicetur.

¶CAPVT QVARTVM.

¶De principijs regulatiuis ſyllogiſmi.

VNde autem vim & robur ſuæ illationis habeat ſyllogiſmus.breuibus indicat Ariſtoteles,cum definit dici de omni & dici de nullo hoc modo.

Quid dici de omni & dici de nullo.

Dici de omni eſt, quando nihil eſt ſumere ſubiecti, de quo nõ dicatur prædicatum. Dici de nullo, eſt quando nihil eſt ſumere ſubiecti a quo non remoueatur prædicatum.

Quas definitiones ſic intellige. In illa propoſitione dicit̃ prędicatũ de omni, quæ ſic ſignificat p̃dicatũ conuenire ſubiecto ſcd̃m affirmationẽ, vt nihil poſſit ſumi cõtentũ ſub ſubiecto, de quo non dicat̃ ſiue dici denotet̃ prędicatũ. In illa aũt ꝓpoſitiõe eſt dici de nullo, q̃ ſic ſignificat p̃dicatũ negari de ſubiecto, vt nihil poſſit ſumi ſub ſubiecto illo, de quo nõ neget̃ ſiue negari denotet̃ prædicatũ. In omni.ſ. ꝓpoſitione vniuerſali affirmatiua eſt dici de omni & in omni ꝓpoſitiõe vniuerſali negatiua, eſt dici de nullo. Cõuenitq; ipſum dici de omni vel de nullo, prædicato talis ꝓpoſitionis. Ipſius em̃ eſt dici vel prædicari. ¶Nõ refert autẽ, ſiue vere dicatur, ſiue falſe, vere itẽ neget̃ aut falſe. Cũ em̃ dico. Omnis homo eſt leo, prædicatũ de omni dicitur, & cũ dico. Nullus homo eſt aial, prędicatũ de nullo dicit̃. Non em̃ quid ſit, ſed quid ꝓpoſitiones ſignificẽt, cõſyderat̃. In prima em̃ hoc ſignificat̃ prædicatũ ſubiecto conuenire, ſcd̃m omnia ſuppoſita eius, ita vt nihil ſubſumi poſſit ſub eo, cui nõ cõueniat p̃dicatũ, In altera denotat̃ prædicatũ negari de ſubiecto pro ipſius quolibet ſuppoſito, ita vt nihil poſſit ſubſumi ſub eo de quo nõ negetur prædicatũ. ¶Ex his autẽ definitionibus dici de omni & de nullo, ſolent elicere duas regulas ſiue maximas, quas vocãt pricipia ſyllogiſmorũ regulatiua, eo quod ſyllogiſmoꝝ bonitas tota videatur illis inniti & corroborari. Regulæ autẽ hæ ſunt. Quicquid de ſubiecto quopiã dicitur

Maximæ ſyllogiſmorũ regulatiuæ.

„ vt de omni, dicit̃ & de quolibet ſubſumpto ſub eo.
„ Quicqd de ſubiecto quopiã dicit̃. Vt de nullo, remouet̃

mouetur a quolibet ſubſūpto ſub eo. Per primam re gulanť ſyllogiſmi affirmatiui, per ſcd̃am negatiui. Et pfecti quidē immediate his regulanť, imperfecti vero mediate tantū, quaten⁹ videlicet ad perfectos reducuntur, qui eis immediate regulātur.

¶CAPVT QVINTVM.

¶De triplici figura ſyllogiſmorum.

SCiēdū aūt imprimis, ꝙ ōnis ſyllogiſm⁹ ſimplex (de quo in ꝓpoſito loquimur) ex tribus tantū terminis cōſtat, & ex tribus ꝓpoſitionib⁹, concluſione adnūmerata pręmiſſis, quę ſemꝑ ſunt duæ. Cū igitur tres ꝓpoſitiones debeat habere ſyllogiſmus, & nō poſſit niſi tres habere terminos, oportet vnūquęꝗ illorū bis ſumi, vt ternari⁹ habeať propoſitionū. Horꝫ autē triū terminorꝫ vn⁹ vocatur medium, alter maior extremitas ſiue maius extremū, tertius minor extremitas vł min⁹ extremū. ¶Medium eſt termin⁹, qui bis ſumiť ante cōcluſionē. Maior extremitas eſt termin⁹, qui ſumitur cum medio in maiori ꝓpoſitione. Minor extremitas eſt terminus qui ſumitur cū medio in minori propoſitione. Maior propoſitio illa ꝑprie dicitur, in qua eſt principale robur ſyllogiſmi, & in qua potiſſimum virtus fundatur illationis. Minorē vere illam dicimus, quæ minus videtur habere roboris ad illationem. Exempli gratia, in hoc ſyllogiſmo. Omne animal eſt ſubſtantia, omnis homo eſt animal, ergo omnis homo eſt ſubſtantia, terminus animal eſt medium, quia ante concluſionē bis ſumitur: ſubſtātia eſt maior extremitas, quia cum medio ſumitur in maiore propoſitione: homo vero eſt minor extremitas, quia cum medio ſumitur in minori propoſitione. Quid medium maior extremitas & minor

¶Ad diſcernendū autem, quæ pręmiſſarū ſecundū veritatē ſit maior, quæ minor, non ſolum conſyderādus eſt localis ſitus; ita vt illa vniuerſaliter exiſtimetur maior quæ priori loco poniť. Sæpe eñ quæ primo loco ponitur, in veritate minor eſt, & quæ ſecundo loco maior. Vt in hoc ſyllogiſmo. Quidā homo eſt animal & nullus leo eſt homo igiť quoddam animal non eſt leo, prior pręmiſſa ſecundū veritatem

ANte vero quã ſingularũ figurarũ modos in pticulari deſcribam⁹, ponedę ſunt & explicãdę regulæ aliquot gñrales quę in oib⁹ ſyllogiſmis, cuiuſcunq; figuræ aut modi, debẽt obſeruari, ita vt quiſquis ſyllogiſm⁹ contra aliquã illarũ quinq; peccare depræhenſus fuerit, ꝑpter hoc ſit reijciendus. Regulę autem iſtæ ſic habent.

Prima. Ex puris particularibus nihil ſyllogiſtice conficitur. Secunda. Ex puris negatiuis nihil item conficitur. Tertia Si altera pręmiſſarũ fuerit particularis, cõcluſio quoq; particularis erit. Quarta. Si altera præmiſſarũ fuerit negatiua, concluſio quoq; negatiua erit. Quĩta. Medium nunq̃ ingredi poteſt concluſionem. Quinq; regulæ gñrales

¶Primę regulę hic eſt ſenſus. Cũ amb; pręmiſſæ fuerint particulares, nulla concluſio, neq; vniuerſalis neq; etiã particularis, poteſt ex illis ſyllogiſtice inferri; ſed oportet in omni bono ſyllogiſmo, vt minimum alterã eſſe vniuerſalẽ. Exempli gratia iſte ſyllogiſmus nõ eſt bonus. Aliquod anĩal eſt homo, & aliquis equus eſt animal, ergo equus eſt homo. Si autẽ prima fiat vniuerſalis, dicendo. Omne animal eſt homo, erit ſyllogiſmus bene cõcludens. Sub particularibus cõpręhẽduntur indefinitæ, cũ pro particularibus vſurpantur, vtpote in contingẽti materia extra neceſſaria, atq; moralia. Cõpræhẽdunt quoq; propoſitiones ſingulares, quæ nõ ſunt de medio ſingulari. Vnde non valet ſyllogiſmus. Comedens volat, homo eſt comedens, igit homo volat. Nec iſte valet ex ſingularibus. Plato eſt Philoſophus, & Socrates eſt Philoſophus, igitur Socrates eſt Plato.

¶Signan

¶Signanter autē dictum eſt, ex ſingularib⁹ nihil ſequi, cū fuerint de medio nō ſingulari, quoniā ex puris ſingularib⁹, cum mediū fuerit termin⁹ ſingularis, recte conficiẽ ſyllogiſmus. Vt cū ita colligo. Ioannes eſt animal, & Ioānes eſt hic homo, igitur hic homo eſt anīal. Cuiuſmodi ſyllogiſmus communiter vocaẽ expoſitori⁹. Ita quoq; intelligendū eſt, ex puris particularib⁹ nihil ſequi, cū mediū fuerit terminus cōmunis. Medio eṁ exiſtēte ſingulari etiam ex particularib⁹ valet hic ſyllogiſm⁹. Aliqua ſubſtātia eſt Petrus & aliquod anīal eſt Petrus, igiẽ aliqđ animal eſt ſubſtātia. ¶Ratio autē huius regulæ eſt quia nō eſt neceſſe, ſi aliqua duo in vno tertio communi particulariter conueniant, ob hoc illa inter ſe cōuenire. Poſſunt eṁ a ſe remota eſſe & ōnino diſparata, imo contraria, quæ in vno tertio particulariter conueniunt, vt duæ ſpecies immediate ſub vno genere contētæ. ¶Secunda regula hunc habeẽ intellectū, Cū ambę premiſſę fuerint negatiuę, nō poteſt ex eis fieri ſyllogiſmus bonus, ſed alterā vt minimū premiſſarꝫ oportet eſſe affirmatiuā. Vnde nō valet hic ſyllogiſm⁹. Nullus homo eſt arbor, & nulla pirus eſt homo, igiẽ nulla pirus eſt arbor. Ambæ eṁ præmiſſæ ſunt veræ, & cōcluſio falſa. Ratio autē huius regulę eſt, quia nō eſt neceſſe, ſi aliqua duo extrema ab vno tertio remoueanẽ ſecundū negationem propter hoc illa abinuicē remoueri. Poſſunt eṁ illa quæ adinuicē optime conueniunt de eodē tertio negari ¶Tertia regula docet, nō eſſe inferendā concluſionē vniuerſalē, cum altera præmiſſarum fuerit particularis. Non eṁ valet hic ſyllogiſmus. Omne anīal eſt corpus. & aliqua ſubſtantia eſt animal, igiẽ omnis ſubſtātia eſt corpus. ¶Quarta regula docet, nō eſſe inferendā concluſionē affirmatiuā, cū altera præmiſſarꝫ fuerit negatiua. Vnde nō ſequiẽ. Nullū anīal eſt arbor, homo eſt anīal, igiẽ homo eſt arbor. Ratio harꝫ duarū regularꝫ vna eſt, quia effectus ſequitur partē ſuæ cauſe debiliorē magiſq; malignam Vnde cōcluſio, quę eſt quodāmodo effect⁹ præmiſſarum, qm̄ ex præmiſſis infertur, debet ſequi premiſſarn debi

ſam debiliorem & imperfectiorē. Eſt autē particularis debilior vniuerſali, & negatiua ignobilior maiſq; maligna quam affirmatiua. ¶ Quinta regula docet, non eſſe ponendum medium in concluſione Vnde hic non eſt bonus ſyllogiſm⁹. Omne animal eſt ſubſtantia, omnis homo eſt animal, igitur omne animal eſt ſubſtātia. Hic em̄ cōcluſio non diſtingui tur ab vtraq; præmiſſarū; quod eſt contra definitionem ſyllogiſmi. Neq; hic eſt ſyllogiſm⁹. Omne animal eſt ſubſtantia, omnis homo eſt animal, ergo aliquod animal eſt homo, tametſi conaluſio cū nulla præmiſſarū ſit eadem. Ratio autē huius regulæ eſt, quoniā in omni ſyllogiſmo quilibet trium terminorum debet bis ſumi, & bis dumtaxat. Quando autē mediū ponitur in concluſione, oportet alteram extremitatū nō niſi ſemel accipi, & mediū neceſſe eſt ter poni. Bis em̄ ante cōcluſionem debet conſtitui, quoniā id poſcit ratio medij. Præterea in omni ſyllogiſmo oportet in concluſione alteram extremitatum de altera prædicari. Hæc em̄ eſt natura ſyllogiſmi, vt ex cōiunctione certa ſecundum affirmationē aut negationē extremorꝝ duorꝝ cum eodem medio in præmiſſis, ipſa quoq; adinuicem coniungantur ſecundū affirmationē aut negationem in cōcluſione Mediū igitur intra præmiſſas debet contineri, neq; in concluſionē ſe ingerere. ¶ Poſſunt autem prædictis adijci aliæ duę regulę: ſatis notatu dignę, quarum prior hęc eſt. In ōni ſyllogiſmo de medio communi, oportet mediū ſaltē in altera præmiſſarū poni vniuerſaliter. Poſterior hæc eſt. In omni ſyllogiſmo cauendū eſt, ne vllus termin⁹ ponatur vniuerſaliter in cōcluſione, qui nō fuerit vniuerſaliter poſitus in altera præmiſſarum. In quib⁹ duab⁹ regulis fundantur duę ſuprapoſitæ, nempe prima & tertia. Ob hoc em̄ ex puris particularibus nihil ſequitur, quoniā cum ambę præmiſſę fuerint particulares & affirmatiuæ, mediū in neutra accipitur vniuerſaliter ſi modo propoſitiones fuerint de conſueto more loquēdi. Vnde ſi per morem aliquem inconſuetū fiat; vt mediū in altera præmiſſarū vniuerſaliter tencatur

Regulæ duæ generales.

teneať,recte ex puris particularib⁹ infereť concluſio Vt hic eſt ſyllogiſmus bonus. Aliquod animal eſt leo,& homo omne aîal eſt,igiť homo eſt leo.S. vero inter præmiſſas particulares altera fuerit negatiua;ita vt per negationē mediũ in altera ponať vniuerſaliter,iam contra alterã regulã peccabitur;qm̃ a termino nõ poſito vniuerſaliter in pręmiſſis, pcedi tur ad eundẽ in cõcluſione vniuerſaliter poſitũ. qđ breuitatis cauſa recẽtiores vocãt argumentari a termino nõ diſtributo ad diſtributũ. Exẽpli gratia,hic ſyllogiſmus ex puris pticularibus nõ valet Aliqua ſubſtãtia nõ eſt animal,& aliquis homo eſt anial ergo aliquis homo nõ eſt ſubſtãtia. Defectus aũt eius nõ eſt ex eo quod mediũ in neutra teneť vniuerſaliter cũ in prima mediũ per vim negationis vniuerſaliter poſitũ ſit,ſed contra poſteriorẽ regulã peccať quoniã in cõcluſione maior extremitas anial vniuerſaliter poniť,quæ nõ ſic fuit in præmiſſis poſita.

¶Tertia quoq; regula in eadẽ ratiõe fundatur: qm̃ cum ex præmiſſa particulari inferť vniuerſalis concluſio,pceditur a termino nõ vniuerſaliter ſumpto in antecedẽte,ad eundẽ in cõcluſione vniuerſaliter ſumptũ. Vt in hoc ſyllogiſmo malo ad oculũ patet Omne animal eſt corpus,aliqua ſubſtantia eſt anial, ergo omnis ſubſtãtia eſt corpus,ſubſtãtia minor extremitas in cõcluſione poniť vniuerſaliter,non aũt in pręmiſſis. Vnde ſi hic defectus per aliquẽ inconſuetũ modũ poſſit vitari, nihil obſtabit quo minus ex particulari pręmiſſa inferri poſſit vniuerſalis cõcluſio. Vt ſi ita fiat ſyllogiſmus in tertia figura. Aliquod animal eſt corp⁹, & omne animal omnis ſubſtantia eſt, igitur omnis ſubſtantia eſt corpus. Vel ita in ſecunda figura. Aliqua ſubſtantia non eſt arbor,omnis pirus eſt arbor, igitur omnis pirus aliqua ſubſtantia non eſt,vel non omnis ſubſtantia eſt. Hi duo ſyllogiſmi recte ſuas cõcluſiones inferunt, tametſi vniuerſales ex altera præmiſſarũ particulari,propter cautelam ab offenſione propoſitæ regulæ. In priori enim ſyllogiſmo per additionem ſigni vniuerſalis curať, vt etiã in antecedente minor extremitas

196

tremitas ponaẽ vniuerſaliter, ſicut in conſequente, in poſteriori autẽ ne in cõcluſione maior extremitas ponaẽ vniuerſaliter ſicut nec in antecedente: ſic ꝙ ſit vtrobiꝙ, vt terminus ſimiliter in antecedente & cõſequente teneaẽ vniuerſaliter vel non vniuerſaliter. Hos autẽ ſyllogiſmos ex enunciationibus ſecundum inconſuetũ loquendi modũ factis propoſimus, non quod eorũ magnus ſit vſus in diſciplinis, ſed in hoc tantũ, vt ex ipſa radice cognoſcaẽ ratio prædictarũ duarũ regularũ. Plæræꝙ etiã regulæ ſpeciales ſingularũ figurarũ poſterius declarabũtur in altera harum generalium regularũ fundari.

CAPVT SEPTIMVM.

De regulis ſpecialibus primæ figuræ.

Quæ iam ſtatim poſitæ ſunt ſyllogiſmorum regulæ, omnib⁹ figuris erant generales. Pręter has autem aliæ duę ponuntur ſpeciales: quę licet non in omnibus ſyllogiſmis, in ijs tamen qui fiunt in prima figura, debent obſeruari.

Sunt autem hæ.

In omnibus modis primæ figuræ directe coucludentibus, minore exiſtẽte nogatiua, nõ valet ſyllogiſm⁹. In omnib⁹ modis primæ figuræ, directe cõcludentibus, maiore exiſtente particulari non valet ſyllogiſmus. Regulæ ſpeciales primæ figuræ.

Cõtra primã regulã peccat hic ſyllogiſm⁹. Omne aĩal eſt ſubſtãtia, nulla arbor eſt anĩal, ergo nulla arbor eſt ſubſtãtia. Cõtra ſcđam peccat iſte. Aliqđ aĩal eſt homo, oĩs leo eſt anĩal, igiẽ oĩs leo eſt homo. Fũdanẽ aũt hę duę regulę ſpeciales in duab⁹ illis regulis gñralibus, quas poſteriori loco adiecim⁹. Cũ enĩ in prima figura directe cõcludẽdo minor fuerit negatiua, procediẽ a termino non poſito vniuerſaliter in præmiſſis, ad eundẽ in concluſione vniuerſaliter

ſumptũ

ſumptũ.Cũ vero maior particularis fuerit, mediũ in neutra tenetur vniuerſaliter,quẽdmodũ in exemplis ſuprapoſitis ad oculũ patet. Vnde ſi per modũ loquẽdi inconſuetũ vitent iſti defect⁹,poterunt boni fieri ſyllogiſmi in prima figura,etiam directe cõcludẽdo.Vnde prędicti mali ſyllogiſmi hac via poſſunt emẽdari.Prior quidẽ ſic. Omne animal omnis ſubſtãtia eſt,nulla arbor eſt animal,igiẽ nulla arbor eſt ſubſtãtia. Vel ſic. Omne anĩal eſt ſubſtãtia,nulla arbor eſt animal, igitur nulla arbor õnis ſubſtantia eſt.In illo terminus anĩal vtrobiq; teneẽ vniuerſaliter,in hoc nuſq̃.ideo valet collectio.Poſterior ſic emendaẽ.Aliqđ animal eſt homo,õnis leo õne anĩal eſt.igitur omnis leo eſt homo. ¶Signanter quoq; dictũ eſt,de ſyllogiſmis primæ figurę directe cõcludentib⁹.In iis ẽm qui cõcludũt indirecte,nõ habent prędictę regulæ locũ.Pro cuius rei intellectu ſciendum eſt,quid ſit cõcludere directe,quid concludere indirecte. Concludit directe quãdo maior extremitas in concluſione prædicaẽ de minore extremitate. Cõcluditur aũt indirecte,quando minor extremitas in concluſione prędicaẽ de maiore. Exẽpli gratia,in hoc ſyllogiſmo directe concludiẽ.Omne animal eſt ſubſtantiã,homo eſt animal,igitur homo eſt ſubſtantia.Maior ẽm extremitas ſubſtantia:in concluſione prædicatur de minore extremitate,homo. Cũ autẽ ſic colligo.Omne animal eſt ſubſtantia,homo eſt animal,ergo ſubſtantia eſt homo,indirecte cõcludiẽ, quoniã minor extremitas homo,in cõcluſione prędicatur de maiore extremitate, ſubſtãtia:quod non eſt ſecundũ ordinem directũ & naturalem,cũ ſecũdum rectũ & naturalem ordinẽ, maiori extremitati conueniat prædicari in concluſione, minori autẽ ſubiici in eadem, ¶Quo præmiſſo, oſtendam⁹ exemplo, prædictas regulas duas ſpeciales in ſyllogiſmis primę figurę indirecte concludentibus non habere locum. Hic ſyllogiſmus bonus eſt in Fapeſmo.Omne animal eſt ſubſtantia, & nulla arbor eſt animal,igitur aliqua ſubſtãtia non eſt arbor. Minor tamen eius eſt negatiua.Item hic eſt ſyllogiſm⁹ bonus in

Quid concludere directe vel indirecte

nus in Friſeſom. Aliqđ anial eſt ſubſtantia, nulla arbor eſt anial, igitur aliqua ſubſtătia non eſt arbor: cũ tamẽ & primã præmiſſam habeat particularẽ & ſecundã negatiuã. ¶Ratio aũt quare indirecte concludendo iſta nihil obſint, eſt, quia per concluſionẽ indirectã cauet, ne procedat a termino non accepto vniuerſaliter in antecedente, ad ipſum vniuerſaliter poſitũ in concluſione: & dũ minor accipitur negatiua, mediũ ponitur in altera vniuerſaliter. Ita nullus obtingit defectus, qui ſyllogiſmo ſuam auferat bonitatẽ. Cæterũ, vbicunq; hæc duo non caueantur, ſiue directe concludatur ſiue indirecte, nunquã valebit ſyllogiſmus.

CAPVT VIII.

¶Diſcernũt modi primę figurę vtiles ab inutilib9.

Vperius dictũ eſt, in ſyllogiſmis figuram conſyderari ſecundum varium ſitum trium terminorum, ex quibus ſyllogiſmus cõponitur. Ita nũc dicimus, in vnaquaq; figura varios modos cõſyderari, ſecundũ variam diſpoſitionem trium propoſitionũ, ex quibus immediate ſyllogiſmus omnis cõponitur. Potiſſimũ vero ex diſpoſitione ipſarũ præmiſſarũ adinuicẽ, quanq̃ largius etiam ex diſpoſitione cõcluſionis ſumitur varietas modorꝫ vt patebit in modis indirecte concludentibus. Eſt enĩ modus; „ proprie loquẽdo duarũ propoſitionũ adinuicẽ cer= „ ta proportio ſiue habitudo, ſecundũ debitã qualita= „ tem & quantitatẽ. Tũc aũt eſt qualitas debita, quan= „ do præmiſſarũ vt minimũ altera eſt affirmatia. Tũc quãtitas debita quãdo vt minimũ altera præmiſſarum eſt vniuerſalis. Atq; inſuper in vnaquaq; figura: vt modus ſit bonus, oportet illius figurę regulas ſimul obſeruari. ¶In vnaquaq; autẽ figura poſſunt conſyderari, ſedecim modi, ſecundũ quod totidem modis contingit præmiſſas varie adinuicẽ diſponi: ex quibus modis plures mali ſunt & inutiles alij pauciores boni & vtiles. Quod in prima figura ita fit manifeſtũ, Vel enĩ ambæ præmiſſæ ſunt vniuerſales aut ambæ particulares, vel maior eſt vniuerſalis & minor particularis, vel maior particularis & minor vniuerſal. Singula horũ quatuor membrorum

Quid modus

brorũ qu atuor ſub ſe modos cõplectũtur. Si eñ am bæ præmiſſæ ſunt vniuerſales, vel ambæ ſunt vniuerſales affirmatiuæ, & eſt prim⁹ modus vtilis, qui ſignificatur per vocabulũ Barbara. Vel ambæ ſunt vniuerſales negatiuæ, & eſt mod⁹ prorſus inutilis: quoniã ex puris negatiuis in nulla figura valet ſyllogiſmus. Vel maior eſt vniuerſalis affirmatiua & minor vniuerſalis negatiua, & eſt modus inutilis: quoniã minore negatiua in prima figura non valet ſyllogiſmus. Vel maior eſt vniuerſalis negatiua & minor vniuerſalis affirmatiua: & hic eſt mod⁹ vtilis ſecundus, qui ſignificatur per vocabulũ Celarent.
¶ Procedendo ad alterũ membrũ, ſi ambæ ſint particulares, quatuor id poteſt fieri modis, ſimiliter vt oſtenſum eſt de vniuerſalibus ambabus. Verũ quomodocunq; prẽmiſſæ ambæ particulares ſumantur ſiuæ ambæ affirmatiuæ, ſiue ambæ negatiuæ, ſiue altera affirmatiua, & altera negatiua, nuſq̃ inuenitur modus vtilis: quoniã ex puris particularibus nihil vſquã recte colligitur, iuxta regulã ſuperius poſitã.
¶ Tranſeundo autẽ ad tertium membrũ, ſi maior ſit vniuerſalis & minor pticularis, quatuor modis ſimiliter id poteſt cõſyderari. Vel ambæ ſunt affirmatiuæ & eſt tertius mod⁹ vtilis ſignificat⁹ per Darij. Vel ambę ſunt negatiuę, & eſt modus inutilis quia ex puris negatiuis. Vel maior eſt affirmatiua & minor negatiua, & rurſũ modus eſt inutilis: quoniã in prima figura minore negatiua nihil concludit̃. Vel maior eſt negatiua & minor affirmatiua, hincq; modus vtilis naſcitur quartus per Ferio ſignatus.
¶ Poſtremũ autẽ membrũ cõſyderando, vbi maior eſt particularis & minor vniuerſalis, nullũ inuenimus modũ vtilem: ſiue ambę affirmatiuæ ſint ſiue ambę negatiuæ, ſiue altera affirmatiua altera negatiua, qm̃ maiore particulari ĩ prima figura nihil concluditur directe. ¶ Ex omnibus igitur his modis, quibus poſſunt in prima figura præmiſſæ ad directe concludendum diſponi, non niſi quatuor modi vtiles poſſunt inueniri. Si tamen ſimul habitudinẽ cõcluſionis cũ præmiſſis cõſyderarem⁹ plures lice-

ret inuenire modos vt Barbari Celaront. Verũ(vt ſupradictũ eſt)ſcdm præmiſſas proprie modus conſyderat. Supra em̃ dixim9 in definitione ſyllogiſmi præmiſſas diſponi in modo & figura, atq; ex illis ſic diſpoſitis ſequi concluſionẽ. Itẽ ſi ad concluſionẽ indirectã aſpiceremus plures modi vtiles quã quatuor poſſint inueniri, vt patebit in proceſſu.

¶CAPVT NONVM.

¶De modis vtilibus primę figurę & de vocabulis quibus modi illi apte ſignantur.

QVo vero facilius & expeditius adoleſcentulorum animi cognoſcerent, ſeruarẽtq; tenacius vtiles ſyllogiſmorũ formas ſiue modos ſagaci induſtria ij qui poſt Ariſtotelẽ in harũ rerum cõſyderatione verſati ſunt, vocabula quædã efinxerũt, quibus vniuſcuiuſq; modi ꝓpoſitionũ ſimul & cõcluſionis, tũ qualitas, tũ quãtitas, cõmode deſignarẽtur, quę proinde vocabula artis recte nominari poſſunt, qđ propter artẽ hanc ſyllogiſticam prõptius tenendã a tractatorib9 artis ſint efficta, quẽadmodũ & in priori libro diximus de vocabulis illis. Amabimus, Edẽtuli, Iliace, Purpurea, ad modaliũ æquipollentiã facilius cognoſcendam inuentis. ¶Vocabula aũt quib9 hi quatuor modi vtiles atq; perfecti primæ figuræ nominãtur, hæc ſunt Barbara, Celarent, Darij, Ferio. Significatio vero eorũ talis eſt. Prima ſyllaba ſignificat, cuius tum qualitatis tum quantitatis debeat eſſe maior ſyllogiſmi: ſecũda, qualis & quanta minor: tertia, qualis & quanta cõcluſio. Significatio aũt iſta, ex vocalib9 eſt quatuor, a, e, i, o. A em̃ vniuerſalẽ affirmatiuam ſignificat, e vniuerſalẽ negatiuã, i particularẽ affirmatiuã, o particularẽ negatiuã. ¶Primus igitur modus, qui per Barbara ſignificatur: tunc eſt, quando in prima figura maior & minor ambæ vniuerſales affirmatiuæ, inferunt directe concluſionẽ ſimiliter vniuerſalem affirmatiuam.

	Bar	Omnis virtus eſt laudanda
Exẽplũ	ba	Omnis modeſtia eſt virtus
	ra	Omnis igitur modeſtia eſt laudãda.

Secundus modus primæ figuræ, qui per Celarent ſignificatur: tunc eſt, quando maior vniuerſalis negatiua & minor vniuerſalis affirmatiua directe inferunt concluſionem vniuerſalem negatiuam,

Ce Nulla virtus eſt vituperanda.
Exẽplũ la- Omnis humilitas eſt virtus
rẽt Nulla igiť humilitas eſt vituperanda.

Tertius modus, qui per Darij ſignificatur, tunc eſt, quando in prima figura maior vniuerſalis affirmatiua & minor particularis affirmatiua, directe concludunt particularem affirmatiuam.

Da Omnis virtus eſt digna laude
Exẽplum ri aliqua taciturnitas eſt virtus
j igiť aliq̃ taciturnitas eſt digna laude

Quartus modus perfectus primæ figuræ, qui per ferio ſignificatur, tunc eſt, quando maior vniuerſalis negatiua, & minor particularis affirmatiua directe concludunt particularem negatiuam.

Fe Nulla virtus eſt vituperanda
Exẽplũ ri aliqua taciturnitas eſt virtus
o aliq̃ igiť taciturnitas nõ eſt vitupanda

In his modis exercitatiſſimos ſe reddãt adoleſcẽtes, vt quibuſlibet propoſitis terminis cuiuſcunq; tandem prędicamenti, ſtatim in promptu habeant ex cis ſyllogiſmũ cõtexere, ſcđm terminorũ habitudinẽ adinuicẽ. In ſingulis eñ prædicationib⁹ cuiuſcũq; prædicabilis fuerint, & ex omnibus terminis cuiuſcunq; fuerint prædicamenti ſyllogiſmorꝫ hæ formæ valent, ſuntq; euidentes. A figura eñ & modo ſuam habent virtutem & euidentiã, non ab ipſis terminis.

CAPVT DECIMVM.

¶De quinq; modis primæ figuræ indirecte concludentibus.

PRæter ſupradictos quatuor modos vtiles & perfectos primæ figuræ, ſunt alij quinq; concludẽtes indirecte, qui ſignificantur his dictionibus, Baralipton, Celantes, Dabitis, Fapeſmo, Friſeſomorũ. Vbi nota, in duobus vocabulis Baralipton & Friſeſomorũ, ſyllabas nõ niſi tres priores eſſe neceſſarias; cæteræ ſunt adiectæ, propter cõplementũ

metri,

metri.quo ſolent hæc vocabula propter memoriã contineri,hoc modo.
Barbara,Celarent,Darij,Ferio Baralipton.
Cęlantes,Dabitis,Fapeſmo, Friſeſomorum.
¶Quintus igitur modus primę figurę,primus eorum qui indirecte concludunt,eſt quando maior & minor ambæ vniuerſales affirmatiuæ, inferunt indirecte concluſionem particularem affirmatiuam.
Ba Omne animal eſt ſubſtantia.
Exẽplũ ra Omnis homo eſt animal
lip Quædam igitur ſubſtãtia eſt homo,
Sextus modus eſt,quando ex maiore vniuerſali negatiua & minore vniuerſali affirmatiua, indirecte colligitur concluſio vniuerſalis negatiua
Ce Nullum animal eſt arbor
Exẽplõ lã Omnis homo eſt animal
tes Nulla igitur arbor eſt homo
Septimus modus eſt, quando ex maiore vniuerſali affirmatiua & minore particulari affirmatiua,ſequitur indirecte concluſio particularis affirmatiua,
Da Omne animal eſt ſubſtantia,
Exẽplũ bi Quidam homo eſt animal
tis Quædam igitur ſubſtãtia eſt homo
Octauus modus eſt,quando ex maiore vniuerſali affirmatiua & minore vniuerſali negatiua, indirecte concluditur particularis negatiua
Fa Omne animal eſt ſubſtantia,
Exẽplũ peſ Nulla arbor eſt animal
mo Igitur quædã ſubſtantia nõ eſt arbor
Nonus mod9 & vltim9 primę figurę eſt:qñ ex maiore pticulari affirmatiua & miore vniuerſali negatiua,ſequit̃ indirecte concluſio pticularis negatiua,
Fri Quoddam animal eſt ſubſtantia
Exẽplũ ſe Nulla arbor eſt animal
ſom Igit̃ quædã ſubſtantia non eſt arbor,
Quomodo aũt hi imperfecti quinq; modi reducantur ad quatuor primos perfectos,dicetur poſterius,

¶CAPVT XI,

¶De regulis ſpecialibus ſecundæ figuræ.

SEcunda figura(vt ſupra diximus)tunc eſt quan
 do me

do mediũ ſyllogiſmi in vtraq; præmiſſarũ prædicati locũ obtinet. Vt cùm ita argumentamur. Omnis homo eſt animal, & nulla arbor eſt anial, nulla igitẽ arbor eſt homo. Hic medium animal, in vtraq; prædicatur. Pro ſyllogiſmis autẽ huius figuræ tres iſtæ ponuntur regulæ ſpeciales.

In ſecunda figura, maiore exiſtente particulari, non valet ſyllogiſmus.

In ſecunda figura, ex puris affirmatiuis, non valet ſyllogiſmus.

In ſecunda figura: ſemper, concludi debet negatiue.

¶Contra primã regulã hic peccat ſyllogiſmus. Aliquod animal eſt homo, & nullum brutũ eſt homo: igitur quoddã brutum non eſt animal. ¶Ratio autem hui9 regulæ eſt, quia in huiuſmodi ſyllogiſmo proceditur à termino nõ poſito vniuerſaliter in antecedente, ad eundẽ in cõcluſione vniuerſaliter poſitum, Vnde ſi per modũ aliquẽ defectus iſte impediatur, nõ erit malus ſyllogiſmus: vt ſi ex iiſdẽ præmiſſis inferatur hæc cõcluſio. Aliquod brutum non omne animal eſt. ¶Contra ſecũdam peccat hic ſyllogiſmus. Omnis homo eſt animal, & omne brutũ eſt animal: igitur õne brutũ eſt homo. Ratio huius regulæ eſt: quia mediũ in huiuſmodi ſyllogiſmis in neutra præmiſſarum tenetur vniuerſaliter. Quod ſi curetur, valebit illatio: vt ſi medio in altera præmiſſarum addatur ſignũ vniuerſale. dicẽdo. Omnis homo omne animal eſt. vel ſecũda. Omne brutũ omne animal eſt. Contra quoq;, ſi altera præmiſſarum exiſtente negatiua, impediatur tamẽ mediũ, ne ſtet vniuerſaliter, nõ valebit ſyllogiſmus. Vt ſi ita quis colligat. Omne animal eſt corpus, & omnis homo aliquod corpus non eſt, igitur omnis homo non eſt anial, vicioſe colligit, ex eo quod medium nuſquã

poſitum

poſitum ſit vniuerſaliter. ¶Tertia antē regula ex ſecunda manifeſte conſequitur: quoniã (iuxta regulã generalē ſuprapoſitã) ſi aliqua præmiſſarum fuerit negatiua, concluſionē oportet eſſe negatiuã. Poſtea igitur quã in ſecunda figura neceſſe ſit alteram præmiſſarum eſſe negatiuã, conſequens eſt, & concluſionem ſemper eſſe debere negatiuam.

¶CAPVT XII.

¶De modis ſecundæ figuræ.

QVomodo autē in prima figura ſedecim modos deſcripſim⁹, ex quibus omnibus admodum paucos, nēpe quatuor tantũ, vtiles inuenim⁹: ſic & in hac figura per ſingulos modos diſcurrendo, inueniũtᷣ quatuor tantũ vtiles. Vel enĩ ambæ pręmiſſæ ſunt vniuerſales: vel ambæ particulares, vel maior vniuerſalis & minor particularis, vel ecõtrario maior particularis & minor vniuerſalis. ¶Primũ membrũ quatuor modos continet Vel ambæ ſunt vniuerſales affirmatiuæ, eſtq; modus inutilis: quoniã in ſecunda figura ex puris affirmatiuis nihil ſequiᷣ. Vel ambæ vniuerſales negatiuæ & rurſum nõ valet ſyllogiſm⁹: quoniã ex puris negatiuis in nulla figura quicq̃ ſequitur. Vel maior eſt vniuerſalis negatiua & minor vniuerſalis affirmatiua, & cõſurgit prim⁹ mod⁹ vtilis, qui per vocabulũ artis Ceſare ſignificaᷣ. Vel maior eſt vniuerſalis affirmatiua, & minor vniuerſalis negatiua, & habetur mod⁹ ſecund⁹ vtilis, qui ſignificaᷣ hoc vocabulo Cameſtres. Ex ſecũdo mēbro, null⁹ mod⁹ habetur vtilis: quoniã ex puris particularibus nuſquã quicq̃ ſyllogiſtice cõficitur. ¶Trãſeundo ad tertiũ membrum, vel maior eſt vniuerſalis affirmatiua & minor particularis itē affirmatiua, & ſic modus eſt inutilis: q̃m ex puris affirmatiuis in ſcd̃a figura nihil concludiᷣ. Vel maior eſt vniuerſalis negatiua & minor itē particularis negatiua, rurſum inutilis modus inuenitur, q̃m ex puris negatiuis nihil ſequitur Vel maior eſt vniuerſalis negatiua, & minor particularis affirmatiua, & habetur tertius mod⁹ vtilis, qui ſignatur per vocabulum Feſtino. Vel maior eſt

vniuerſalis affirmatiua & minor particularis negatiua, cõſurgitq; modus vtilis quart9, ſignatus vocabulo Baroco. ℭEx quarto autem membro, vbi maior eſt particularis & minor vniuerſalis, nullus bonus modus colligi poteſt: quoniã (iuxta regulam) maiore exiſtente particulari in ſecunda figura nihil recte conficitur. Quatuor igitur tantũ modi vtiles inueniunt̃ ſecundæ figuræ, cæteri omnes tanq̃ aſyllogiſti & inutiles reijciuntur. ℭEſt igitur primus modus ſecundæ figuræ, quando ex maiore vniuerſali negatiua, & minore vniuerſali affirmatiua ſequitur concluſio vniuerſalis negatiua.

	Ce	Nulla arbor eſt animal
Exẽplũ	ſa	Omnis homo eſt animal.
	re.	Nullus ergo homo eſt arbor

Secundus modus eſt, quando ex maore vniuerſali affirmatiua & minore vniuerſali negatiua infertur concluſio vniuerſalis & negatiua.

	Ca	Omnis homo eſt animal,
Exẽplũ	me	Nulla arbor eſt animal.
	ſtres	Nulla ergo arbor eſt homo.

Tertius modus eſt, quãdo ex maiore vniuerſali negatiua & minore particulari affirmatiua infert̃ concluſio particularis negatiua.

	Feſ	Nulla arbor eſt animal
Exẽplũ	ti	Aliquis homo eſt animal
	no	Igitur quidam homo non eſt arbor.

Quart9 modus eſt, quando ex maiore vniuerſali affirmatiua & minore particulari negatiua ſequitur concluſio particularis negatiua.

	Ba	Omnis homo eſt animal
Exẽplũ	ro	Quædam arbor non eſt animal
	co	Quædam ergo arbor non homo.

Quomodo autẽ hi modi habeant reduci & perfici per modos primæ figuræ, poſterius ſuo loco dicet̃. ℭEnumerantur quoq; hic modi tantum directe cõcludentes. Alioqui, ſi & indirecte concludentes voluerimus conſyderare, vt ſupra fecimus in prima figura, inuenientur & alij modi. Hic em̃ ſyllogiſmus Nulla arbor eſt animal & omnis homo eſt animal: igitur

igitur nulla arbor eſt homo: ſyllogiſm⁹ eſt ſecundæ figuræ: non eſt tamen in Ceſare, ſed potius in Ceſares. Sic em̃ differt ſyllogiſmus ille a ſyllogiſmis factis in Ceſare, ſicut in prima figura ſyllogiſmi in Celantes a ſyllogiſmis factis in Celarent. Iterũ hic ſyllogiſmus. Omnis homo eſt animal, & nulla arbor eſt animal, igiẽ nullus homo eſt arbor, nõ in Cameſtres, ſed poti⁹ in Cameſtre: quoniã in reductione eius ad Celarent, non oportebit concluſionẽ conuerti ſimpliciter, ſicut in ſyllogiſmo facto in Cameſtres. ¶A modo autẽ tertio Feſtino, nõ poteſt accipi modus indirecte concludens: quoniã particularis negatiua non conuertiẽ, & procederetur a minore extremitate in præmiſſis nõ poſita vniuerſaliter, ad eandem in cõcluſione vniuerſaliter poſitam. Similiter & de Baroco dicendũ, Veruntamen maiore exiſtente particulari poſſit inueniri mod⁹ bonus ad concludendum indirecte. Vt ſic colligendo. Aliquod animal eſt homo, & nullũ brutum eſt homo, igitur aliquod animal non eſt brutũ. Qui modus ſic fere ſumitur in ſecunda figura contra regulã ſpecialẽ prohibentem accipere maiorẽ particularem, quomodo in prima figura vltim⁹ modus Friſeſomorũ accipiẽ contra ambas regulas ſpeciales primæ figuræ, cũ & maiorem habeat particularẽ & minorem negatiuã.

¶CAPVT XIII. ¶De tertia figura.

TErtia figura (vt ſupra dixim⁹) eſt, quando medium ſyllogiſmi in vtraq; præmiſſarũ ſubiecti locũ obtinet. Vt autẽ diſpoſiti ſecũdũ hãc figurã ſyllogiſmi valeãt, præter regulas generales ſuperi⁹ datas, aliç duç ſpeciales ſũt obſeruãdqç ſũt iſtç

In tertia figura, minore exiſtẽte negatiua non valet ſyllogiſmus In tertia figura non poteſt concludi vniuerſaliter, ſed particularem ſemper oportet inferri concluſionem.

¶Contra

¶Contra priorem regulam peccat hic ſyllogiſmus, Oīs homo eſt ſubſtātia: & null9 homo eſt arbor igitur quędā arbor nō eſt ſubſtātia. Contra ſecundā peccat iſte. Omnis homo eſt anial, & omnis homo eſt ſubſtātia, igitur omnis ſubſtātia eſt animal. ¶Ratio autē harum regularū ambarꝫ vna eſt, quoniam in huiuſmodi ſyllogiſmis proceditur a termino nō poſito vniuerſaliter in pręmiſſis, ad eundem in concluſiōe vniuerſaliter poſitū. In priore quidē ex parte maioris extremitatis in poſteriori vero, ex parte minoris. Vnde ſi per modū aliquem inconſuetū loquendi hic defectus caueatur. valebit ſyllogiſmus, etiam ſi videatur in alterā regularum illarum peccare, vt ſi in priore ſuprapoſito ſyllogiſmo ſic infeatur. Quędā arbor nō omnis ſubſtantia eſt vel aliqua ſubſtātia non eſt. ¶CAPVT XIIII.

¶De modis tertiæ figuræ.

Quomodo autē ſupra in duabus figuris præcedētibus ex ōnib9 modis conſyderauimus qui vtiles & qui inutiles habeātur, ſic & in hac propoitionabiliter faciendū, vt pateat quod nobis ex hac figura vtiles modi conſurgāt. Igitur aut ambæ præmiſſę ſunt vniuerſales, aut ambę particulares, aut maior vniuerſalis & minor particularis, aut ecōtrario maior particularis & minor vniuerſalis. ¶Sub primo mēbro quatuor modi conſyderantur. Cum enim ambæ fuerint vniuerſales, vel affirmatiuę ſunt, & eſt mod9 vtilis prim9, qui ſignificat vocabulo Darapti. Vel ſunt ambæ vniuerſales negatiuę, & eſt mod9 inutilis, quoniā ex puris negatiuis nihil ſequit. Vel maior eſt affirmatiua & minor negatiua, & rurſum mod9 eſt inutilis: quoniā minore negatiua nihil recte colligitur in hac figura. Vel maior eſt negatiua & minor affirmatiua, ſicq̧ modus inuenitur vtilis, qui ſignificatur per Felapton. ¶Ex ſecundo membro, vbi ambę particulares ſunt conſtat nihil boni procedere: quoniā ex puris particularibus nuſquā quicquā ſyllogiſtice concluditur. ¶Ex tertio aūt mēbro, duo modi vtiles inueniunt & duo inutiles. Vel eñ maior eſt vniuerſalis affirmatiua

matiua & minor particularis item affirmatiua, eſtq; mod⁹ vtilis,qui ſignificat per Datiſi. Vel maior eſt vniuerſalis negatiua & minor particularis affirmatiua,& iterũ ali⁹ eſt modus vtilis,ſignificat⁹ vocabulo Feriſon.Vel maior eſt vniuerſalis affirmatiua & minor particularis negatiua,ſicq; mod⁹ eſt inutilis:q̃m minore negatiuã i hac figura nihil conficitur.Vel ambę ſunt negatiuę,neq; rurſum quicq̃ vtile inuenit. ¶Sub quarto mẽbro,iterũ duo modi vtiles & duo inutiles inueniunt. Maiore em̃ exiſtente particulari & minore vniuerſali,vel ambæ ſunt affirmatiuæ,& eſt modus vtilis,ſignat⁹ per Diſamis. Vel ambę negatiuę & eſt mod⁹ inutilis. Vel prior affirmatiua & poſterior negatiua, rurſumq; modus eſt inutilis:q̃m minore negatiua nõ valet hic ſyllogiſmus. Vel deniq; prior eſt negatiua & poſterior affirmatiua, qui eſt modorũ vtiliũ nouiſſimus ſignatus per vocabulũ Bocardo. In ſumma igitur ſex inuenti ſunt huius figuræ vtiles modi, directe concludentes,de quibus nunc per ordinẽ eſt dicendum

¶Primus igitur modus tertię figurę tunc eſt,quã do ex maiore vniuerſali affirmatiua, & minore itẽ vniuerſali affirmatiua, infert concluſio particularis affirmatiua.Vniuerſalẽ em̃ hic nõ licet concludere.

	Da	Omnis homo eſt animal
Exẽplũ	rap	Omnis homo eſt ſubſtantia
	ti.	Quædam igitur ſubſtãtia eſt homo.

Secundus modus tertię figurę eſt,quandoſ ex maiore vniuerſali negatiua & minore vniuerſali affirmatiua,ſequitur concluſio particularis negatiua.

	Fe	Nullus homo eſt arbor
Exẽplũ	lap	Omnis homo eſt animal
	ton	Quoddam ergo animal nõ eſt arbor

Tertius modus eſt,quando ex maiore particulari affirmatiua,& minore vniuerſali affirmatiua, infert concluſio particularis affirmatiua.

	Di	Quoddam animal eſt homo
Exẽplũ	ſa-	Omne animal eſt ſubſtantia
	mis	Quædam igitur ſubſtantia eſt homo

Quartus mod⁹ eſt,quando ex maiore vniuerſali affirmati

firmatiua & minore particulari item affirmatiua ſequitur concluſio particularis affirmatiua.

Exẽplũ
Da Omnis homo eſt ſubſtantia
tiſ Quidam homo eſt animal
ſi. Quoddã igitur animal eſt ſubſtãtia.

Quintus modus eſt, quando ex maiore particulari negatiua & minore vniuerſali affirmatiua ſequitur concluſio particularis negatiua.

Exẽplũ
Bo Quoddam animal non eſt homo
car Omne animal eſt corpus.
do Quoddam igiẽ corpus nõ eſt homo.

Sextus modus eſt, quando ex maiore vniuerſali negatiua & minore particulari affirmatiua, ſequitur concluſio particularis negatiua.

Exẽplũ
Fe Nullum animal eſt arbor
riſ Aliquod animal eſt homo.
ſon Quidã igitur homo non eſt arbor.

Summatim igitur colligendo omnes modos vtiles hacten⁹ poſitos, inuenim⁹ eſſe numero decẽ & nouem, quatuor videlicet primæ figuræ perfectos & quinq; imperfectos, quatuor ſcdæ figuræ, & ſex tertiæ, qui vtprompti⁹ ab adoleſcentibus memoria teneantur, in formã metri ſolent diſponi, hoc modo.

Barbara, Celarent, Darij, Ferio, Baralipton.

Celantes, Dabitis, Fapeſmo, Friſeſomorum.

Ceſare, Cameſtres, Feſtino, Baroco, Darapti.

Felapton, Diſamis, Datiſi, Bocardo, Feriſon.

CAPVT XIIII.

De reductione ſyllogiſmorum imperfectorũ

Sciendum autẽ eſt, omnes modos imperfectos, omnes .ſ. enumeratos, præter quatuor modos primos

primos primæ figuræ, reduci poſſe ad aliquẽ modũ perfectũ.i. ad aliquẽ primorum illorũ quatuor. Reducere aũt ſyllogiſmũ in propoſito,intelligim9, bonitatem ſyllogiſmi imperfecti oſtendere per alium modum perfectũ. Fit autẽ hoc dupliciter, oſtenſiue videlicet,aut per impoſſibile. Oſtenſiue reducimus ſyllogiſmũ,quãdo per mediũ conuerſionis,aut trãſpoſitionis præmiſſarũ,aut ſimul vtriuſq;, id facim9 Per impoſſibile vero reducere ſyllogiſmũ eſt, eius bonitatẽ oſtendere per hoc quod negans deducitur ad aliquod impoſſibile:vtpote cum eum qui negat bonitatẽ alicui9 imperfecti ſyllogiſmi cogimus concedere cõtradictorias eſſe ſimul veras,quod eſt impoſſibile,aut propoſitionẽ aliquã eſſe falſam:quę eſt manifeſte vera,aut ab eodem vt vera cõceſſa. Et de hac quidem reductione poſterius. ¶Nunc autẽ priorem oſtenſiuam tractemus, quæ(vt iam diximus) vtitur cõuerſione vel tranſpoſitione premiſſarum, vel ſimul vtroq;. Hæc em̃ vocantur duo inſtrumẽta reductionis oſtenſiuæ.Interdum em̃ ſola conuerſione opus eſt ad reducendum,interdum vero non ſufficit ſola conuerſio,niſi fiat & præmiſſarũ tranſpoſitio.Et interdum quidẽ ſolum vna præmiſſarũ aut ſola concluſio debet cõuerti,interdũ plures. Ac rurſum,interdũ conuerſione ſimplici,interdum cõuerſione per accidens vtendũ eſt. Quæ omnia,quo modo in ſingulis modis opus ſit obſeruare, magno artificio illa artis vocabula iam ſepe enumerata demonſtrant,vbi plene eorũ ſignificatio cognita fuerit. ¶Aduertendũ igitur eſt,præter id quod ſupradiximus de ſignificatione vocaliũ A,E,I,O,inuenire etiã in eis quatuor conſonantes,certã ſignificationem habentes,nẽpe S,P,M,C,vbicunq; em̃ ponitur S,ſcito in reductione propoſitionẽ illam quæ per vocalẽ immediate præcedentẽ ſignificatur, debere cõuerti ſimpliciter. Vbicunq; P,inueneris,ſcito,illam propoſitionẽ quę per vocalem immediate precedentẽ ſignificatur,debere conuerti per accidẽs Vbicunq; M,inueneris,ſcito præmiſſas trãſponi debere,C,vero in medio dictionis ſignificat modũ illũ,non

ſum non conuerti oſtenſiue,ſed tantũ conuerſiue ſi ue per impoſſibile,vt in Baroco & Bocardo. Porro literę initiales omniũ modorũ ,indicant,ad quẽ per fectorũ modorũ ſinguli imperfecti debeant reduci. Vniuerſaliter enim modi imperfecti incipient a B, debent reduci ad Barbara,a C ad Celarent , a D ad Darij,ab F ad Ferio. Aliæ autem conſonantes non habent aliquam propoſito negocio aptam ſignifi tionem. ¶CAPVT XV.

¶De reductione oſtenſiua ſingulorũ modorũ imperfectorum.

INcipiendo igiẽ a Baralipton,qui eſt prim⁹ mo dus imperfectus primæ figuræ,debet ille reduci ad Barbara:qm̃ eandẽ initialẽ literã habent B.In reducendo aũt,non opus eſt niſi ſolius cõcluſionis cõuerſione per accidẽs.quod indicat litera p,in ter tia ſyllaba poſt i poſita.Celãtes ad Celarẽt reducitur per ſolã conuerſionẽ cõcluſionis ſimpliciter:qđ in dicaẽ per literã i,in tertia ſyllaba poſitã. Dabitis ad Darij,per cõuerſionẽ cõcluſionis ſimpliciter.Fapeſ mo ad Ferio,idq; per cõuerſionẽ maioris per acci dẽs,quod indicat litera p,poſita poſt primã vocalẽ & cõuerſionẽ minoris ſimpliciter,quod indicat lite ra ſ poſt ſcđam vocalẽ e poſita,cũ præmiſſarũ tranſ poſitiõe,quã indicat litera m. Friſeſom ad Ferio itẽ reduciẽ,per vtriuſq; præmiſſæ cõuerſionẽ ſimplici ter & præmiſſarũ trãſpoſitionẽ. ¶Ceſare prim⁹ mo dus ſecũdæ figurę reducitur ad Celarẽt, maiore tan tum cõuerſa ſimpliciter.Cameſtres itẽ ad Celarent, ſed minore & cõcluſione cõuerſis ſimpliciter,ac in ſuper pmiſſis trãſpoſitis.Feſtino ad Ferio reducitur per cõuerſionẽ maioris tãtũ ſimpliciter. Baroco aũt nõ poteſt oſtẽſiue reduci ad vllũ modũ primę figu ræ,neq; per conuerſionẽ,neq; per trãſpoſitionẽ præ miſſarũ. ¶Cui⁹ ratio eſt,quoniã ad mutandũ figu ram oporteret ad minus alterã præmiſſarũ cõuerti in reductione.Neutrius aũt conuerſio eſt reductio ni cõmoda,quoniã maior cũ ſit vniuerſalis affirma tiua,nõ conuertitur niſi per accidens in particularẽ affirmatiuã.Cum ergo minor ſimiliter ſit particula ris,aut

ris,ambæ præmiſſæ erũt particulares,ex quibus nõ valet ſyllogiſmus. Itẽ & maiore particulari in prima figura nõ valet ſyllogiſmus.Per cõuerſionẽ minoris item nil poteſt fieri,quoniã particularis negatiua non cõuertitur niſi per cõtrapoſitionẽ,quæ cõuerſio reductioni ſyllogiſmorũ nõ ſeruit,eo qđ mutet terminos.In reductione autẽ,omnino ijdẽ debẽt eſſe termini ſyllogiſmi qui reducitũ & eius ad quem fit reductio.Nullo igitur modo poteſt oſtẽſiue reduci modus Baroco,ſed tantũ ſyllogiſmo conuerſiuo ſiue per impoſſibile,quod ſignificatur per literã c,in medio vocabuli poſitã. ¶Darapti primus mod9 tertiæ figuræ,reducitur ad Darij,cõuertẽdo minorẽ per accidens.Felapton ad Ferio,minorẽ conuertẽdo per accidens.Diſamis ad Darij,per cõuerſionẽ maioris & cõcluſionis ſimpliciter,& præmiſſarũ tranſpoſitionẽ.Datiſi ad Darij item ſed per conuerſionẽ tantũ minoris ſimpliciter.Bocardo autẽ non poteſt reduci oſtẽſiue quod poteſt declarari eo modo quo ſupra de Baroco oſtẽſum eſt.Non eñ per conuerſionem maioris,quæ eſt particularis negatiua,& conuerti non poteſt.Neq; per cõuerſionẽ minoris,quæ tantũ in particularem affirmatiuã vertitur.Iam ex puris particularibus nihil ſequitur. Reducitur autẽ per impoſſibile ad Barbara.Poſtremo,Feriſon reducitur ad Ferio, per conuerſionem minoris ſimpliciter. ¶Facile autem fuerit,per ſingulos modos exemplis declarare quod dictum eſt. Verum nos prolixitatis virandæ gratia ſigillatim ea proſequi omittimus,vno aut altero exemplo contenti. Hic igitur ſyllogiſm9 in Ceſare. Nulla arbor eſt animal. & omnis homo eſt animal igitur nullus homo eſt arbor,ſic reducitur ad Celarent. Nullum animal eſt arbor &omnis homo eſt animal igitur nullus homo eſt arbor. Vbi nihil immutatum eſt, niſi quod maior ſimpliciter eſt conuerſa.Hic autem ſyllogiſmus in Cameſtres. Omnis homo eſt animal,nulla arbor eſt animal igiẽ nulla arbor eſt homo, non ita facile ad Celarent reducitur. Pluribus enim opus eſt,nempe conuerſione tam minoris quam concluſionis

ſionis ſimpliciter,& inſuper præmiſſarũ tranſpoſitiõe. Sic enĩ debet reduci. Nullũ animal eſt arbor,& omnis homo eſt animal,igitur nullus homo eſt arbor. Vides hic poſitam ſecundo loco vniuerſale affirmatiuam,quæ in Cameſtres primũ obtinebat locum,alterã autẽ præmiſſam vniuerſalẽ negatiuam conuerſam cernis,& inſuper loco motã Concluſionem quoq; non eandẽ,ſed eius cõuertentẽ vides. Simili modo & in ſingulis modis reducendis,conſyderatione virtutis literarũ,quæ in ſe continent iſta artis vocabula,ſeſe exerceant adoleſcentũ ingenia.

¶CAPVT XVI.

¶Quomodo reductione hac oſtenſiua ſit vtẽdum.

AD cognoſcendũ autẽ, quõ per iſtã reductionem bonitas ſyllogiſmorũ imperfectorũ cõprobetur præſupponenda eſt maxima vna cui potiſſimũ iſta reductio innitit̃. Eſt autẽ hæc regula ſiue maxima. Quicquid ſequit̃ ad conſequens bonæ conſequẽtiæ,idem ſequitur ad antecedens eiuſdẽ. Qua maxima , vt certiſſima & per ſe nota præſuppoſita,ſi quis forte neget aut dubitet ſyllogiſmũ in Ceſare eſſe bonũ,aduerſus illũ ſic procedetur. Præmiſſæ in Ceſare diſpoſitæ,per bonam cõſequentiam inferunt præmiſſas de Celarent. Sunt enĩ eædem,niſi ꝙ maior eſt conuerſa ſimpliciter. Semper autẽ cõuerſa propoſitio in bona conſequẽtia infert eam in quã conuertitur. Inferunt igitur ſecundũ bonã conſequentiã præmiſſæ in Ceſare,præmiſſas in Celarẽt ac proinde (iuxta maximam) quicquid ſequitur ad præmiſſas in Celarent,idem ſequitur etiam ad præmiſſas in Ceſare. Iam ad præmiſſas in Celarẽt ſequitur concluſio in Celarent, quod negari non poteſt, cum ſit modus perfectus. Atq; hæc eſt eadẽ concluſio cum illa in Ceſare. Si igitur ex præmiſſis in Celarent illa concluſio ſequitur,eadem quoq; ex præmiſſis in Ceſare recte ſequetur. ¶Iterum,ſi quis neget ſyllogiſmũ in Cameſtres factum eſſe bonum operoſius quidem erit oſtendere illius bonitatem, propterea quod pluribus opus ſit ad eius reductionem;ſic tamen oſtendetur. Præmiſſæ in Cameſtres

inferunt præmiſſas in Celarēt, quoniā eædem ſunt, niſi quod altera nempe minor eſt cõuerſa ſimpliciter & facta eſt ſecundū ſitum tranſpoſitio. Conuertens autem recte ſequitur ex conuerſa, & propoſitionum tantū ſecundū locū tranſpoſitio nihil ad veritatem aut falſitatē facit. Manifeſtū eſt autē præmiſſas in Celarēt inferre cõcluſionē in Celarēt, quæ deinde infert ſuā conuertentē, quæ erat cõcluſio in Cameſtres. Procedēdo igit a primo antecedēte ad vltimum cõſequens, fateri neceſſe eſt ex præmiſſis ĩ Cameſtres recte ſequi cõcluſionē in Cameſtres. ¶ Sic in tertia figura ſi quis neget modū Darapti, eſſe bonum, factūq; in eo ſyllogiſmū dicat nõ recte concludere, ſic aget aduerſus illū. Præmiſſæ in Darapti recte inferunt præmiſſas in Darij, cū prima vtrobiq; ſit prorſus eadē, & ſecūda in Darij ſit cõuertēs ſecūdę in Darapti. Quicquid igit ſequit ad pręmiſſas in Darij, ſequit & ad præmiſſas in Darapti, iuxta præſuppoſitā maximā. Iā ad præmiſſas in Darij citra cõtrouerſiā conſequit concluſio in Darij, quæ eadē eſt cū concluſione in Darapti: igit: concluſio in Darapti recte infert ex præmiſſis in Darapti. Ita proportionabiliter mõſtrari poſſet in ſingulis modis imperfectis omniū figurarū. Sed tria hęc exemplorū loco poſita ſufficiant. ¶ CAPVT XVI.

¶ De reductione per impoſſibile.

Alius eſt mod⁹ reducendi ſyllogiſmos imperfectos ad perfectos, qui appellatur reductio per impoſſibile vel ad impoſſibile. Hic non vtit predictis inſtrumētis: videlicet nec cõuerſione nec præmiſſarū trāſpoſitione: ſed aſſumpto cõtradictorio concluſionis ſyllogiſmi imperfecti, cū altera præmiſſarū eiuſdē ſyllogiſmi, diſponit illas ſecundū aliquē modū primæ figuræ perfectū ex quib⁹ deinde infert cõtradictoriū vel contrariū præmiſſæ alterius relictæ & cõceſſæ, ſicq; reſpondēs ad impoſſibile deducit, nimirū ad concedendum contradictoria vel cõtraria ſimul eſſe vera. ¶ Exemplo res obſcura clareſcat. Tu mihi negas ſyllogiſmum in Baroco iſtū. Oīs homo eſt aīal & aliqua arbor nõ eſt anīal

igitur aliquа arbor nõ eſt homo, bonũ eſſe, modõq; vtilẽ eſſe negas qui per Baroco ſignificat. Ita aduer ſus te agam. Si malus eſt ſyllogiſm9 ille, poteſt ergo antecedẽs dari verũ concluſione exiſtẽte falſa. Qđ ſi admittis, ponam9 ita eſſe, vt ſit cõcluſio falſa. Igi tur eius contradictoria Omnis arbor eſt homo, erit vera, cũ non poſſint duæ contradictoriæ ſimul eſſe falſæ. Aſſumo igiẽ maiorem prioris ſyllogiſmi, vna cũ hac quã modo admittis concluſionis cõtradicto ria, iiſq; in Barbara rite diſpoſitis, ſic colligo. Om nis homo eſt animal & omnis arbor eſt homo, igiẽ omnis arbor eſt animal. Hanc ſyllogizandi formã, cum ſit euidens & perfecta, negare nemo poteſt, & antecedentis vtraq; pars per te vera admiſſa eſt, igi tur & concluſio vera erit. Atqui hæc ipſa eſt cõtra dictoria alterius præmiſſæ prioris ſyllogiſmi redu cendi, quã & ipſam cõfeſſus es verã eſſe. Fateaxis er go neceſſe eſt, vel duas cõtradictorias eſſe ſimul ve ras, vel ſyllogiſmũ illum priorẽ in Baroco factũ, bo num eſſe: nec poſſe concluſionẽ eſſe falſam prẽmiſ ſis exiſtentibus veris. In hoc exemplo ad oculũ fa cile quilibet videt, quẽadmodũ negans bonitatem ſyllogiſmi imperfecti, eo deducitur, vt cogatur du as contradictorias ſimul veras admittere; idq; per aſſumptionẽ contradictorij concluſionis, cũ altera præmiſſarũ ſyllogiſmi reducendi. ¶ Sed hoc eſt in reductionib9 iſtis aduertendũ, quod pro figurarum diuerſitate, aliter & aliter diſponi debet concluſio nis contradictoriũ. In omnibus enĩ modis ſecundẽ figuræ, contradictoria cõcluſionis ponenda eſt pro minore, & eadem eſt ſeruanda maior. In tertia, con tradictoria cõcluſionis pro maiore eſt conſtituenda & minor ſyllogiſmi reducendi ſeruatur eadem. Vn de conſequenter ſequiẽ, in ſecunda figura inferri op poſitum minoris ſyllogiſmi reducendi: in tertia au tem, oppoſitũ maioris. Illius enĩ præmiſſæ oppoſi tum debet cõcludi quæ nõ aſſumitur in ſyllogiſmo per quẽ fit reductio. Et quidẽ in reductione ſyllogiſ morũ ſecundæ figuræ, ſemper cõtradictoriũ inferẽ propoſitiõis relictẽ. i. minoris. In tertia aũt nõ ſem

per cõ

per cōtradictorium, ſed interdum contrariū: idq; in duobus tantū modis. Darapti & Felapton. Verū illud in idē redit, cū æque ſit impoſſibile contraria ſimul eſſe vera, vt contradictoria: imo ex admiſſione contrarioꝝ ſimul verorū, inferunt contradictoria quoq; ſimul vera, vt patuit in legibus oppoſitionū.
¶ In modis autē imperfectis primę figurę, contradictorium cōcluſionis ſyllogiſmi reducendi accipiendum eſt pro maiore, ea autē quæ maior erat aſſumēda eſt in locū minoris: inferetq; non immediate oppoſitum minoris relictæ, ſed tale quippiā vnde eius oppoſitū ſequat. Exēpli gratia, ſyllogiſm⁹ iſte in Baralipton. Omne anīal eſt ſubſtātia & ōnis homo eſt animal igitur quædā ſubſtātia eſt homo, ſic reducit. Nulla ſubſtantia eſt homo & omne anial eſt ſubſtātia, igitur nullū animal eſt homo. Huc vides oppoſitum cōtradictoriū concluſionis poni pro maiore & prioris ſyllogiſmi maiorē pro alteri⁹ ſumi minore, concluſionē autē inferri nō immediate oppoſitā minori relictæ ſyllogiſmi reducēdi. Nō eñ iſtæ opponunt. Omnis homo eſt anīal. Nullū anīal eſt homo. Veruntamē ad concluſionē illā. Nullū anīal eſt homo, ſequit iſta. Null⁹ homo eſt anīal: quæ eſt minori illi vere cōtraria. Similiter in alijs modis cōſyderandū. ¶ In reductione tamē Celantes ad Darij peculiare hoc eſt, vt cōtradictoriū cōcluſionis pro minore conſtituat, pro maiore autē illa ſumat quæ erat minor in ſyllogiſmo reducēdo. Vt ſyllogiſm⁹ iſte in Celantes. Nullū anial eſt lapis, & ōnis homo eſt anial, igit nullus lapis eſt homo, ſic reducitur ad Darij. Omnis homo eſt anial & quidā lapis eſt homo, igit quidā lapis eſt anīal. Vides hic pro maiore poſita eam quæ erat minor prioris ſyllogiſmi, cōtradictoriā autē concluſionis minorē, cōcludi vero nō oppoſitū contradictoriū relictæ maioris, ſed tale aliquid vnde ſequit contradictoriū eius. Per ſimplicem eñ conuerſionē ſequitur. Quidā lapis eſt aīal, igitur quoddā animal eſt lapis, quæ vere eſt maiori illi. Nullū animal eſt lapis contradictorie oppoſita. ¶ CAPVT XVII.

¶Ad quos modos perfectos ſinguli imperfecti ſint reducendi per impoſſibile.

AD cognoſcendũ autẽ,qui imperfectorũ modorum ad quos perfectos debeãt reduci, nõ eadẽ eſt habenda conſyderatio.qua ſuperius vſi ſum⁹ in reductione oſtẽſiua. Illic em̃,ſecundum initiales literas docuim⁹ inuenire modũ ad quẽ deberet reductio fieri . Verũ in hac reductione,id locũ non habet. Baralipton em̃ non reducit ad Barbara, ſed ad Celarẽt.Celantes nõ ad Celarẽt, ſed ad Darij. Ceſare quoq; nõ ad Celarẽt,ſed ad Ferio,& ita in cęteris fere. Supereſt igit ad plenã huius rei notitiam quod nondũ apertũ eſt & inueſtigatiõis videt eſſe profundioris,elucidare. ¶ Duobus autẽ modis id docebimus.Primo quidẽ,vſu quarundã vocũ,deinde artis conſyderatione. Primo(inquã)vocum quarundam vſu hæc res indicat.Pro quinq; modis primæ figuræ ſeruit verbũ . Neſciebaris . Pro quatuor modis ſecundæ figuræ,verbũ.Odiebam.Pro ſex autẽ modis tertiæ,ſeruiunt hæ duæ voces, Letare Romanis.Aduerte aũt,primũ verbũ quod pro modis primæ figuræ ponitur: quinq; habere ſyllabas, ſicut quinq; ſunt eius figuræ modi imperfecti:ſecundum verbũ quatuor habet ſyllabas, vt ſunt quatuor modi ſecundæ figuræ. Duo alia vocabula ſimul ſumpta,ſex habent ſyllabas,iuxta numerũ modorũ tertiæ figuræ.In ſingulis autẽ ſyllabis, conſydera vocalem qualis ſit.A em̃,ſignificat vniuerſalẽ affirmatiuã. E vniuerſalẽ negatiuã.I,particularẽ affirmatiuam. O particularẽ negatiuã. Deinde ordinẽ conſydera.quẽ ſyllaba quælibet tenet,vt ſcias cui⁹ modi debeas ex ea quærere reductionẽ.Quæ duo vbi attenderis, tũ demũ cõſydera,quis ex quatuor modis primę figuræ talẽ concluſionẽ inferat: qualẽ & quantã tibi deſignat vocalis.Et pro certo habe, modũ illũ imperfectum qui per ſyllabã talem ſignificat,ad illum modum perfectum primæ figuræ reduci,qui talẽ habet concluſionẽ qualẽ ſignificat vocalis eiuſdẽ ſyllabæ. ¶Fiat exemplo clarũ quod dicit.In dictione Neſciebatis,prima ſyllaba Neſ,locũ tenet primi modi imperfecti

perfecti Baralipton. Habet vocalē E, quæ ſignificat vniuerſalē negatiuā, In prima autē figura vnic9 mo dus talē propoſitionē concludens, eſt, Celarēt. Hinc depræhēdis. Baralipton reduci ad Celarent. Deinde ſecunda ſyllaba Ci, locū tenet ſecundi modi Celantes. Vocalis i, ſignificat particularē affirmatiuā, quæ concludit in Darij. Hinc certo colligis, Celantes ad Darij reduci. Tertia ſyllaba e, locū tenet tertij modi Dabitis. Propoſitionē ſignificat vniuerſalem negatiuam, quæ concludit in Celarēt. Hinc colligis, ad Celarent Dabitis reducendū. Ita quarta ſyllaba Ba, ſignat quartū modū Fapeſmo reducendū ad Barbara, vbi vniuerſalis affirmatiua concludit. Vltima aūt ſyllaba Tis, ſignificat modū vltimū Friſeſom reduci ad Darij. ¶ Similiter de modis ſecundæ figure dicendum. Huius vocabuli. Odiebā, quatuor ſunt ſyllabæ. O ſignificat, Ceſare reduci ad Ferio. Di, ſignat Cameſtres reduci ad Darij. E, ſignat Feſtino reduci ad Celarent. Bam ſignat Baroco reduci ad Barbara. Sic in tertia figura, per vocabula illa. Letare Romanis, idem ſignificatur. Darapti em̄ innuit reduci ad Celarent, Felapton ad Barbara. Diſamis ad Celarēt. Datiſi ad Ferio, Bocardo ad Barbara. Feriſon ad Darij. ¶ Secundo profundiori cōſyderatione docebimus cognoſcere, huiuſmodi modorū reducendorū ad eos per quos debeat reductio fieri, proportionē. Tenendū imprimis firma memoria, quod ſupra dictum eſt, in ſecunda figura eandē ſeruari maiorem, & pro minore ſumendā eſſe contradictoriā concluſionis: in tertia autē ecōtrario, pro maiore accipi cōtradictoriā, minorē autē ſeruari: quæ differētia verſiculis his duob9 nō admodū eruditis, ſed ad hanc rem apprime cōmodis, facile memoriæ commendatur. Verſiculi.

Seruat maiorem variatq; ſecunda minorem.
Tertia maiorem variat, ſeruatq; minorem.

Statim igitur vbi ſcire volueris, ad quē modū propoſitum ſyllogiſmū imperfectū debeas reducere, cōſydera eius concluſionē, & ipſius contradictoriam, qualis ſit & quanta. Deinde hanc cōpone cū maiore aut minore, quæ pro ratione figuræ erit aſſumen

da pro altera præmiſſa: & attende dilig ēter, in quo modo primæ figuræ perfecto præmiſſæ illæ ſimul iunctæ ſint diſpoſitæ. Hinc certiſſimo colliges modum, ad quē debet ſyllogiſmus reduci. ¶ Exēpli gratia, hic ſyllogiſmus in Ceſare mihi proponiť. Nullꝰ lapis eſt animal, & ōnis homo eſt animal, igiť, nullꝰ homo eſt lapis Volo iuxta hanc artem diſpicere, ad quē modum debeā illum reducere. Videbo mox cōcluſionē, quæ eſt vniuerſalis negatiua, cuiꝰ proinde cōtradictoriū eſt particularis affirmatiua. Hæc mihi ī ſyllogiſmo perfecto pro minore eſſe debet. Maior autē, quæ eſt ſeruanda ex ſyllogiſmo reducēdo, vniuerſalis eſt negatiua. Vniuerſalē autē negatiuam maiorē & particularē affirmatiuā minorē, ſcio ī prima figura pręmiſſas eſſe ī Ferio. Certiſſimū igiť mihi erit Ceſare reduci ad ferio. Ita in Cameſtres cōſydero cōcluſionē vniuerſalē negatiuā: eius proinde cōtradictoria eſſe debet particularis affirmatiua, quę mihi eſt cōſtituēda minor in reductione cum maiore ſeruata, vniuerſali affirmatiua. Vniuerſalis autē affirmatiua pro maiore, & particularis affirmatiua pro minore, in Darij ſunt præmiſſæ. Nihil igiť dubium, quin debeat ad Darij reduci Cameſtres. Similiter oſtēdi poſſet in ſingulis modis imperfectis. Verum nos vno & altero exemplis propoſitis, reliqua adoleſcentum ingenijs pro exercitio ſimiliter deducenda relinquimus.

¶ CAPVT XVIII.

¶ De quibuſdam apud Ariſtotelem tractatis, quæ vocantur præſuppoſita.

☞ POnit Ariſtoteles quædam, quæ vocant præſuppoſita, quæ in tractatu ſyllogiſmorū quaſi cognita præſupponunť, & ex dictis in ſyllogiſmis ſtatim innoteſcunt, Quæ nos paucis enumerabimus ſimul & declarabimꝰ, quantum ad ea in quibus nondum plena facta eſt declaratio. Sunt igitur huiuſmodi præſuppoſita quatuor.

Quatuor pſuppoſita. Primum præſuppoſitū. Omnis ſyllogiſmus eſt in aliqua trium figurarꝫ &

ones ſyllogiſmi aliarum figurarũ per primam perficiuntur. Secundum. In omni ſyllogiſmo, aliquam præmiſſarũ eſſe affirmatiuã, & aliquã vniuerſalẽ eſt neceſſe. Tertium. Omnis ſyllogiſm⁹ ex trib⁹ terminis & non pluribus conſtat. Quartum. Quædam propoſitiões difficulter ſyllogizantur, quædam facilius.

¶Primum præſuppoſitum ampliori declaratione non indiget, cum abunde iam ſit oſtenſum in præcedentibus. Similiter & ſecundum ex dictis eſt notum. ¶Circa tertium autem nota, debere ipſum intelligi de ſyllogiſmo ſimpliciter vno, & non aucto. Interdum enim ſyllogizãdo adijcitur maiori aut minori alia propoſitio, velut ipſius probatio & confirmatio, antequã ad concluſionem veniatur: & hic vocat ſyllogiſmus auctus, eo quod augeat termino aliquo vel propoſitione, vltrá conſuetam ſyllogiſmi formam. Et interdum quidem ex maiore venit augmentum iſtud, interdum ex minore, interdum ex vtraq;. Ex maiore, cũ ſic colligo. Omnis homo eſt capax diſciplinę, quia omne animal rationale eſt capax diſciplinæ: & Ioannes eſt homo: igitur Ioannes eſt capax diſciplinæ. Ex parte minoris tantum. Omnis homo eſt capax diſciplinæ. Ioannes eſt homo quia ipſe eſt animal rationale, igit Ioãnes eſt capax diſciplinæ. Ex parte vtriuſq;. Omnis homo eſt capax diſciplinę, quia omne animal rationale eſt capax diſciplinæ: & Ioãnes eſt homo, quia eſt animal rationale, igitur Ioannes eſt capax diſciplinæ. Huiuſmodi ſyllogiſmi dicuntur ſyllogiſmi non ſimpliciter vni ſed aucti; quoniã plures in ſe virtute con-

tinent ſyllogiſmos. In adiectione namq; probationis ad maiorem, ſyllogiſmus vnus implicatur: ſimiliter & in adiectione probationis ad minorẽ Si igitur plures hic ſint ſecundum virtutẽ ſyllogiſmi & non vnus, nihil mirũ, ſi plures tribus numerent termini In ſyllogiſmo autẽ ſimpliciter vno, nunq̃ niſi tres inuenient. ¶Circa autẽ quartũ præſuppoſitũ nota quod illã propoſitionẽ intelligim⁹ difficulter ſyllogizabilem, quæ in paucioribus figuris & modis poteſt pro concluſione inferri: illã autẽ facilius, quę in pluribus figuris aut modis inferri poteſt. Atq; hinc patet, quod inter omnes propoſitiones, vniuerſalis affirmatiua omniũ difficillime ſyllogizatur. Solũ enim in prima figura, & in vnico modo: poteſt cõcludi. In ſecũda em figura oportet concluſionẽ eſſe negatiuam, & in tertia particularẽ. Vniuerſalis aũt negatiua ſyllogizatur in duab⁹ figuris, prima & ſecũda: in prima quidẽ vno modo perfecta Celarent: in ſecunda autẽ, per duos modos, Cęſare & Cameſtres. Eſt igitur facilius ſyllogizabilis vniuerſali affirmatiuá. Particularis affirmatiua concludit in prima & tertia: in prima quidẽ, vno modo, in tertia autẽ tribus, nempe Darapti, Diſamis, Datiſi. Non autẽ in ſecunda, vbi cõcluſio ſemper debet eſſe negatiua. At vero particularis negatiua, in omnib⁹ figuris ſyllogizatur: in prima quidẽ vno modo: in ſecunda duobus. Feſtino & Baroco: in tertia autem tribus. Felapton, Bocardo, Feriſon. Omniũ igitur facillime ſyllogizatur particularis negatiua, ſicut omnium difficillime vniuerſalis affirmatiua. Medio autẽ modo ſe habent vniuerſalis negatiua & particularis affirmatiua. ¶Sicut autẽ vniuerſalẽ affirmatiuã cõſtruere eſt difficillimũ, & particularẽ negatiuã conſtruere facillimũ ita econtrario vniuerſalẽ affirmatiua deſtruere, eſt facillimũ: difficillimum autẽ, deſtruere particularẽ negatiuã. Conſtruere autẽ aliquã propoſitionẽ in propoſito eſt, eam probare verã. Deſtruere autẽ, falſam oſtẽdere, aut oppoſitũ eius inferre. Illa em deſtruitur facilius, cuius falſitas poteſt pluribus modis ſiue per plura oſtẽdi: & illa difficili⁹, cuius falſi

ſus falſitas per pauciora poteſt monſtrari. Vniuerſa lis autẽ affirmatiua deſtruit,& per vniuerſalẽ negatiuam ſibi contrariã,quæ in duab⁹ figuris ſyllogizatur:& per particularẽ negatiuã contradictoriã, quæ in õnibus.Particularis autẽ negatiua,nõ deſtruit niſi per vniuerſalẽ affirmatiuam,quæ vnica figura & vnico modo poteſt cõcludi.Illa igitur facillime deſtruitur,hæc difficillime.Vniuerſalis autẽ negatiua & particularis affirmatiua medio modo ſe habent. Vniuerſalis enĩ negatiua deſtruit per vniuerſalem affirmatiuã contrariã quæ tantũ vnico modo concluditur:& per particularẽ affirmatiuã,quæ in duabus figuris & in tribus modis concludit.Particularis autẽ affirmatiua deſtruit tantum per vniuerſalẽ negatiuã quæ concludit in vno modo primæ figuræ,& in duobus ſecundæ.❡Huius autẽ præſuppoſiti declarationẽ Ariſtoteles verbo notatu digno cõcluſit dicẽs.Omnino non latere oportet, vniuerſalia per particularia deſtrui:& particularia per vniuerſalia,& non conſtrui vniuerſalia per particularia,quãuis econuerſo.Inſuper manifeſtũ eſt, quoniã deſtruere facilius eſt ꝙ conſtruere.Priorẽ huius notabilis dicti partẽ,pulchre & particulatim leges explicãt propoſitionũ cõtradictoriarũ & ſubalternarũ Contradictoriæ enĩ ſunt,vniuerſalis & particularis oppoſitę qualitatis.Deſtruuntur igitur vniuerſalia per particularia,& econtrario.Vniuerſalis autẽ, & particularis eiuſdẽ qualitatis,ſubalternæ ſunt: quarum illa hanc infert & probat,non autẽ econtrario Secunda autẽ pars ex hoc manifeſta eſt, quoniã ad declarandã veritatẽ pluribus opus eſt.Si enĩ vel vnum aliquid defuerit,ſtatim falſitas argui poteſt Vnde queadmodũ de bono & malo dici ſolet, bonum eſſe ex integra cauſa,malũ autem ex particularibus defectib⁹(Vnius enĩ ſolius circunſtantiæ defectu fit malũ)ita de veritate & falſitate dici ſimiliter poteſt,veritatẽ ex integra cauſa conſtare, falſitatem ex particularib⁹ defectibus.Vnde hæc propoſitio.Omnis homo eſt riſibilis,falſa probaretẽ, ſi vel vnus ex omnibus poſſet inueniri hominib⁹,cui nõ

Notabile dictũ Ariſtot.

prædica

prædicatum conueniret.

CAPVT XIX.

De arte inueniendi medium.

Quæ ſequũtur vſq; ad cap. 27. feſtinus lector ſi negraui dãno poterit trãſilire.

DOcet quoq; certis regulis Ariſtoteles, quo modo ad vnamquãq; concluſionem probãdam commodũ mediũ inuenire valeamus. Aliter em̃ & aliter ſumendum eſt mediũ, pro qualitate concluſionis quã probare intendim⁹. Non em̃ eodem modo quærendũ eſt medium ad concludendum vniuerſalem affirmatiuã, quo ad vniuerſalem negatiuam: nec ſimiliter ad vniuerſalem & ad particularem. Ponit autẽ pro huius rei notitia ille quatuor regulas, in hunc modum.

Quatuor regulæ pro inuentiõe medij.

Prima regula. Cõcludere volentibus vniuerſalem affirmtiuam, ſumendũ eſt cõſequẽs ſubiecti & antecedẽs prædicati. Secunda. Ad concludendũ particularem affirmatiuã, antecedens ad vtrumq; extremorum ſumẽdum eſt. Tertia. Ad cõcludendũ vniuerſalem negatiuã, ſumetur conſequens ſubiecti & extraneũ ad prædicatum, vel cõſequens prædicati & extraneũ ſubiecti. Quarta. Ad concludendũ particularẽ negatiuam, ſumẽdum eſt antecedẽs ſubiecti & extraneum prædicati.

Pro quarum regularum intellectu, prius quid ſit ſubiectum, quid conſequẽs, quid extraneum dicendum. Per conſequẽs ſubiecti aut prędicati, intelligit terminũ

terminum qui infertur ex alio, ſicut genus ex ſpecie, ſpecies ex indiuiduo, & omne magis commune ex minus cõmuni. Antecedens autẽ dicitur, terminus ex quo infertur alius, vt ſpecies eſt antecedens generis, & omne minus commune eſt antecedens magis communis. In terminis autẽ conuertibilib9: vterq; ad alterũ dici videtur & antecedens & conſequens: quoniam viciſſim ſe inferunt & inferũtur ex ſeinuicem. Extraneum autem ſubiecti aut prædicati, intelligit terminũ diſparatum, qui ſcilicet vniuerſaliter poſſit de illo negari, vt homo eſt extraneum bruto, & lapis homini. ¶Quo præmiſſo. ſic intellige primam regulam. Si concluſio quam probare intẽdis ſit vniuerſalis affirmatiua, pro medio ad illã concluſionem probãdam, ſumendus erit tibi aliquis talis terminus, qui ſit conſequens ſubiecti concluſionis & prædicati eius antecedens. Sit, exempli gratia, iſta tibi probãda. Omnis homo eſt ſenſibilis, pro medio accipies terminũ animal, qui eſt genus & cõſequens ſubiecti homo, & antecedẽs prædicati ſenſibile, eo quod ſequatur ſenſibile ad animal. Sic igitur argumentare. Omne anĩal eſt ſenſibile, & omnis homo eſt animal, igitur omnis homo eſt ſenſibilis. Et ſeruit hæc regula tãtum pro prima figura. ¶Secundæ autem regulæ ſenſus eſt Si velis probare cõcluſionem aliquam particularẽ affirmatiuam, pro medio ad hoc commodo conſydera terminum aliquem, qui inferat ex ſe tam ſubiectum quã prædicatum cõcluſionis. Per huiuſmodi em̃ terminum propriiſſime efficies propoſitum Sit, exempli gratia iſta probanda. Aliqua ſubſtantia eſt incorruptibilis. Accipe terminum ſpiritus, qui eſt antecedens ad vtrumq; extremum cõcluſionis: ſicq; argumẽtare. Spiritus eſt incorruptibilis, & omnis ſpiritus eſt ſubſtantia, quædam igitur ſubſtantia eſt incorruptibilis. Seruit autem hæc regula maxime pro tertia figura, ex qua propriiſſime probatur particularis affirmatiua. In prima em̃ figura cũ infertur particularis affirmatiua medium quod accipitur non debet eſſe antecedens ad vtrumq; extremum

mum.Sufficit eñ quod ſit antecedens ad prædica⸗tum,ad ſubiectum autẽ non debet eſſe antecedens. ¶Tertiæ regulæ hic eſt ſenſus.Si probare volueris propoſitionẽ aliquã vniuerſalẽ negatiuã vide quæ⸗ras pro medio terminũ,qui inferat ſubiectũ conclu ſionis & negetur õnino de prædicato,aut ecõtrario qui inferat prædicatũ & õnino de ſubiecto negetur Sit exempli gratia hæc probanda,Nullus homo eſt aſinus.Pro medio cape terminũ animal rationale, qui infert ex ſubiecto homo, tanq̃ conuertibile ex conuertibili:eſt autẽ extraneus ad prædicatũ aſinus quoniã nulli aſino conuenit atq; hoc medio ſic pro cede Nullũ animal rationale eſt aſin⁹,& omnis ho⸗mo eſt animal rationale,igitur nullus homo eſt aſi⸗nus Vel ad eandẽ concluſionẽ probandã accipe pro medio brutũ,qui termin⁹ eſt conſequens prædicati aſinus,nimirũ ipſius genus:eſt autẽ extrane⁹ ad ſub iectum homo:ſicq; ſyllogiſmũ confice in ſecũda fi⸗gura,in Cameſtres.Omnis aſinus eſt brutũ & nul⸗lus homo eſt brutũ,igitur nullus homo eſt aſinus. Vnde patet hanc regulã ſeruire primæ figurę & ſe⸗cundæ,illi quidẽ ex parte priori, huic autẽ ex parte poſteriori.¶Quartæ regulæ hic eſt ſenſus.Cum vo lueris ſyllogiſtice probare propoſitionẽ aliquã par⸗ticularem & negatiuã,tale aliquod mediũ diſpice, quod ſit ad ſubiectũ concluſionis antecedens, & ad prædicatũ extraneũ:ex hoc eñ recte conficies pro⸗poſitum.Exempli gratia,probãda mihi ſit iſta. Ali⸗quod animal nõ eſt homo,pro medio accipiã termi num brutum qui eſt antecedens ad animal, & ex⸗traneum ad hominẽ.Hocq; medio ita ſyllogizabo in tertia figura.Nullũ brutum eſt homo & õne bru tum eſt animal,igitur aliquod animal nõ eſt homo idq; in Felapton.Vel in Bocardo,per maiorẽ parti⸗cularem ſic.Aliquod brutum non eſt homo,& om ne brutum eſt animal,igitur aliquod animal nõ eſt homo.Vel in ſecunda figura in Feſtino,per idẽ me dium ſic.Nullus homo eſt brutum,& quoddã ani⸗mal eſt brutũ,ergo quoddam animal nõ eſt homo. In prima quoq; figura per idem mediũ ſic.Nullum

brutum eſt homo, & aliquod animal eſt brutū, igitur aliquod animal non eſt homo. Hinc patet, quod regula iſta pro omnibus figuris ſeruiat, eo quod particularis negatiua ſola vbiq; concludatur.

¶ CAPVT XX,

¶ De ſyllogiſmorum poteſtatibus.

Ponit quoq; Ariſtoteles aliquot ſyllogiſmorum poteſtates, id eſt peculiaria quædã quæ per ſyllogiſmos poſſunt fieri, Sunt autẽ numero ſex quæ ſic enumerantur. Poteſtas plura concludendi, poteſtas verum ex falſis ſyllogizandi, poteſtas circulariter ſyllogizandi, poteſtas conuerſiue ſyllogizandi, poteſtas ad impoſſibile ſyllogizandi, & poteſtas ſyllogizandi ex oppoſitis. ¶ Quantum ad primam poteſtatẽ plura cõcludendi, nota, quod pluribus modis intelligi poteſt, ſyllogiſmũ aliquẽ plura concludere. Primo, ex parte concluſionis, ex qua conſequenter inferri poteſt ipſius conuertens. Vnde præmiſſæ in Barbara inferunt concluſionẽ ſuam & per illam ipſi9 conuertentẽ. Nam (vt ſupra dictũ eſt) quicquid ſequitur ad conſequens bonæ conſequentiæ, idem ſequitur & ad antecedens eiuſdẽ. Ita omnes ſyllogiſmi vniuerſales, id eſt, qui vniuerſaliter cõcludunt plura ſyllogizãt. Omnis enim̃ concluſio vniuerſalis conuertitur: affirmatiua per accidẽs negatiua autẽ ſimpliciter. Itẽ omnes ſyllogiſmi concludentes particularẽ affirmatiuam ſimiliter plura poſſunt cõcludere: quoniã & ipſa ſimpliciter cõuertitur. Qui autẽ particularẽ negatiuã cõcludunt hac ex parte non habẽt poteſtatẽ concludẽdi plura: quoniam illa non conuertitur cõuerſione ſyllogiſmis accommoda. Inſuper, ex parte cõcluſionis & aliter cõtingit plura concludere: quoniam ſi vniuerſalis fuerit concluſio, infert ex ſe particularẽ ſibi ſubalternã, iuxta legẽ ſubalternarũ. Si autem particularis fuerit concluſio hac ex parte non poteſt concludere plura: quoniã ex particulari non ſequitur vniuerſalis. ¶ Secundo accipimus hanc poteſtatem plura concludendi per nouam ſubſumptionẽ, idq; rurſum dupliciter. Vel per ſubſumptionẽ plurium minorum extremi-

Sex poteſtates ſyllogiſmorum.

Prĩa poteſtas.

extremitatum ſub medio : vel per ſubſumptionem ſub ſubiecto concluſionis. Exemplum primi modi. Omne animal eſt ſubſtantia, & omnis homo eſt animal, igitur omnis homo eſt ſubſtantia : item õnis equus eſt animal, igitur omnis equus eſt ſubſtantia, item omnis leo, item omnis aſinus, & ita in omnibus ſpeciebus. Verũ hoc modo ſatis improprie dicitur ſyllogiſmus aliquis plura concludere. quoniã altera ſemper præmiſſarũ, nempe minor, variať. Dicitur tamẽ ſyllogiſm⁹ aliquo modo vn⁹ ratione præcipuæ partis, nẽpe maioris, vnde eſt præcipua vis illationis, quæ eadẽ manet & inuariata. Ex parte autem concluſionis, per ſubſumptionẽ ſic concluduntur plura. Omne animal eſt ſubſtantia & omnis homo eſt animal, igitur omnis homo eſt ſubſtantia: & Petrus eſt homo, igitur Petrus eſt ſubſtantia. Ita in cæteris indiuiduis. Hoc autẽ modo non poſſunt cõcludere plura ſyllogiſmi cõcludentes particulariter quoniam fieret ſubſumptio ſub medio nõn accepto vniuerſaliter, procedereturq̧ maiore particulari in prima figura.

¶ CAPVT XXI.

¶ De poteſtate verum ex falſis concludendi.

Secunda poteſtas.

QVantũ ad ſecundã poteſtatẽ, quæ eſt, verũ ſyllogizandi ex falſis, ſciendũ eſt: non hoc eſſe peculiare ſyllogiſmo, ſicut nec præcedens poteſtas ſyllogiſmo eſt propria, ſed etiam alijs conuenit argumentationũ formis. Eſt em̃ regula & maxima infallibilis, ex veris nunq̃ poſſe niſi verũ inferri, in quacunq̧ argumentatione bona. Ex falſis autẽ inferri verũ, nihil prohibet. Exempli gratia, hic eſt ſyllogiſm⁹ bonus in Barbara. Omne animal eſt arbor & õnis pir⁹ eſt animal, igitur omnis pirus eſt arbor. Formam argumentandi certiſſimã atq̧ perfectam vides qua non poſſit eſſe euidentior. Ambæ autem pręmiſſæ manifeſtã habent falſitatẽ imo impoſſibilitatem; cõcluſione tamen nihil eſt verius cũ predicetur genus de ſpecie. Hoc tamẽ ſciendũ quod cõcluſio nunq̃ poteſt eſſe vera propter pręmiſſarum falſitatẽ, neq̧ poteſt inferri cõcluſio vera ex præmiſſis falſis, tanquã ex cauſa ſuæ veritatis. Impoſſibile

em̃ eſt,

ẽm eſt,vt falſitas ſit cauſa veritatis,nec poteſt veritas innitiſalſitati. ¶CAPVT XXII.

¶De ſyllogiſmo circulari. Tertia poteſtas.

CIrculariter ſyllogizare Ariſtoteles ita definit per cõcluſionem & conuertentẽ alterius præmiſſarũ inferre reliquã pręmiſſarum ſyllogiſmi prioris.Idẽ appellat ex ſeinuicẽ oſtendere.i.oſtẽdere viciſſim per concluſionẽ præmiſſam,ſicut ipſa oſtendit concluſionẽ.Exẽpli gratia,hoc ſyllogiſmo propoſito.Omne anĩal rationale eſt riſibile & omnis homo eſt anĩal rationale,ergo õnis homo eſt riſibilis,maior ſic ſyllogizabitur circulariter,Omnis homo eſt riſibilis,& õne aĩal rationale eſt homo,ergo omne anĩal rationale eſt riſibile. Minor autẽ ſic. Omne riſibile eſt aĩal rationale & õnis homo eſt riſibilis,igiť omnis homo eſt anĩal ratiõale. Vides in ſyllogiſmo poſteriori ex cõcluſione prioris ſyllogiſmi accepta pro maiore vel pro minore & conuertẽte alterius præmiſſarũ,inferri reliquã præmiſſarum prioris ſyllogiſmi.¶Oportet autẽ huiuſmodi circulares ſyllogiſmos fieri in terminis cõuertibilib9,cuiuſmodi ſunt termini propoſiti,animal rationale,riſibile,homo.Alioqui ẽm non valeret cõuerſio vniuerſalis affirmatiuæ in vniuerſalẽ affirmatiuã, cui9 eſt vſus in hac ſyllogizatione.Nuſquã ẽm talis cõuerſio valet,niſi gratia materiæ in terminis conuertibilibus. ¶CAPVT XXIII.

¶De ſyllogiſmo conuerſiuo. Quarta poteſtas.

COnuerſiue ſyllogizare (iuxta Ariſtote.deſſinitionẽ)eſt,ex oppoſito aut cõtrario cõcluſionis cũ altera præmiſſarũ,interimere reliquã. Docet quoq; id fieri diuerſimode.Maiorem ẽm primæ figuræ dicit interimi per tertiã,ex eadẽ minore & oppoſito vel contrario concluſionis pro maiore minorẽ autẽ per ſecũdam ex eadẽ maiore. Exempli gratia,huius ſyllogiſmi in Barbara.Omne anĩal eſt ſubſtantia & omnis homo eſt animal,igitur omnis homo eſt ſubſtãtia,maior ſic interimitur, per ſyllogiſmum conuerſiuũ.Nullus homo eſt ſubſtantia & omnis homo eſt animal igitur aliquod animal,non

eſt ſub

eſt ſubſtãtia.Hic ſumit̃ contrariũ cõcluſionis.Sufficeret tamẽ ſumere cõtradictoriũ,ad eandẽ cõcluſionẽ inferendã in Bocardo.Minor aũt ſic interimitur per ſyllogiſmũ cõuerſiuũ.Omne animal eſt ſubſtãtia & aliquis homo nõ eſt ſubſtãtia,igit̃ aliquis homo nõ eſt anĩal. ¶Secũdæ aũt figurę maior interimitur per tertiã,minore prioris ſyllogiſmi poſita ꝓ maiori alterius,& cõcluſionis oppoſito pro minore poſito.Minor autẽ per primã,manẽte eadẽ maiore.Exẽpli gratia,huius ſyllogiſmi in Ceſare.Nullus lãpis eſt animal & õnis homo eſt anĩal, igit̃ nullus homo eſt lapis,maior ſic interimit̃ Omis homo eſt anĩal,& aliquis homo eſt lapis,igit̃ aliquis lapis eſt anĩal.Minor aũt ſic.Nullus lapis eſt aĩal, & aliquis homo eſt lapis,igit̃ aliquis hõ non eſt anĩal. ¶Tertiæ autẽ figurę maior,per primã interimit̃,manente eadẽ minore:& minor per ſecundã,ſumpta maiore pro minore.Vt huius ſyllogiſmi.Omnis homo eſt anĩal & omnis homo eſt ſubſtãtia,igit̃ quędã ſubſtãtia eſt anĩal,maior ſic intermit̃ . Nulla ſubſtantia eſt anĩal & omnis homo eſt ſubſtãtia,igit̃ nullꝰ homo eſt anĩal,vel quidã homo non eſt anĩal. Minor autẽ ſic.Nulla ſubſtãtia eſt anĩal & omnis homo eſt aĩal igitur quidam homo non eſt ſubſtantia, vel nullus homo eſt ſubſtantia.

CAPVT XXIIII.

Quinta poteſtas.

¶De ſyllogiſmo per impoſſibile.

» PEr impoſſile ſyllogizatur , quando propoſitione aliqua vera negata,proceditur ex eiꝰ cõtradictorio,cũ alia ꝓpoſitiõe manifeſte vera ad inferendũ manifeſte falſum:ex cuius interẽptione cõſequenter fit regreſſus,ad interimendũ cõtradictoriũ ꝓpoſitionis veræ negatæ:ac deinde ex cõſequenti,ad aſtruendã veritatem illius quæ à principio fuit negata.Vt ſi quis neget hanc propoſitionẽ. Omnis homo eſt riſibilis,ita cõtra ipſum ꝓcedetur Omne animal rationale eſt riſibile, & aliquis homo nõ eſt riſibilis,igitur aliquis homo nõ eſt anĩal rationale.Cõcluſio eſt manifeſte falſa, & nõ maior quæ eſt manifeſte vera,ergo minor,quæ eſt contradictoria propoſitionis negatæ , Quod ſi hæc eſt falſa,erat

ſa erat igitur illa ab initio negata vera, cum nõ poſſint cõtradictoriæ ambæ ſimul eſſe falſę. Differt autem hic ſyllogiſm⁹ per impoſſibile a ſyllogiſmo cõuerſiuo, quoniã conuerſiu⁹ ſemper præſupponit aliũ ſyllogiſmũ, ſyllogiſm⁹ autẽ per impoſſibile nõ. Sufficit enĩ, propoſitionẽ aliquã eſſe negatã, ſiue in ſyllogiſmo ſiue extra ſyllogiſmum id fuerit.

¶CAPVT XXV.

¶De ſyllogiſmo ex oppoſitis.

"Syllogiſmus dicitur ex oppoſitis in quo ex præmiſſis cõtrarijs vel cõtradictorijs infertur concluſio, in qua negatur idem de ſeipſo. Vt in hoc ſyllogiſmo. Omnis homo eſt ſubſtãtia, & null⁹ homo eſt ſubſtantia, igitur nullus homo eſt homo. Ex cõtradictorijs ſic. Omnis homo eſt ſubſtãtia & aliquis homo nõ eſt ſubſtãtia, igitur aliquis homo nõ eſt homo. ¶Interdũ vero proceditur ex præmiſſis formaliter contrarijs vel contradictorijs, ad illationem concluſionis, in qua formaliter & expreſſe idem negatur de ſeipſo, vt in exemplis iam propoſitis. Interdum vero ex præmiſſis tantum æquiualẽter cõtrarijs vel cõtradictorijs, ad concluſionem in qua æquiualenter idem de ſeipſo negatur. ¶Æquiualenter autẽ oppoſitas dicimus pręmiſſas, quando ex ſe poſſunt per bonam conſequentiam inferre formaliter oppoſitas. Vt cũ ſic argumẽtor. Omne animal eſt ſubſtantia, & aliquis homo nõ eſt ſubſtantia igit͛ aliquis homo nõ eſt animal. Pręmiſſæ nõ ſunt cõtradictoriæ, quoniam non participant vtroq; termino. Inferunt tamẽ vere cõtradictorias, quoniam ſecunda illa. Aliquis homo nõ eſt ſubſtãtia, recte infert hanc. Aliquod animal nõ eſt ſubſtantia, quæ eſt formaliter priori cõtraria. Item in cõcluſione, cum dicitur. Aliquis homo nõ eſt animal: negatur æquiualenter idem de ſeipſo, quoniam ex illa recte infertur iſta. Aliquis homo nõ eſt homo in qua formaliter idem negatur de ſeipſo. ¶Valet autẽ hic ſyllogiſmus ex oppoſitis, cõtra eos qui forte, vel per inaduertentiã, vel per proteruiã admitterẽt, duas propoſitiones ſic oppoſitas, formaliter vel æquiualẽter

Sexta poteſtas.

Per illationē nãq; talē, in qua idem negat̄ de ſeipſo, manifeſtiſſime conuincunt̄: quoniã ſicut nõ eſt propoſitio apparētioris & certioris veritatis, q̃ affirmatiua illa in qua idem affirmatur de ſeipſo, ita nõ eſt vlla propoſitio magis falſa aut magis apparēter falſa, illa in qua idem negatur de ſeipſo. ¶Deniq;, & hoc eſt aduertendum, nõ poſſe hunc ſyllogiſmũ fieri ex quibuſlibet oppoſitis. Nam ex ſubcõtrarijs non valeret. Ambæ em̄ ſunt particulares. Ex puris autem particularib9, nihil ſyllogiſtice ſequitur. Ex contrarijs autem & contradictorijs valet.

¶CAPVT XXVI.

¶De tribus defectibus ſyllogiſmorum.

SVbiungit quoq; prędictis Ariſtoteles tres ſyllogiſmorũ defect9: quos, quia nõ ita multũ videntur ad propoſitũ facere, breuiſſimis tantum per-

Prim9 defectus. » ſtringem9. Primus defectus eſt, petere principiũ: qđ » tunc ait fieri, quãdo in ſyllogiſmo aliquo non oſtenditur » propoſitũ, vtpote cũ per ignotiora procedit̄, vel æque ignota. Vt quando idē per idē probat̄, & vniuerſaliter quãdocũq;, præmiſſe nõ poſſunt probare cõcluſionem. Vt in hoc ſyllogiſmo eſt petitio principij Omnis homo eſt homo, & õnis homo eſt homo, ergo omnis homo eſt homo. Itē in iſto. Omnis homo eſt capax diſciplinæ, & omne anĩal rationale eſt homo igit̄ omne anĩal ratiõale eſt capax diſciplinæ. Concluſio em̄ eſt notior præmiſſa maiore. ¶Secundus ſyllogiſmoꝝ defectus appellat̄ non propter hoc accidere falſum, quod tunc cõtingere dicit A-

Scđs defectus. » riſtoteles, quãdo ſyllogizãdo falſitas cõcluſionis il» latæ imputat̄ alicui propoſitioni in antecedēte, quæ » vere non eſt cauſa falſitatis concluſionis. Fitq; hoc in ſyllogiſmis illis, in quibus eſt aliqua præmiſſa ſuperflua. Vt ſic procedendo. Sol lucet, & omne anĩal eſt homo, & omne brutũ eſt animal, igitur õne brutum eſt homo: cõcluſio eſt falſa, igit̄ aliqua propoſitio antecedentis: non autē minor illa. Omne brutũ eſt animal, igit̄ prima illa. Sol lucet. Hic manifeſtũ eſt, falſitatē cõcluſionis imputari illi quæ nõ eſt cauſa: quoniã ſuperflua eſt, & ea ablata æque ſequeret̄

cõcluſio

cõcluſio. Perinde autẽ eſt: ſiue propoſitio ſuperflua
„ conueniat cũ altera præmiſſarũ in aliquo termino;
„ ſiue non. ¶Tertium defectum nominat Ari-
„ ſtoteles, fallaciam contrariæ opinionis, quæ tunc cõ
„ tingit, quando aliquis fallitur, concedendo ambas
„ præmiſſas duorũ ſyllogiſmorum: ex quib⁹ ſequun-
tur duæ propoſitiones contrariæ vel cõtradictoriæ.
Fit autẽ hoc, quando admittit quis duo prædicata
vere & vniuerſaliter prædicari de vno aliquo ſub-
iecto, ac deinde aliud prædicatum de altero duorũ
priorum vere & vniuerſaliter prædicari, de altero
autem negari. Vt ſi (exempli gratia) admittat quis,
de homine prædicari vniuerſaliter duo hæc prædi-
cata, animal & riſibile; concedatq; has duas veras
eſſe. Omnis homo eſt animal. Omnis homo eſt riſi
bilis: admittat quoq; ſimul, terminum ſenſibile præ
dicari de animali vniuerſaliter, negari autem de riſi
bili, vt concedat etiam has duas. Omne animal eſt
ſenſibile. Nullum riſibile eſt ſenſibile, ex hac admiſ-
ſione cogetur per vim ſyllogiſmorũ, ad conceden-
dum contraria, hoc modo. Acceptis namq; duabus
illis propoſitionibus conceſſis. Omne anial eſt ſen-
ſibile. Omnis homo eſt animal, per ſyllogiſmum in
Barbara infero hanc concluſionẽ. Omnis homo eſt
ſenſibilis. Acceptis alijs duabus. Nullum riſibile eſt
ſenſibile. Omnis homo eſt riſibilis, in Celarent hãc
infero. Nullus homo eſt ſenſibilis: quæ ſunt duæ cõ
cluſiones manifeſtæ contrariæ.

Tertius defectus.

¶CAPVT XXVII.

¶De ſyllogiſmis ex obliquis.

HActenus autem ſyllogiſmos tãtum eiuſmo
di tractauimus, In quibus omnes termini ca
ſu recto ponebantur. Nunc autem & de ijs
dicendum, qui terminũ aliquem vel terminos plu-
res habent in obliquo caſu poſitos, quomodo poſ-
ſint debeantq; concludere. Sciendum ergo eſt, quod
aliquando medium in obliquo ponitur, aliquando
altera extremitatum. Quando altera extremitatum
in obliquo ponitur in præmiſſis, ſimiliter poni eadẽ
debet & in concluſione. Vt, Omne iumentũ eſt ho-

minis & omnis aſinus eſt iumentũ,igitur õnis aſinus eſt hominis.Hic maior extremitas vtrobiq; in obliquo ponitur. Cũ autẽ ita ſyllogizo.Omnis aſinus eſt animal,& Petri eſt aſinus,igiẽ Petri eſt animal,minor extremitas vtrobiq; ſimiliter ponitur. ❡Cum vero mediũ in obliquo ponitur,tũc maior eſt adhibẽda cautio,vt recte concludatur. Interdum enĩ mediũ in maiore tantũ ponitur oblique, interdum in minore tantũ,interdũ vtrobiq;. Exemplũ primi modi.Omnis hominis eſt aſin9, & Petr9 eſt homo,igitur Petri eſt aſin9.Exemplũ ſecũdi. Omnis homo eſt animal,& aſinus eſt hominis,igiẽ aſinus eſt animalis.Exemplũ tertij.Nullus leo eſt hominis & omnis aſinus eſt hominis,igitur null9 aſinus eſt leo. ❡Fiunt quoq; ſyllogiſmi in omnibus obliquis.In genitiuo ſic.Omnis entis eſt ſcientia,& homo eſt ens,igiẽ hominis eſt ſcientia.In datiuo.Omni homini cõuenit ſenſum ratione moderari adoleſcens eſt homo,igitur adoleſcentis eſt ſenſum ratiõe moderari.In accuſatiuo.Omnes homines iudicabit altiſſimus & reges homines ſunt,igitur & reges iudicabit altiſſim9.In ablatiuo. In omni loco eſt Deus,locus deſertus eſt locus,igitur & in loco deſerto eſt Deus.Ab omni peccato diligentiſſime eſt cauendũ & ſuperbia eſt peccatum,igitur a ſuperbia eſt diligẽtiſſime cauendũ. De omni verbo ocioſo reddenda eſt ratio & hoc eſt verbũ ocioſum,igitur de hoc eſt reddenda ratio. ❡Ad recte autẽ concludẽdum,potius conſulenda eſt vis intellectus,& acumẽ rationis magis attendendũ, quam regularũ multarũ traditio. Nõ fuerit tamẽ inutile, vnã aut alterã regulã ad certe cõcludendũ hic conſtituere.Sit igitur prima regula iſta. ❡In omnib9 modis affirmatiuis cuiuſcunq; figuræ,ſi altera præmiſſarum ſit de obliquo,concluſio quoq; eſſe debet de obliquo.Et de extremitatib9 quidem iam ſupra dixim9,ſi earum altera in præmiſſis poſita fuerit in obliquo debere eam poni ſimiliter in concluſione. Cum vero mediũ in altera ponitur in obliquo,hoc eſt obſeruandũ, vt extremitas illa quæ in præmiſſis ... cum me-

Pria regula

„ „ „ „ „ „ „

cum medio ponit in recto,in cõclusione nõ ponat in recto,ſed in obliquo:contra vero,ea quæ in præmiſſis cũ medio in obliquo ponebat,in concluſione ponatur in recto,& nõ in obliquo.Exempli gratia,ex his præmiſſis.Quilibet homo eſt aĩal,& omnis aſinus eſt hominis,ſequit hæc cõcluſio.Omnis aſinus eſt animalis:vbi maior extremitas ponit in genitiuo in cõcluſione,quæ ĩ præmiſſa maiore fuit poſita cũ medio recto:contra autẽ,minor extremitas ponitur in recto,quæ in minore cũ medio obliquo poſita fuerat. Non autem poſſet ex dictis præmiſſis talis inferri concluſio. Omnis aſini eſt aĩal. Ex iſtis autẽ præmiſſis. Cuiuſlibet hominis eſt aſinus & Petrus eſt homo,inferri debet hæc cõcluſio. Petri eſt aſinus:non iſta.Petrus eſt aſini. Quod aũt non poſſit inferri ex prædictis præmiſſis concluſio penitus de recto,manifeſtum eſt. ¶Secunda regula in modis nagatiuis,quãdo ſyllogizatur ex altera de recto & altera de obliquo ſi negatiua fuerit de obliquo,ſequitur concluſio de obliquo.Si vero affirmatiua fuerit de obliquo,& negatiua de recto, non ſimilrter fiet ſyllogiſmus. ¶Prima pars declaratur hoc exemplo.Nullius animalis eſt æternitas,& omnis homo eſt animal:igitur nullius hominis eſt æternitas.Syllogiſmus iſte nihil habet vicij. In ſecũda item figura recte ſequitur. Intellectus nõ eſt bruto,& ſimea eſt brutum,igitur ſimeæ non eſt intellectus.In tertia quoq; figura valet.Nullius bruti eſt intellectus,& omne brutum eſt anima l,igitur alicuius animalis non eſt intellectus. ¶Secunda autem pars regulæ declaratur:quoniam ſyllogiſm9 iſte nõ concludit.Nullus homo eſt Deus,& õne iumentũ eſt hominis,igitur nullum iumentũ eſt Dei Poſſet tamẽ ex illis præmiſſis recte inferri hæc concluſio.Omne iumentum eſt alicuius, quod non eſt Deus.Nec iſte valet in ſecũda figura. Omne iumẽtum eſt hominis,& Deus non eſt homo,igitur Dei non eſt iumentum.Sequitur tamen.Igitur alicuius quod non eſt Deus,eſt iumẽtum,Nec iſte in tertia. Homo nõ eſt Deus,& cuiuſlibet hominis eſt aſin9

Secũda regula.

igitur aſinus nõ eſt Dei. Sequit̃ tamen. Igit̃ aſinus eſt alicuius quod nõ eſt Deus. ¶Fiunt quoq; & aliter ſyllogiſmi ex obliquis, in propoſitionibus æquiualenter hypotheticis ſiue conditionalib9: cum videlicet pro maiore aſſumit̃ aliqua propoſitio æquiualens vni hypotheticæ ſiue conditionali, cuiuſmodi eſt iſta. Cuiuſcũq; eſt anima, illius eſt vita. Æquiualet em̃ huic cõditionali. Si alicui9 eſt anima, illi9 eſt vita. Ex hac itaq; pro maiore poſita, ſic ſyllogizatur, Cuiuſcunq; eſt anima, illius eſt vita: õnis plãtæ eſt ania, igitur õnis plentæ eſt vita. Negatiue ſic: Cuiuſcunq; non eſt ania, illius nõ eſt vita: auri non eſt ania, igitur auri nõ eſt vita. Debet em̃ concluſio diſponi ſecundũ exigentiã maioris. Interdũ em̃ infertur cõcluſio de obliquo, vt in exemplo iam dato Interdũ in recto, vt ſic procedendo. Cuiuſcunq; eſt ania illud viuit: plantæ eſt anima, igit̃ planta viuit. Verum hi ſyllogiſmi potius vident̃ formam ſequi hypotheticorũ, quã ſimpliciũ ſyllogiſmorũ. Vnde congruum videtur, vt hoc ex loco a ſyllogiſmis categoricis: de quibus hactenus ſufficiẽter pro noſtro inſtituto (vt arbitror) tractatum eſt, ad ſyllogiſmos hypotheticos ſiue conditionales tranſeamus.

¶CAPVT XXVIII.

¶De ſyllogiſmis hypotheticis.

De ſyllogiſmis. hypotheticis.

SYllogiſmi hypothetici ſunt, argumentationes quæ ex vna principali hypothetica propoſitione procedunt. Secũdum autẽ quod ſupra diximus eſſe diuerſas ſpecies propoſitionũ coniunctarũ quas hypotheticas cõmuni nomine vocãt; ſic & ſpecies diuerſas eſſe ſyllogiſmorũ hypotheticorũ eſt conſequens. Inter õnes tamẽ præcipui ſunt illi, qui fiunt ex propoſitione cõditionali: ſunt tamẽ & alij, qui fiunt ex propoſitionib9 copulatiuis & diſiunctiuis. ¶Ponem9 autẽ hypotheticorũ huiuſmodi ſyllogiſmorũ aliquot modos, eos præcipue qui maxime videbuntur vtiles. Primus mod9 eſt, quando proceditur a tota cõditionali, cũ poſitione antecedentis, ad poſitionẽ conſequentis. Sic em̃ valet ſemper illatio Vt cũ ita procedo, Si homo eſt, anial eſt; ſed homo

Prim9 mod9

eſt, igitur

eſt,igitur animal eſt. Contra vero a poſitione conſequentis non valet proceſſus. Vt non ſequitur. Si homo eſt,animal eſt:at animal eſt,igitur homo eſt. Huius ratio eſt:quoniā condionalis ſignificat conſequens ſequi neceſſario ex antecedente,nō aūt antecedens ex conſequenti. Vnde oportet antecedēte poſito cōſequens poni,nō autem econtrario, Idē autem eſt,ſi ambæ partes condionalis fuerint negatiuæ. Vt ſic procedendo. Si animal nō eſt,homo non eſt:& animal nō eſt,igitur homo nō eſt. Aut ſi altera partium fuerit affirmatiua, altera negatiua, hoc pacto. Si eſt homo non eſt leo,eſt autē homo,igitur non eſt leo. ¶Dicimus autē antecedens ponere quando ipſum extra condionalē locando tanquam verum aſtruim⁹. Nam(vt ſupra diximus) propoſitio conditionalis ipſa per ſe nihil ponit,neq; antecedens neq; conſequens,ſed tantū ſignificat illationē neceſſariā conſequētis ex antecedēte In conditionali ergo,antecedens nō ponitur neq; conſequens:ſed quando extra conditionalē ſine cōiunctionali nota alterum eorū ſimpliciter proponitur,ita poni dicitur. ¶Secundus modus eſt,quando proceditur a tota cōditionali,cū deſtructione cōſequentis,ad deſtructionem antecedentis. Sic ēm ſemper valet illatio. Non tamen valet a deſtructione antecedētis ad deſtructionē conſequentis. Dicimus aūt conſequēs deſtrui,quando oppoſitū contrariū vel cōtradictorium eius aſſumitur,& tanquā verum aſſeritur extra conditionalē propoſitionē. Vt in hac argumētatione. Si eſt homo,eſt ăĭal,& nō eſt animal, igitur nō eſt homo. Hic proceditur a tota cōditionali, cū deſtructione cōſequentis,ad deſtructionem antecedentis. E contrario autē non valet proceſſus. Si homo eſt,animal eſt:& nō eſt homo,igitur nō eſt animal. ¶Ratio huius dependet ex priori,quoniā ſi ad poſitionē antecedentis neceſſario ſequatur poſitio conſequentis,igitur viciſſim ad cōſequētis deſtructionē debet ſequi antecedentis deſtructio. Non ēm poteſt oppoſitum conſequentis ſtare cū antecedente. Et ſi nō neceſſario ſequitur poſitio antecedē

Secūd⁹ modus.

 tis ad

tis ad poſitionē conſequentis, neq; igitur deſtructio cōſequentis ad deſtructionē adtecedētis. Poteſt eñ conſequens ſtare cum oppoſito antecedentis.

Terti9 mod9. ¶Tertius modus eſt,ex copulatiuis: quando a tota copulatiua ad alteram eius partem proceditur. Vt, Deus eſt immortalis & homo eſt mortalis,igiť Deus eſt immortalis.Copulatiua eñ vtramq; partem aſtruit,neq; cōſtat totius ipſi9 veritas,niſi veræ ſint omnes partes ex quibus componitur.

Quart9 mod9 ¶Quart9 modus eſt ex copulatiuis negatiuis,quando a copulatiua negatiua,cū poſitione alterius partis, proceditur ad deſtructionem alterius.Vt. Non dies eſt & nox eſt:ſed dies eſt,igitur nox nō eſt:nox eſt igitur dies nō eſt.Significatur eñ in tali negatiua, nō eſſe ambas categoricas ſimul veras. Vnde ſi altera ponatť vera,oportet alterā eſſe falſam. Non valebit tamen proceſſus, a negatione vni9 ad poſitionē alterius.Modo eñ ſequiť.Nō homo eſt leo & aſinus eſt leo: & homo non eſt leo,igitur aſinus eſt leo. Ratio eſt,quoniā in copulatiua negatiā tantū ſignificatur quod non ſint ambæ veræ:ſicut per contrariū, affirmatiua ſignificat ambas partes eſſe veras. Vnde ad veritatē negatiue ſufficit,quod nō ſint ambæ veræ Manifeſtū eſt autē,vbi neutra eſt vera,non eſſe ambas veras.Nō poteſt igitur cōuenieñter ex vnius deſtructione inferri alterius poſitio, ſed econtrario ex poſitione vnius,deſtructio inferri poteſt alterius.

Quintmodus. ¶Quintus modus eſt, procedendo a propoſitione diſiunctiua affirmatiua,cum poſitione partis vnius ad deſtructionem alterius.Vt. Vel dies eſt vel nox eſt:& dies eſt,igitur nox non eſt:nox eſt,igitur dies non eſt.

Sext9 mod9 ¶Sextus modus eſt,quando a propoſitione diſiunctiua affirmatiua proceditur cū deſtructione vnius partis ad poſitionem alterius.Vt, Dies eſt aut nox eſt,& dies non eſt,igitur nox eſt.Aut homo iſte eſt ſanus aut ægrotat,& nō eſt ſanus, igitur ægrotat:non ægrotat,igitur eſt ſan9. Aut mundus fallitur aut falſa docuit Chriſtus. Fieri autē non poteſt vt falſa docuerit Chriſtus,veritas prima. Errat igitur & fallitur mundus,aliter viuens quam ille docue-

ſe docuerit. ¶Ratio horũ duorũ modorũ eſt, quoniam(vt ſupra diximus libro tertio, in tractatu de propoſitionib⁹ hypotheticis)ſcdm vſum antiquorum & magis probatorũ authorꝝ, propoſitio quæ proprie diſiũctiua fuerit, ſic ponit alterã partẽ, vt alteram neget: & ſic alterã negat, vt alterã ponat, nec admittit ſimul vtriuſq; veritatẽ, aut ſimul vtriuſq; falſitatẽ. Vnde ab vnius partis poſitióne, recte infertur alterius deſtructio, & econtrario. ¶Accipiendo autẽ propoſitionẽ diſiũctiuã vt recẽtiores eam ſolent accipere, dicentes, ad eius veritatem ſufficere alterius partis veritatẽ, nec opus eſſe pugnantia partium, nõ valeret modus argumẽtandi in diſiunctiuis, niſi a deſtructione vnius partis, ad poſitionem alterius, nõ autẽ econtrario, a poſitione ad deſtructionem. Ponunt vero & alios quoſdã modos hypotheticoꝝ huiuſmodi ſyllogiſmorũ: ſed qui iã enumerati ſunt, magis certi magiſq; in vſu prompti ſunt.

¶CAPVT XXIX.

¶De diuiſione ſyllogiſmi in demonſtratiuum Dialecticum & litigioſum.

PRius vero q̃ ad alias tres argumẽtationis ſpecies tranſeamus, tractanda nobis eſt paucis illa ſyllogiſmi diuiſio, quã in initio primi Topicorũ libri Ariſtoteles conſtituit: ſyllogiſmũ diuidens in demonſtratiuum, dialecticũ: & ſophyſticum, ac horum ſingulis ſingulas definitiónes aſſignans. Et primum quidem ſyllogiſmum demonſtratiuũ ſiue demonſtrationem definit hoc modo.

Demõſtratio eſt, quãdo ex primis & veris ſyllogiſm⁹ erit, aut ex talib⁹ quæ per aliqua prima & vera eius q̃ circa ipſa eſt cognitiõis principiũ ſũpſerũt. Definitio demõſtratiui ſyllogiſmi.

¶Quam definitionem ita intellige. Syllogiſm⁹ ille dicitur demõſtratiuus qui cõcluſionẽ ſuã probat ex præmiſſis talibus quæ ſunt propoſitiones primæ & veræ vel

veræ vel primo veræ:ita videlicet vt non ſint illis aliæ priores vel notiores,per quas ipſæ poſſent probari ſiue demonſtrari. Vel qui ſuam concluſionem probat ex talibus præmiſſis quæ per propoſitiones alias primo veras ſunt demonſtratæ. ¶Primæ partis ſit hoc exemplū. Omne animal rationale eſt capax diſciplinę,& omnis homo eſt animal rationale igitur omnis homo eſt capax diſciplinæ. Hic enim ſyllogiſmus cōcluſionem ſuam infert ex propoſitionibus primis & veris,ſiue primo veris, vtpote quibus aliæ nō ſunt priores ī veritate aut notiores per quas probari poſſent. Qui eēm hanc propoſitionem Omne aīal rationale eſt capax diſciplinæ,tētauerit demōſtrare per aliam aliquā notiorē fruſtra prorſus laborabit:cū inuenire aliam priorē aut notiorē,poſſit nullā,per quā id fiat. Idē eſt de illa propoſitione. Oīs homo eſt aīal rationale. Ad intelligendā nāqꝫ veritatē harꝫ duarꝫ præmiſſarū ſuprapoſiti ſyllogiſmi,nō alia re eſt opus niſi cognitione terminorꝫ & aliquali experiētia de re quæ eſt homo. Mox eēm ipſæ ſuæ ꝟitatis certitudinē abſqꝫ priori demōſtratione homini manifeſtāt ratione vtēti,vt vocabulorū vim intelligat & rerū habeat experientiā. ¶Scdæ partis exemplū eſt hic ſyllogiſm⁹ Omne aīal eſt nutribile & ōnis homo eſt anial:igitur ōnis homo eſt nutribilis. Procedit nāqꝫ hic ſyllogiſm⁹ & cōcluſionem probat,nō quidē ex propoſitionib⁹ primis & veris,cū ſint aliæ priores & notiores per quas poſſint demōſtrari,vt ſtatim patebit. Procedit tamē ex iis quæ per aliqua prima & vera probari & demonſtrari poſſunt. Maior eēm prædicti ſyllogiſmi(nēpe. Omne anīal eſt nutribile)ſic poteſt probari, Omne corpus animatū eſt nutribile,& ōne anīal eſt corpus animatū,ergo omne anīal eſt nutribile. Imo & huius ſyllogiſmi maior adhuc per alias priores poteſt demonſtrari,hoc pacto. Omne corpus quod habet animā vegetatiuam eſt nutribile,& omne corpus animatum eſt corpus quod habet animā vegetatiuā ergo omne corpus animatum eſt nutribile. ¶Inter hanc duplicē demonſtrationē talis aſſignatur differentia,vt

tientia,vt prior vocetur demõſtratio propter quid, altera demõſtratio.quia eſt.Nam licet in vtraq; præmiſſæ probent ſufficienter concluſionem, eiuſq; fidem certam & indubitatã efficiant,illæ tamen quæ ſub priore definitionis huius parte cõpræhenduntur,cũ hoc etiã totam cauſam reddunt ipſi9 concluſionis,& quare ita ſe res habeat vt per concluſionẽ ſignificatur,manifeſte explanant.Propter quod appellantur demonſtrationes propter quid, quaſi præter cõcluſionis probationẽ ſimul etiã veram & propriam cauſam aſſignãtes,quare prædicatũ ſubiecto conueniat ipſamq; concluſionem ſic prorſus abſoluunt,vt nihil ſuperſit quod de ea interroges. Cauſa enim rei cognita & perſpecta nihil eſt quod vltra poſſit quæri. Demonſtrationes autẽ alteræ quæ ſub poſteriori definitionis particula clauduntur, appellantur demõſtrationes quia eſt,eo quod rem quidẽ probẽt ita eſſe & verã eſſe concluſionẽ demonſtrẽt, ſed nõ propter quid ita ſit manifeſtant:nec proinde rẽ penitus abſoluũt cauſam nondũ aſſignãtes veritatis ipſius concluſionis.Vnde poſtquã per eiuſmodi cõcluſionem probatũ fuerit rem ita habere & veram eſſe cõcluſionem,quæſtio adhuc ſupereſt propter quid res ita habeat. ¶Quo vero facilius adoleſcentes intelligant demonſtrationũ differentiam pluribus exemplis id nobis viſum eſt demõſtrare.Hæc demonſtratio eſt propter quid.Omnis ſubſtantia corporea eſt mobilis ſecundũ locum,& omne corpus eſt ſubſtantia corporea,igitur omne corpus eſt mobile ſecundum locum.Hæc autem eſt demonſtratio quia eſt . Omne corpus eſt mobile , & omne corpuſanimatũ eſt corpus, igitur omne corpuſanimatũ eſt mobile.Hæc item eſt demonſtratio propter quid. Omne corpus quod eſt ſuſceptiuum quatuor primarũ qualitatũ agẽtium adinuicem & abinuicem patiẽtium eſt corruptibile,& omne corpus elementare eſt huiuſmodi,igitur omne corpus elemẽtare eſt corruptibile.Similiter & iſta . Omne corpus quod non poteſt ſuſcipere in ſe qualitates primas actiuas & paſſiuas eſt incorruptibile , corp9

cœleſte

cæleſte eſt huiuſmodi,igitur eſt incorruptibile. Hæ
autem ſunt demonſtrationes quia eſt. Omne corpꝰ
elementare eſt corruptibile,& omne corpus myſtũ
eſt elemẽtare,igitur õne corpus myſtũ eſt corrupti-
bile.Omne corpus cœleſte eſt incorruptibile,& cœ
lum lunæ eſt corpus cœleſte igitur eſt incorruptibi-
le. ¶Item hæ ſunt demonſtrationes propter quid
in qualitatibꝰ.Omnis habitus per ſe bonꝰ eſt lauda
bilis,& õnis virtus eſt habitꝰ per ſe bonus,ergo om
nis virtus eſt laudabilis.Omnis habitꝰ per ſe malꝰ
eſt vituperabilis,& omne vicium eſt habitus per ſe
malus,igitur omne vitiũ eſt vituperabile. Iſte autẽ
ſunt demonſtrationes quia eſt.Omnis virtꝰ eſt lau
dabilis ſiue proſequẽda,humilitas eſt virtus , igitur
humilitas eſt laudabilis & proſequenda.Omne vi-
tium eſt vituperabile,ſuperbia eſt vitium,igitur ſu-
perbia eſt vituperabilis & fugienda. ¶In quantita-
te hæ ſunt demonſtrationes propter quid . Omnis
quãtitas cuius partes copulãtur per aliquẽ terminũ
communẽ eſt diuiſibilis in partes poſitionẽ vel ſuc
ceſſionẽ adinuicẽ habẽtes: omnis quãtitas cõtinua
eſt quantitas cuiꝰ partes copulantur &c.igitur om-
nis quãtitas cõtinua eſt diuiſibilis in partes poſitio
nem vel ſucceſſionem habẽtes adinuicẽ . Item õnis
quãtitas cõtinua quæ habet partes per tempus præ-
ſens ſiue inſtans pręſens cõiunctas,eſt ex ſua natura
labilis & ſemper fugiẽs:tempus autẽ eſt huiuſmodi
quantitas continua,igitur tẽpus eſt ex ſua natura la
bile inconſtans ſemper & pręteriẽs.Iſtæ ſunt demõ
ſtrationes quia eſt.Omnis quãtitas cõtinua ex par-
tibus cõſtat ſucceſſionẽ vel poſitionẽ adinuicẽ habẽ
tibus & oĩs linea eſt quãtitas cõtinua,igiẽ oĩs linea
eſt eiuſmodi.Itẽ õne tempꝰ ex ſua natura eſt labile,
& õnis hora eſt tempus,igiẽ.&c . Ad hũc modũ in
alijs quoq; rebus poſſunt fieri demõſtrationes prop
ter quid & quia eſt. ¶CAPVT XXX.

¶Quæ dicantur prima & vera.

☞ AD intellectũ definitionis ſuprapoſitæ ſyllo
giſmi demõſtratiui definit Ariſtoteles quæ
ſint prima & vera,in hunc modum.

Prima

Prima & vera ſunt, quæ non per alia ſed per ſeipſa fidem habent.

Definitio primorū & verorum.

¶Quā definitionē ſic intellige. Propoſitiones illæ dicuntur primæ & veræ, ſiue (quod idem eſt) primo verę, quarū veritas certa cognoſcitur non per alias aliquas propoſitiones priores & notiores per quas in demōſtratione propter quid poſſent demonſtrari ſed ex ſeipſis manifeſtæ ſunt tantū habita notitia ſignificationis terminorꝵ, & in quibuſdam ſimul experiētia qualicunqꝫ rerū ſignificatarꝵ. ¶Et quidē inter hec prima & vera quædam inueniunē ita per ſe manifeſta, vt nō opus ſit niſi ſola terminorꝵ notitia cuiuſmodi ſunt iſta. Quodlibet totum eſt qualibet ſua parte maius. Si ab æqualib9 æqualia demas, remanētia erūt æqualia. Quodlibet eſt vel nō eſt. De quolibet eſt affirmatio vel negatio, de nullo autē ſimul. Cōtradictorię nō poſſunt ſimul eſſe verę, & alia huiuſmodi. In his em̄ nō opus eſt aliqua experientia, ad percipiendā eorꝵ veritatē. Statim vbi vim verborꝵ intellexeris videbis manifeſtā veritatem. Quædā vero ſunt prima & vera quæ nō ſic ex ſola terminorꝵ cognitione clarā habent veritatē, ſed experiētia inſuper eſt opus. Huiuſmodi ſunt iſta. Omne anīal rationale eſt riſibile & flebile aut ſermocinabile, vt ita loquamur. Omne quod habet grauitatem eſt mobile deorſum. Omne quod habet leuitatem eſt mobile ſurſum. Vnde patet, quod prima & vera nihil prohibet aliquo modo quaſi per inductionem (quæ ex experientia ſumitur) vel etiam per aliqua cōmunia dialectice probari. Non tamē poſſunt per aliqua priora ſimpliciter & notiora in demonſtratione propter quid demonſtrari, atqꝫ ideo prima & vera dicunē, quia indemōſtrabilia; quę etiam immediata ab Ariſtotele in poſterioribus appellantur.

¶CAPVT XXXI.

¶De alijs definitionibus demonſtrationis.

EX ijs autē quæ in principio primi libri poſteriorū habet, Ariſtoteles accipiuntur alię duę definitio

definitiones demonſtrationis,quas breuiter hic aſſi
gnare & explicare libet. Prior eſt hæc.

Altera definitio demõſtratiõis.

Demõſtratio eſt ſyllogiſm⁹ ſciẽtificus.

Hoc eſt ſyllogiſm⁹ qui facit ſcire, ſiue(vt ipſis vtar verbis Ariſtotelis)ſcdm quẽ aut per quẽ ipſum habẽdo ſcim⁹.Ad cui⁹ definitiõis intellectũ op⁹ eſt cognoſcere quid ſit ſcire.Non em̃ indifferenter quodlibet cognoſcere dicit̃ ſcire,ſcdm proprietatẽ loquutionis.Definitur autẽ ſcire ab Ariſtotele,hoc pacto.

Quid ſit ſcire.

Scire eſt cauſã rei cognoſcere, ꝓpter q̃ res eſt,quoniã illius eſt cauſa,& q̃m nõ eſt cõtingere hoc aliter ſe habere.

¶Cui⁹ definitionis hic eſt intellect⁹. Scire eſt alicui cõcluſioni firmiter ſine formidine aſſentiri, ex vi & probatione præmiſſarum,importãtiũ cauſam veritatis ipſius cõcluſionis,cognoſcendo quod veritas præmiſſarũ eſt indubitata cauſa probatiõis cõcluſionis, & quod neceſſaria ſit concluſionis veritas per neceſſariam veritatẽ præmiſſarum;ita vt ſicut præmiſſæ falſificari nõ poſſint,ſic neq; concluſio poſſit vnquã aliter ſe habere.Manifeſtum eſt autẽ hanc definitionẽ non conuenire niſi demõſtrationi propter quid.Nam demõſtratio quia eſt,nõ eſt ſyllogiſmus ſcientificus:q̃m non facit cognoſcere cauſam propter quã res eſt,ſed tantũ q̃d res ſit cognoſcere facit.
¶Secũda definitio quã innuit Ariſtoteles,hæc eſt.

Altera definitio demõſtratiõis.

Demõſtratio eſt ſyllogiſmus ex veris & primis & immediatis & notiorib⁹ & prioribus cauſiſq; concluſionis.

Quæ definnitio,ſicut & præcedẽs,ſolũ demõſtrationi propter quid conuenit.In quã primum innuitur demõſtrationẽ debere ex veris procedere,nõ ex falſis:neq; ex quibuſlibet veris,ſed ex primis & immediatis(quæ idem ſunt & explicant ſeinuicem) id eſt

ex talibus

ex talibus propoſitionib⁹ quæ per alias priores nõ poſſunt demõſtrari. Item ex notioribus debet procedere demõſtratio: quoniã niſi notiores eſſent præmiſſæ probanda cõcluſione, nõ ſolum non eſſet demõſtratio, ſed neq; probatiuus ſyllogiſmus. Itidem & ex priorib⁹: quoniã cauſa prior eſt effectu. Quod nouiſſime additur, cauſiſq; cõcluſionis, demõſtrationẽ quia eſt excludit, quæ nõ eſt ex cauſis cõcluſionis. ¶ Sciendum autẽ eſt ea quę hic dicuntur prima & vera & immediata aliter etiam principia nominari: quoniã videlicet ab illis initiũ ſumunt ſuæ cognitionis cõcluſiones, quæ eliciunt ex eis. Quorum principiorũ quædã ſunt cõmunia, quædam ꝓpria. Cõmunia principia illa dicuntur, quæ nõ peculiariter ad vnã aliquã ſcientiam faciũt, ſed ad plures adduci poſſunt. Vt hæc principia. Omne totum eſt maius ſua parte. Si ab æqualibus æqualia demas, remanẽtia erũt æqualia, cõmunia ſiue generalia principia ſunt, quia applicari poſſunt diuerſis ſciẽtijs, vt pote nũeris ĩ Arithmetica & lineis alijſq; magnitudinib⁹ in Geometria, hoc modo. Si ab æqualibus nũeris æqualia demas remanẽtes nũeri erunt ęquales. Si ab æqualib⁹ lineis æqualia demas, remanãtes æquales erũt. Item õnis numer⁹ totalis maior eſt ſua parte. Onĩs magnitudo totalis eſt ſuã parte maior. ¶ Alia vero ſunt principia propria: quæ non pluribus ſed vni tantum ſcientiæ poſſunt applicari. Vt hoc principium. Omne aĩal rationale eſt capax diſciplinæ, eſt principium ꝓpriũ in ſcientia de homine. Hoc principiũ. Omne corp⁹ quod nõ eſt ſuſceptiuum qualitatũ actiuaꝝ eſt incorruptibile, eſt principium propriũ ſciẽtiæ de corpore cœleſti, atq; ita in cæteris vniuſcuiuſq; diſciplinæ proprijs, principijs. Habet eñ vnaquæq; diſciplina ſiue ſcientia; ſua propria principia, quæ non poſſunt per alia eiuſdem ſcientię demõſtrari: ſed in ea præſupponuntur tanquã certę & notæ veritatis, ex ſola terminorum notitia vel cũ adiuncta experiẽtia rerum. Alioqui proceſſus eſſet in infinitum, nec poſſet vlla haberi determinata ſciẽtia, cũ ab infinitis penderet, quæ ſimul ca

ſimæ plebis. Vt ōnis mater diligit filium. Benefaciētibus eſt benefaciendū. Homines diligunt diligētes ſe & benefaciētes ſibi. Quædā non ōnino omnibus vident̄. plurib⁹ tamē etiā ex vulgo: vt quod melius ſit cōmunitatē regi ab vno q̄ a multis, quod pluralitas principū ſit mala. Alia ſapientib⁹ tantū & altius ſtudio diſciplinæ prouectis veriſimilia apparēt. Atq; inter hæc quædā omnib⁹ ſapientib⁹ videntur, vt Sol maior eſt tota terra. Quædā pluribus ſapientū, vt anima rationalis eſt immortalis. Quædā maxīe probatis, vt mund⁹ initiū habet ſuæ creationis. Generaliter aūt ſub probabilib⁹ continent̄ omnes propoſitiones veræ, quarū eſt contingens & nō neceſſaria veritas. ¶ Signanter dictū eſt omnes propoſitiones veræ: quoniā falſæ propoſitiones nō proprie dicunt̄ probabiles, niſi ſophyſtice ſecundū apparentiam. Vnde ōnes illi ſyllogiſmi qui ſunt ex propoſitionibus contingentibus, veris & aliquo modo cōcluſionem probantibus, dicuntur Dialectici. Vt iſti Omnis mater diligit filiū, & hæc eſt mater, ergo diligit filiū. Omne animal mouetur, & omnis homo eſt anīal, igit̄ omnis homo mouet̄. ¶ In hoc autē differunt ſyllogiſm⁹ demonſtratiuus & ſyllogiſm⁹ Dialectic⁹, quod ille generat ſcientiā, hic opinionē. Eſt autē opinio aſſenſus alicuius propoſitionis, ſed abſq; certitudine & omnimoda firmitate, cū qualicunq; formidine de oppoſito. Cuiuſmodi aſſenſum indicat verbū, vident̄, cū in definitione ſuprapoſita dictū fuit, illa eſſe probabilia quę vident̄. Prima eñ & vera nō videntur, ſed ſciuntur. probabilia autē videntur, nō ſciunt̄. Vnde ſicut ſupra definit⁹ eſt ſyllogiſmus demōſtratiuus ab Ariſtotele, qui eſt ſcientificus aut ſcientiā generās, ita poſſet definiri ſyllogiſmus Dialecticus, qui eſt generatiuus opinionis. Talis nāq; aſſenſus cū formidine de oppoſito (teſte Ariſtotele in poſterioribus reſolutionibus) vocat̄ opinio.

¶ CAPVT XXXII.

¶ De definitione ſyllogiſmi litigioſi.

SYllogiſmus autem litigioſus ab Ariſtotele definitur, hoc modo.

Definitio ſyllogiſmi litigioſi.

Litigioſus eſt ſyllogiſm⁹, ex his quę videntur probabilia, non ſunt autē, & qui ex probabilibus, aut ex his quę videntur probabilia, eſt apparens.

¶ Hæc definitio ſicut tria habet mēbra, ita triplicē indicat litigioſum ſyllogiſmum. Eſt enī quidā litigioſus ſyllogiſmus, qui plærumq; vocatur peccans in materia, qui ſub prima parte cōtinetur, qua dicitur. Litigioſus ſyllogiſm⁹ eſt, qui ex his eſt quæ videntur probabilia, non ſunt autē. Hoc eſt, ſecūdum formam quidem ſyllogiſticam recte fact⁹ eſt, & bene procedit ſine vitio formæ, ſed in materia eſt defectus: quoniā aſſumit propoſitiones quæ falſæ ſiue ſophyſtice vidētur eſſe probabiles, cum in veritate nō ſint probabiles. Huiuſmodi enī multa ſunt, quæ prima facie videntur eſſe probabilia & veriſimilia, cū in veritate non ſunt eiuſmodi. Quod ſi ex aperte falſis procedatur, litigioſus aut ſophyſtic⁹ non dicetur ſyllogiſmus, cū nemo per illum falli poſſe videatur. ¶ Eſt quoq; ſyllogiſmus litigioſus peccans in forma tantū, qui per ſecundam partē definitionis innuit̄ his verbis. Litigioſus ſyllogiſmus eſt, qui ex probabilibus eſt apparens. Hoc eſt, qui procedit quidem ex præmiſſis vere probabilibus, & ita in materia non habet defectū, ſed ex illis præmiſſis nō vere colligit neq; recte infert concluſionē ſed tantū apparenter. Interdū enī aſſumuntur propoſitiones veræ & probabiles in antecedente, ad probandā aliquam concluſionē, ſed non diſponunt ſecundū debitam formā ſyllogiſticā: quod quoties fit, dicit̄ ſyllogiſmus litigioſus peccans in forma. ¶ Sub tertia autē parte definitionis continetur ſyllogiſmus litigioſus peccans in materia ſimul & forma, cū dicit̄. Qui ex his quæ videntur probabilia eſt apparens. Hoc eſt, qui apparenter & non bene concludit, idq; ex præmiſſis non vere ſed apparenter tantum probabilibus. Exempla dantur quantū ad membra ſingula defi

gula definitionis. Hic eſt ſyllogiſmus litigioſus peccans in materia Nulla oppoſita ſunt ſimul vera, ſubcontraria ſunt oppoſita, igitur non ſunt ſimul vera Maior em̃ videt eſſe probabilis, eo quod multa oppoſita, vtpote cõtraria & cõtradictoria, nõ poſſunt eſſe ſimul vera. Vere autẽ non eſt probabilis ſed falſa. Iſte autẽ eſt ſyllogiſm⁹ peccans in forma. Aliqua oppoſita ſunt ſimul vera, contradictoria ſunt oppoſita igitur cõtradictoria ſunt ſimul vera. Præmiſſæ em̃ veræ ſunt & probabiles, ſed eſt defect⁹ in forma ſyllogiſtica: quoniã ex puris particularibus proceditur. Hic in materia ſimul & forma peccat. Nulla oppoſita ſunt ſimul vera, quædã ſubcontraria ſunt oppoſita, igitur nulla ſubcõtraria ſunt ſimul vera. Hic & in materia peccatũ eſt: quoniã maior licet appareat, non tamen vere eſt probabilis. In forma autẽ: quoniã altera præmiſſarum exiſtente particulari, infertur concluſio vniuerſalis, quod eſt contra regulã ſyllogiſmorum. ¶Inter hos autẽ ſyllogiſmos litigioſos, ex Ariſtotelis etiam ſententia talis ponitur differentia, vt ſyllogiſmi peccantes in materia tantum dicantur & ſint vere ſyllogiſmi, ſecundũ definitionem poſitam in principio libri. Nõ autẽ ſyllogiſmi qui in forma peccãt Non em̃ ad veritatẽ aut bonitatem ſyllogiſmi quærit ex qua materia ſit context⁹, vera aut falſa; ſed hoc quæritur, an recte colligat, an forma illationis ſit bona, an debita ſit & ſyllogiſtica concluſionis ex præmiſſis illatio. Vnde patet non valere hãc cõſequentiã. Hic eſt litigioſus aut ſophyſticus ſyllogiſm⁹, igitur eſt ſyllogiſm⁹: queadmodũ nõ valet cõſequẽtia. Eſt homo pict⁹, igit homo. Litigioſus em̃, cum ad formã reſpicit, determinatio diminuens eſt, & facit dictũ ſecundum quid. ¶Addit Ariſtoteles prædictis ſyllogiſmũ falſigraphum, qui ſub litigioſo videtur cõprehendi. Et colligitur ex illius verbis hæc eius definitio.

Syllogiſm⁹ falſigraph⁹ eſt, qui procedit ex proprĳs principĳs diſciplinarum Definitio ſyllogiſmi falſigraphi.

male intellectis.

Hoc eſt, qui litigioſus eſt & deficit, propterea quod aſſumpſerit principiũ propriũ alicuiꝰ diſciplinæ, ſecundũ intellectũ nõ verum. Vt ſi quis ita argumẽtetur. Omnes lineæ ductæ ab eodẽ puncto ad idem punctum ſunt ęquales, linea recta & linea curua tẽdunt ab eodem puncto in idem, igitur ſunt æquales Hic ſyllogiſmus falſigraphus appellatur, quoniam vtitur principio diſciplinæ Geometricæ ſcdm malum intellectũ. Verum em̃ eſt illud principiũ, intelligẽdo de lineis ab eodẽ puncto in idem ductis per idem ſpatiũ. Applicatur autẽ in illo ſyllogiſmo litigioſo etiam lineis ductis non per idem ſpatium.

¶CAPVT XXXIIII.

¶De enthymemate.

PRius autẽ q̃ huic libro finẽ imponamus iuxta promiſſum in exordio, nõnulla dicẽda ſũt & de alijs tribꝰ ſpeciebꝰ argumẽtationis, de enthymemate videlicet, inductione, & exẽplo. Appellatᷣ aũt enthymema, argumẽtatio in qua vnica tantũ præmiſſa expreſſa & altera ſuppreſſa, infertur concluſio. Vt hæc argumentatio. Petrus eſt homo, igitur Petrus eſt animal, vnam tantum præmiſſam exprimis ex qua infertur concluſio; in mente tamẽ alia teneᷣ atq; ſupprimitur. Omnis homo eſt animal. Propter quod ſolet enthymema ſyllogiſmus imperfectꝰ nominari, cui videlicet altera deſit præmiſſarum, quæ ſi fuerit adiecta, integer erit ſyllogiſmus. ¶Ob hoc etiã græca appellatione enthymema dicitur talis argumentatio, quod in mente ſiue cogitatione alterã præmiſſarũ occulter vna tantum expreſſa: idq; plærumq; ob feſtinationẽ, & quia ſupponiᷣ verum eſſe ac notũ quod tacetur, vt ipſum proferri nõ ſit opus Vnde a Boetio ita definitur enthymema.

Duæ definitiões entymematis.

Enthymema eſt oratio, in qua nõ omnibus præmiſſis antepoſitis, feſtinata infertur concluſio.

¶Ariſtote

¶Ariſtoteles vero ita ipſum definit.

Enthymema eſt ſyllogiſm⁹ ex icotib⁹ & ſignis. ¶Pro cui⁹ definitionis intellectu ſciẽdũ eſt, quid ſit icos & quid ſignũ in propoſito. Icos græco vocabulo appellat propoſitionẽ in ſe probabilẽ & conſentaneã veritati, ſiue veriſimilẽ: quæ nimirum vt plurimũ ſolet habere veritatẽ, ſoletq; fære ita euenire vt ipſa ſignificai, tametſi non prorſus ita ſit neceſſaria, vt nunq̃ alitnr poſſit cõtingere. Vt hæ propoſitiones. Homines diligũt benefaciẽtes ſibi. Homines odiunt malefaciẽtes ſibi. Omnis mater diligit filiũ. Filij diligunt parẽtes, & huiuſmodi. Plærũq; eñ hec ita eueniũt tametſi nõ omnino perpetuã habeãt & vniuerſalẽ veritatẽ, cũ aliter interdũ euenire videam⁹. Signũ vero appellat propoſitionẽ demonſtratiuã aut neceſſario illatiuã alterius ſiue ipſa in ſe ſit ꝓbabilis ſiue neceſſaria. Vnde icos ſiue probabile in ſe conſyderat̃, ſignũ vero per comparationẽ ad illud quod infert̃ ex ipſo ſcd̃m neceſſariam cõſequentiã. Vt lac habere in mãmillis, ſignũ eſt commiſtionis cũ viro. Ex iſta eñ. Mulier habet lac in mãmillis, neceſſario ſequit̃, mulierẽ viro fuiſſe coniunctam. ¶Cum igitur Ariſtoteles definiẽdo enthymema, ipſum dicit eſſe quod ex icotibus conſtet & ſignis, materiã indicat vnde fiãt enthymemata, nempe ex propoſitionib⁹ in ſe probabilib⁹ & ex propoſitionib⁹ concluſionẽ neceſſario inferentibus atq; probantibus. Eademq; propoſitio recte dicitur icos & ſignũ: icos quidẽ quatenus eſt in ſe probabilis: ſignũ vero, quaten⁹ neceſſario infert concluſionem. Atq; vt prorſus generalis & õnimodis ſufficiens inueniatur definitio, videtur icos dicẽda, etiam propoſitio probabiliter inferẽs concluſionẽ qualiſcunq; in ſe fuerit. ¶Sciendum autẽ eſt, omne enthymema poſſe reduci ad perfectũ integrũq; ſyllogiſmũ, per additionẽ propoſitionis quę ſubintelligitur, cũ ea quæ exprimit̃. In enthymemate eñ ſunt tres termini, ſicut in ſyllogiſmo. quorum prim⁹ ſolum eſt in antecedẽte & concluſionẽ non ingredit̃:

& hic medij locum habet, atq; in reductione enthymematis ad ſyllogiſmũ accipiendus ille eſt pro medio. Reliqui autẽ duo termini ſunt maior extremitas & minor extremitas: quorũ alter tantum ſemel ponit, nẽpe in cõcluſione tantũ, alter vero bis. Propoſitio autẽ ſupplẽda debet cõponi ex medio & termino illo qui ſemel tantũ in enthymemate ponit; ac iuxta exigentiam huius propoſitionis ſupplẽdæ cum altera expreſſa, fiat ſyllogiſmus in modo & figura ad quẽ fiat reductio. ¶Vt (exẽpli gratia) ad cõplendum hoc enthymema. Petrus eſt homo, igitur Petrus eſt animal, hanc accipio propoſitionẽ. Omnis homo eſt anĩal quæ cõponitur ex medio homo & termino anĩal; qui ſemel tantũ in enthymematis concluſione ponebat premiſſiſq; diſpoſitis in Darij fit integer ſyllogiſm⁹, hoc modo. Omnis homo eſt animal & Petrus eſt homo; igit Petrus eſt animal.
¶Fit autẽ reductio enthymematis interdum ad primam figurã, interdũ ad ſecundã, interdũ ad tertiam ſcd̃m variã habitudinẽ propoſitionis ſupplendæ & propoſitionis expreſſæ adinuicẽ. De prima figura, iam exemplo oſtenſum eſt. Per ſecundã figurã, hoc enthymema. Iſta mulier non eſt pallida ergo nõ peperit, ſic reducit. Omnis mulier quæ peperit eſt pallida, iſta mulier nõ eſt pallida igit non peperit. Iſtud vero enthymema. Homo eſt rationalis igit aĩal eſt rationale, reducit per tertiã figurã, hoc modo. Homo eſt rationalis & omnis homo eſt animal, igitur aĩal eſt rationale. Vniuerſaliter autem, quãdo ſubiectum cõcluſionis eſt ſubiectũ antecedẽtis enthymematis tũc in reductione ſupplẽda eſt maior: quando autẽ prædicatũ concluſionis eſt etiã prædicatũ antecedẽtis, tũc deeſt minor. Patet hoc manifeſte in exẽplis propoſitis. ¶Interdũ vero inueniunt enthymemata, quæ ex quatuor terminis cõponunt diuerſis. Verũ hæc nõ ſunt ſimplicia enthymemata, ſed virtute ſunt plura, qm̃ in plura reſoluuntur, ac deinde per plures ſyllogiſmos reducunt. Vt cum ita argumẽtamur. Homo currit, igit animal mouet, enthymema iſtud in duo reſoluitur: quorũ primũ eſt. Homo cuꝫ

mo currit igitur animal currit:ſcd̃m vero.Aíal cur rit,igitur animal mouet.Primũ ſic reducit. Homo currit & omnis homo eſt aníal, igitur aníal currit. Scd̃m ſic.Omne quod currit mouet,animal currit igitur anial mouetur.Vniuerſaliter autẽ cognoſcit enthymematis bonitas vel defect⁹,ex hac reductio ne.Si eñ ad ſyllogiſmũ bonũ reduci poteſt enthymema,bonũ erit(ſi autẽ mal⁹ fuerit ſyllogiſmus ad quẽ reducit)malũ quoqꝫ fuiſſe anthymema depræhenditur.

CAPVT XXXV.

De inductione.

Tertia ſpecies argumentationis eſt inductio, quæ ita ſolet definiri.

Inductio eſt,a ſingularibus ad vniuerſale progreſſio.

Hoc eſt,talis aliqua argumentatio,in qua a ſingularib⁹ ſiue min⁹ cõmunib⁹ ſufficiẽter enumeratis, proceditur ad vniuerſale ſiue magis commune,ipſum ſumẽdo vniuerſaliter.Vt hæc eſt inductio.Iſte ignis eſt calid⁹,& ille ignis eſt calid⁹:atqꝫ ita in cæteris õnibus ſingularib⁹ ignib⁹,igitur õnis ignis eſt calid⁹.Negatiue ſic.Iſte ignis nõ eſt frigidus, & ille ignis nõ eſt frigid⁹,atqꝫ ita in cæteris õnibus,igitur nullus ignis eſt frigid⁹.Nõ eſt autẽ opus ſemper accipere ſingularia indiuidua.Poteſt enim fieri inductio a min⁹ cõmunib⁹ ad magis cõmune, vtpote a ſpecieb⁹ ad genus,hoc modo.Omnis homo ſentit, & õnis leo ſentit,atqꝫ ita in cæteris õnibus ſpecieb⁹ aníalis,igitur õne aníal ſentit.Hoc autẽ diligẽtiſſime ſemper obſeruandũ eſt in inductione vt ſingularia ſiue min⁹ cõmunia ſufficiẽter enumerent:hoc eſt,vt õnia enumerentur,vel explicite,vel vt minimum implicite,quod fit per hãc particulã: & ita de õnibus alijs,vel aliã æquiualentẽ,in qua õnia enumerentur implicite,quæ propter ſuã infinitatẽ vel multitudinem nimiã non poſſunt enumerari ſigillatim.Species eñ licet vtcunqꝫ poſſint enumerari, quanquã & hoc interdum cũ magno labore,indiui

dua tamen nunq̃ poſſunt,vtpote infinita, quę certo numero nequeunt cõpræhendi.A ſingularib⁹ autẽ non ſufficiẽter enumeratis,nequaquã valeret inductio.Non em̃ ſequit̃.Iſte homo eſt ſtultus,& ille eſt ſtult⁹,atq; ita in alijs plurimis,igit̃ omnis homo eſt ſtultus.Nõ em̃ ad illationẽ eius quæ ſimpliciter eſt vniuerſalis,ſufficit,plurima inducere ſingularia ſed omnia oportet adducere. ❡Quando autẽ a ſpeciebus ad gen⁹,ſiue a minus communib⁹ ad magis cõmune procedit̃,non ſufficiet õnes ſpecies eumerare particulariter,ſed vniuerſaliter enumerari eas oportebit,Nõ em̃ valet hęc inductio.Aliquis homo quieſcit.Aliquis equus quieſcit,atq; ita in omnibus ſpeciebus animalis,ſemper aliquod eius indiuiduũ quieſcit,igitur õne animal quieſcit:ſed ita procedẽdum eſt.Omnis homo quieſcit,& õnis equus quieſcit,atq; in cæteris ſpeciebus ſingularũ omnia indiuidua quieſcunt:igitur õne animal quieſcit. ❡Veruntamen vbi termin⁹ ad quẽ fit inductio poneret̃ vniuerſaliter non cõplete,ſufficeret omnes ſpecies particulariter enumerare.Pro cuius intellectu ſciendum eſt,ſignũ vniuerſale additũ termino generico, interdũ ipſum diſtribuere pro vniuerſis indiuiduis ſub ſe & õnib⁹ ſuis ſpecieb⁹ contentis.Atq; ita communiter ſolent intelligi propoſitiones vniuerſales. Interdũ autẽ ſed rarius,ſignũ vniuerſale additũ termino generico facit ipſum accipi vniuerſaliter,tantum pro ſingulis ſpecieb⁹:ita vt non opus eſt ad talis propoſitiõis veritatẽ,ſingula omniũ ſpecierũ indiuidua prædicato vere ſubijci,ſed tantũ ipſas ſpecies particulariter ſumptas . Vt in hac propoſitione. Omne anĩal fuit in arca Noe,cuius ſenſus eſt.Quælibet ſpecies animalis fuit in arca Noe. Ita hui⁹ negatiuæ.Nullũ animal defuit in arca Noe,ſenſus eſt, Nulla ſpecies animalis defuit in ea.Ita cũ dicimus. In hac menſa eſt õne vinum.In hac ſylua inuenies õnes feras.Hęc regio õnia producit animalia.Omnia quę apponunt̃ fidelib⁹ manducant̃ ab eis.In his atq; huiuſmodi propoſitionib⁹ incõplete vniuerſalibus,non fit pro ſingulis indiuiduis diſtributio,ſed pro ſpe-

pro ſpecieb⁹ ſeu minus cōmunibus tantū. Vnde ad eas inferendas per inductionē,non eſt opus ſingula indiuidua adducere nec explicite nec implicite, ſed omnes ſpecies ſufficit particulariter enumerare.
¶De hac quoq; ſpecie argumētationis peculiariter notat Ariſtoteles,quod per eā conuenienter poſſunt probari principia demōſtrationū,quę aliter demon ſtrari ſiue probari nō poſſunt.Vt iſtud principium Omne totū eſt mai⁹ ſua parte,ita per inductionem fit notū.Iſtud totū eſt maius ſua parte,& illud totū eſt ſua parte maius,atq; ita in alijs,nuſq̄ videt̄ totū aliquod quod nō ſit ſua parte mai⁹,igit̄ omne totū eſt maius ſua parte.Item iſta. Omne animal rationale eſt diſciplinæ capax,per inductionē optime probatur hoc modo.Iſtud animal rationale diſciplinā capit,& item illud,atq; ita in cæteris, igitur ōne animal ratiōale eſt capax diſciplinæ. Rurſum hoc principium cōmune.Nullę cōtradictorię poſſunt ſimul eſſe veræ aut ſimul falſæ,nō aliter niſi per inductionem poteſt oſtēdi.Quod autē per inductionē oſtendi poſſint principia demonſtrabilia,inde eſt,quia inductio a ſingularib⁹ procedit,quæ ſunt nota ſenſui. Intellectus autē iudiciū,pręſupponit iudiciū ſenſus & eo adiuuat̄.Vnde quāuis per ſyllogiſmū , qui eſt intellectus,nō poſſint probari:per inductionem tamen,quā ſubminiſtrat ſenſus vtrūq; poſſunt. ¶Docet quoq; Ariſtoteles,inductionem poſſe reduci ad ſyllogiſmū.Quod hoc modo fiet.Accipiendum eſt diſiunctū ex omnib⁹ ſingularib⁹ pro medio,& terminus ille ad quē fit inductio pro minore extremitate,prædicatū autē erit,maior extremitas . Vt hæc inductio.Iſtę ignis eſt calid⁹,& ille ignis eſt calidus atq; ita in alijs,igitur ōnis ignis eſt calidus,ſic reducitur.Omne quod eſt iſte ignis vel ille ignis &c eſt calidū:& ōnis ignis eſt iſte ignis,vel ille ignis , vel alius aliquis,igit̄ omnis ignis eſt calidus. Negatiua inductio ſic reducit̄.Nihil quod eſt iſte ignis vel ille ignis vel alius quiſpiā eſt frigidū,& omnis ignis eſt iſte ignis vel ille ignis vel alius quiſpiā, igit̄ nullus ignis eſt frigidus.

¶CAPVT XXXVI.

¶De exē-

De exemplo.

Quarta argumẽtatiõis ſpecies eſt, exẽplum: quę ſic fęre ſe habet ad inductionẽ ſicut enthymema ad ſyllogiſmum. Quẽadmodũ eñ enthymema dicitur ſyllogiſmus quidã imperfectus, & ad ſyllogiſmũ reducitur, ſic exemplum dicitur quædam inperfecta inductio, & ad inductionẽ quodammodo reducitur. Definitur autem ſic.

Definitio exẽpli. Exemplum eſt, quando vnũ particulare probatur per aliud, propt̃ aliquid ſimile in ambobus inuentum.

Hoc eſt, exemplum eſt argumentatio talis, in qua procedit̃ ab vno ſingulari vel particulari, ad probãdum aliud, particulare itẽ vel ſingulare, ex ratione alicuius ſimilitudinis inter ambo illa inuẽtę. Vt cũ ſic colligimus. Niniuitis, licet peccatoribus, pepercit Deus: quoniã egerũt pœnitentiã, igitur & nobis parcet Deus ſi egerimus pœnitentiã. Sodomitę male perierunt, quia peccatores erant & non egerunt pœnitẽtiã: igitur & nos male peribimus, ſi non agamus pœnitentiã peccatorꝝ. Corinthij facile a pſeudapoſtolis corrũpebantur, propter rerũ omniũ ob portum maris cõmodũ abundantiã: igitur & Antuerpienſes facile corrũpi potuerunt ab hæreticis, quod & ipſi ſimiliter omniũ rerũ ex cõmodo portu affluentia laſciuiant. Hoc modo argumẽtamur a ſimilibus a maiori, & minori, de quib9 poſterius ſuo loco dicetur. Eſtq; hic mod9 argumẽtandi in moralibus vtiliſſim9, & ad monendũ atq; perſuadendum efficaciſſim9. Nuſquã eñ melius homo excitat̃ aut prouocatur, quã aliorũ egregijs exẽplis propoſitis: neq; meli9 a noxijs deterretur quã aliorũ periculis ante oculos expoſitis; quæ per exẽplarem argumentationem pulchre fieri, ex paucis exẽplis eſt manifeſtum. Obſeruandũ eſt autẽ potiſſimũ in hac argumentatione, vt ſimilitudo illa quæ adducit̃ ad rem pertineat, i. cauſa ſit quare prædicatum antecedentis ſubiecto cõueniat. Non eñ ad exemplarẽ argumentationem

tationem

tationē ſufficit quælibet ſimilitudo, quoniā non ſequitur, Iudas male periȷt, igiť & Petrus male periȷt, quoniā ambo fuerūt homines, aut ambo Apoſtoli, aut ambo peccatores. Siquidē hæc ſimilitudo nihil ad rē facit. i. cauſa nō eſt cōuenientię inter ſubiectum & prædicatū antecedētis. Nō em̄ ideo periȷt Iudas, quia homo, neq; quia Apoſtolus, imo neq; quia peccator fuerat: ſed quia poſt proditionem magiſtri, deſperans de miſericordia, factus eſt ſui perditor. Hęc autē ſimilitudo in Petro, nō inueniť, qui bonā egit pœnitētiā, ſperauitq; in Dei miſericordia. Si autē ſic colligas. Iudas male periȷt igitur & Pilat⁹ & cæteri Iudæi male perierūt: quoniā ſicut ille ita & iſti Dominū perdiderūt, & non egerūt dignā pœnitētiam, ita bonā habebis argumētationem exemplarē. Hic em̄ ſimilitudo inueniť in vtroq; particulari, quę ad rem faciat maxime. ¶ Docet autē Ariſtoteles exemplum reducere, partim ad inductionē, partim ad ſyllogiſmū. Accipiēdo em̄ primū particulare, inferť ex illo per inductionē imperfectā propoſitio vniuerſalis, ac deinde ex vniuerſali proceditur ad aliud particulare, qđ infertur in cōcluſione exempli. Vt hoc exemplū. Iudas male periȷt, igiť & Pilat⁹, ſic reducitur. Iudas male periȷt, quia mortis Dñi author fuit nec egit dignā pœnitētiā, igitur ōnis qui mortis dñi auctor fuerit nec pœnitētiā egit male periȷt. Deinde ſub hac vniuerſali ita ſubſumiť. Pilatus author fuit mortis Dñi neq; egit pœnitentiā: ac poſtremo infertur alterū particulare. igiť Pylatus male periȷt. His aūt quatuor argumentationū ſpecieb⁹ ita vtcunq; declaratis, quarti libri Dialecticæ cōſyderationis finē hic faciam⁹: atq; ad locos dialecticos trāſeamus.

¶ DEO ſemper & vbiq; GLORIA.

LIBER QVINTVS CONSYDERATIONIS DIALECTICĘ, q de locis dialecticis inſcribiť.

¶ Præfa

DE LOCIS DIALECTICIS.

PRÆFATIO.

DIalectica õnis, Marco Tullio & Seuerino Boetio teſtib⁹, iudicio & inuentione cõſtat. Cum itaq; ars iudicandi. Græcis κριτικὴ critice dicta, Latinis iudicialis, quãtum ad formas artinet argumentationum, pręcedenti libro vtcũq; ſit abſoluta, ſupereſt altera quę Græcis τοπικὴ topice. Latinis localis dicit̃, pręſenti hoc libro tractãda. In quo hoc potiſſimũ elaborandum eſt, vt ordine cõgruo locos quoſdam deſignemus, e quib⁹ ad vnamquãq; propoſitã quæſtionẽ facile depromi poſſit conueniens argumentũ. Enimuero (iuxta Marci Tullij teſtimoniũ) ſicut earũ rerꝫ quæ abſconditæ ſunt, demõſtrato & notato loco faciiis eſt inuentio: ſic cũ perueſtigare argumentũ aliquod volumus, locos noſſe debemus. Id quod & Quintilianus libro quinto oratoriarũ inſtitutionũ pulchre teſtat̃. Non õne inquiens argumentũ vndiq; venit: ideoq; nõ paſſim quærendũ eſt. Mult⁹ em̃ alioqui error eſt: exhauſtoq; labore, quod nõ ratione ſcrutabimur, nõ poterimus inueniri niſi caſu, At ſi ſcierim⁹ vbi quicquã naſcatur, cũ ad locũ vẽtum erit facile quid in eo erit peruidebim⁹. Hęc ille. Nõ immerito proinde repręhendendã exiſtimauit Tullius ſtoicorꝫ negligẽtiam, qui iudicandi vias diligẽter perſequuti, inueniẽdi artem & vſu potiorem & natura priorem, totam reliquerunt. Ariſtotelis vero diligentiã ex aduerſo cenſuit cõmendandã vtpote qui vtrãq; copioſe tractauerit. Quẽ vt artis hui⁹ principẽ, nos quoq; pro virili inſequẽtes, dialecticos locos fideliter aperiem⁹: ordinẽ tamen qui apud illum confuſior & minus digeſt⁹ apparet, ab eius Cõmentatoribus Themiſtio atq; Boetio) qui in eadẽm hac arte diligentiſſime laborauerũt, accipiem⁹. Ab his em̃ in certiorẽ quẽdã ordinẽ redacti ſunt loci illi, qui ab Ariſtotele confuſius ſparſi fuerant: vt fere ſolent primi rerũ inuentores min⁹ ordinate res ſin gulas lo

gulas locis ſuis cõſtituere, quod a poſteriorũ eſt diligentia præſtolandũ. Vt em̃ res ipſas primũ inuenire eſt difficillimũ, ita poſt inuentionem nõ ita magni eſt negocij in ordinẽ inuenta redigere. Prius aũt quam ad notandos locos tranſeam⁹, quid locus ſit, & quõ diuidat̃, explicem⁹.

ℭCAPVT I.

ℭQuid ſit locus, quid item locus maxima, & differentia maximæ.

LOcus a Boetio ita definitur. Loc⁹ eſt ſedes argumenti, vel id a quo ad propoſitã queſtionẽ conueniens trahit̃ argumentũ. Pro cui⁹ defi- Definitio loci
nitionis intellectu primũ ſciendũ eſt quid ſit argumentum. Appellam⁹ autẽ argumentũ rationẽ quæ rei dubiæ faciat fidẽ. i. propoſitionẽ aliquã quę adhiberi poteſt ad propoſitionẽ aliam probanda cui⁹ eſt dubia veritas & d: qua habet̃ queſtio. In quo manifeſta eſt differentia argumentationis ab argumẽto. Argumẽtatio em̃ complectit̃ asgumentũ probans, cõcluſione quã probat, eſtq́; argumentũ tãtũ pars altera argumẽtationis. Vnde argumentatio a Boetio ſic definit̃. Argumẽtatio eſt argumẽti per orationem explicatio. Tota em̃ argumentatio, vim explicat ipſius argumẽti, dum ipſum aſſumit tanquã probans, atq́; ex ipſo concluſionẽ colligit dubiã ad eius veritatẽ demonſtrandã. Dicitur autẽ argumentum, ab arguendo. Arguere em̃, in vna ſignificatione idẽ valet quod probare ſiue oſtendere. Vnde argumentum dicitur id per quod aliquid arguit̃, probat̃. ſiue oſtenditur quale ſit, verũ ne an falſum. ℭDuplex quoq́; impræſentiarũ ab authorib⁹ locus diſtinguit̃ nẽpe locus maxima & locus qui eſt differẽtia maxi- Quid ſit loc⁹ maxima.
mę. Locus maxima in propoſito appellat̃ generalis aliqua propoſitio per ſe nota ex qua deſumit̃ argumentum & argumẽtatio ipſa vim ſuã habet, qua & confirmat̃. Vt argumentatio iſta. Animal rationale eſt capax diſciplinæ, igit̃ homo eſt capax diſciplinæ innititur huic maximæ. Cuicũq́; cõuenit definitio eidem & definitũ conuenire neceſſe eſt. Hęc quoq́; argumẽtatio. Petrus eſt iuſt⁹, igit̃ non eſt iniuſt⁹; in hac maxima propoſitione ſolidat̃. Cuicũq́; cõuenit

vnũ con

vnum cõtrariorum, ab eodem negabitur alterum. Hæ duæ propoſitiones aliæq; harum ſimiles, loci appellantur, eo quod ab eis ſumantur argumenta: quemadmodum locus materialis alicuius rei dicitur, vnde ipſa accipitur atq; depromitur. Quod pulchre explicat Boetius, ita inquiens. Ideo autem vniuerſales & maximæ propoſitiones loci ſunt dictæ, quoniam ipſæ ſunt quæ continent cæteras propoſitiones, & per eas fit cõſequens & rata cõcluſio. Ac ſicut locus in ſe corporis continet quantitatẽ, ita hę propoſitiones quę ſunt maximę intra ſe omnẽ vim poſteriorẽ atq; ipſius concluſionis conſequentiã tenent. Hæc ille. ¶Appellantur autẽ propoſitiones iſtæ maximæ: ad eum fære modũ quo in ſyllogiſmis dicimus propoſitionẽ maiorem atq; minorem. Quemadmodum enĩ maior propoſitio illic dicitur, in qua eſt robur præcipuum totius argumẽtationis, & in qua vt generaliori minor velut includitur atq; concluſio: ita hic dicitur propoſitio maxima ex qua pluria depromi poſſunt ad diuerſas cõcluſiones argumenta: quę omnia quodammodo intra ſuum ambitũ continet, atq; intra latitudinẽ ſuã complectitur. Præterea, non habent maximę iſtæ alias vllas propoſitiones ſe priores aut notiores, per quas commode poſſent probari: ſed ex ipſo terminorum intellectu, manifeſta apparet ipſarum veritas. Propter hoc & maximæ propoſitiones dicuntur ſecundum expoſitionẽ negatiuã quibus aliæ nõ ſunt maiores, priores, ſ. aut notiores, per quas poſſent probari. Hi ergo, loci, maximæ appellantur. ¶Alio vero modo (vt idem Boetius atteſtatur) loci vocantur, maximarũ differentiæ propoſitionũ: illi videlicet, quibus maximæ diuerſæ abinuicẽ differunt. Vt (exempli gratia) maximæ illæ duæ ſuprapoſitæ, abinuicem differunt, per terminos diuerſos. In altera enĩ ponitur definitio & definitũ, in altera vero contrarium & ſuũ oppoſitũ. Definitio igitur & definitum contrariũ & ſuum oppoſitũ, ſunt differẽtię maximarum illarũ: qui etiã loci appellantur, eo qđ ab horum conſyderatione ſumant argumenta, ex ipſis maximis

Quid locus differẽtia maximæ.

maximis. ℭ Huiuſmodi autẽ loci, pauciores ſunt numero prioribus. Interdũ em̃ plures maximæ propoſitiones ſub vno loco differentia maximæ comprehendunť. Exempli gratia, duæ hæ maximę. Cuicunqꝫ conuenit definitio eidem & definitũ. A quocunqꝫ remouetur definitio, ab eodem remouetur & definitũ ſub vno continẽtur loco differẽtia maximæ nempe ſub loco qui appellať a definitione ad definitum, vel ſimpliciter a definitione. Sic em̃ in aſſignãdo locũ qui eſt differẽtia maximæ, accipimus vocabulum ſignificans, id a quo ſumiť argumẽtum atqꝫ probatio, cũ præpoſitione a, vt locus a definitione, a deſcriptione, a genere, a ſpecie, a cauſis, a cõtrario, atqꝫ ita in cæteris. Et quidẽ interdũ ſic ſolum terminum inferentẽ exprimimus, interdum vero cũ præpoſitione ad, terminũ quoqꝫ illatũ adijcim⁹. Vt locus a definitione ad definitum, a ſpecie ad genus, a contrario ad contrarium, a cauſa ad effectum. Rurſum locum differẽtiam maximæ interdum appellamus, ipſam habitudinem quę eſt inter terminũ inferentem & terminum illatum, vt inter definitionẽ & definitum, cauſam & effectum. Interdum vero ipſam orationẽ per quã talis habitudo exprimitur.

ℭ Ex quibus ſatis patet definitio loci. Manifeſtum em̃ euadit ex his, quõ tam locus maxima quam locus differẽtia maximæ dicatur ſedes argumenti, & quõ ab vtroqꝫ trahantur cõmoda argumẽta ad propoſitas quæſtiones. Manifeſtũ itẽ relinquiť, quid interſit inter locũ maximã & locũ differentiã maximæ. Et licet nõnulli prædictã definitionẽ ita diſtinguant, vt partem priorem peculiariter accommodent maximis, poſteriorẽ ſolis maximarũ differentijs, nobis tamen cõmodius videtur, vtramqꝫ partẽ ad vtrumqꝫ locũ referre, ac partẽ poſteriorem quodãmodo declarationẽ prioris eſſe, atqꝫ ob id a Boetio poſterius adiectã, ad elucidandam Ciceronis definitionem: qui locum generaliter definiens, hoc tãtum dixit, locum eſſe ſedem argumenti.

ℭ CAPVT SECVNDVM.

ℭ De loco intrinſeco, extrinſeco, & medio.

Aſſignã-

Quid loc⁹ intrinſecus, extrinſecus & medi⁹

ASſignantur autē loci diuerſi,ſecundū diuerſam habitudinē termini inferentis & termini illati, ſiue argumenti & cōcluſionis quæ probanda proponit̄.Vnde locus diuidit̄ in locū intrinſecū,extrinſecū,& mediū. Quarū ſpecierū differentiæ ex ipſis earū definitionib⁹ cognoſcent̄, quæ ſunt hę. Locus intrinſecus eſt,quādo ſumit̄ argumētum ab his quæ ſunt de ſubſtantia rei de qua quærit̄. Locus extrinſecus eſt, quando ſumit̄ argumentum ab his quæ ſunt omnino ſeparata a ſubſtantia rei de qua quæritur.Loc⁹ medius eſt,quando ſumit̄ argumentum ab his quæ partim conueniunt, & partim differunt.Pro quarū definitionū intellectu aduerte propoſita quæſtione aliqua dubitabili, ad eā probādam adferri interdū argumentū ab aliquo quod ad ſubſtantiā pertineat rei de qua fit quæſtio.Vt ſi proponatur queſtio.Num omnis homo ſit capax diſciplinæ? ad hanc quæſtionē determinandā adfero argumentū ab ipſa hominis definitione, quæ procul dubio ad ipſius ſubſtantiā ſiue eſſentiā ſpectat,& talem conficio argumentationē. Omne animal rationale eſt capax diſciplinę,igit̄ omnis homo eſt capax diſciplinæ.Locus proinde tam maxima quā differētia maximæ.Vnde hoc argumentū depromptū eſt, locus vocat̄ intrinſec⁹, ¶Interdū vero argumentū ſumit̄ ab eo quod prorſus eſt extra ſubſtantiā ei⁹, de quo quærit̄, eſtq́ ōnino illi extraneū . Vt ſi proponatur quæſtio. Num humilitas vitiū ſit? adhibebit̄ argumentū a contrario , hoc pacto argumentando. Humilitas eſt virtus non eſt igit̄ viciū . Hic manifeſte cernis,argumentū duci a virtute ad vitiū quæ penitus ſunt adinuicē aliena. ¶Interdū vero argumentum ducitur ab eo quod partim cōuenit cū eo de quo fit quæſtio & partim differt.Vt ſi quæratur, num iuſtitia ſit bona ? ad quæſtionis diſſolutionem adfero argumentū,Qui iuſtus eſt bonus eſt;igit̄ iuſtitia eſt bona.Hic a iuſto ad iuſtitiā argumentū ducitur.Inter autē iuſtitiā & iuſtū , eſt aliquid differētiæ & aliquid cōuenietiæ.Differūt eīn in finali terminatione,atq́ in minus principali ſignificato. Con

ueniunt

ueniunt autē in ſignificatione præcipua. Vnam eñ eādemq; rem concretū & abſtractum ex ſignificato principali importāt, quēadmodū in principio libri ſecundi, capite de denominatiuis, meminim⁹ declaratum. ¶Solet quoq; locus intrinſec⁹ ſubdiuidi, in locū a ſubſtantia & a concomitātibus ſubſtantiam.

Locus a ſubſtātia.

Locus a ſubſtātia dicit̄, quando ſumit̄ argumentum ab his quæ ſunt de ſubſtantia rei de qua quærit̄. Cuiuſmodi proprie ſolū eſt locus a definitione, qui pro argumēto ſumit totā ipſam eſſentiā ſiue ſubſtātiam rei de qua quærit̄. Adiungunt̄ tamen illo duo alij, a deſcriptione, & nominis interpretatione. Ille quidē eo quod definitionis loco plærūq; vti ſoleamus deſcriptione, propter imbecillē noſtri ingenij captum. Vnde fit, vt veras & intimas rerū differentias pernoſcere nō valentes, proprijs & accidentib⁹ eas cogamur diſtinguere. Hic vero propter cognationem & ſimilitudinē: & quia quodāmodo ipſa noīs interpretatio videt̄ includi in nomine ad eū modū quo ſubſtātia rei intra ipſam includit̄.

Locus a cōcomitantibus ſubſtātiā.

¶Locus autē a cōcomitantibus ſubſtantiā dicit̄, quando non ſumitur quidē argumentū ab ipſa rei de qua quærit̄ ſubſtantia, ſed ab aliquo quod ſubſtantiam concomitat̄. Vtpote a partib⁹ eius, ſiue eſſentialib⁹ ſiue integralib⁹ quæ nō ſunt tota ipſa rei ſubſtātia: vel ab accidentibus aliquib⁹ rem concomitantib⁹, cuiuſmodi ſunt generatio, corruptio, vſus, & cōmuniter accidentia vel quę aliquo modo intrinſeca ſunt & vicina ſiue ſpectātia ad eſſe rei, vt ſunt cauſæ, materialis, formalis, efficiens, finalis, locus item & tēpus. Ac proinde ab his omnib⁹ cum argumenta ſumunt̄, ex locis dicuntur erui qui a concomitantib⁹ ſubſtantiā nominantur. Quot autē ſint, & qui, loci, intrinſeci, extrinſeci, & medij, incōſequentib⁹ ſuo ordine aperiem⁹.

¶CAPVT TERTIVM.

¶De loco a definitione.

FActa generali locorũ diuiſione, reſtat de vnoquoq; ſigillatī pertractare, atq; ex ſingulis quomodo argumenta ducantur, cōmodis exēplis oſtendere. Quā conſyderationē ingredientib⁹,

ta animalia, nec ſimilem habere motum) Ad hanc quæſtionem terminandã ſic argumentabimur. Concha eſt corpuſanimatum ſenſibile (habet eñ ſenſum tactus, quod monſtrat experiẽtia) igitur eſt animal. Sit quæſtio. Nũ humilitas ſit virtus? ita terminabitur. Humilitas eſt habit⁹ bonus, igitur eſt ỽtus: ſuperbia vero, eſt habitus malus, igitur vitium. Maxima huiuſmodi argumẽtationũ roboratiua, hæc eſt.
» De quocunq; prædicatur definitio, de eodem & definitum. ¶ Negatiue it- in diximus duobus modis fieri argumẽtationem. Primo ex parte ſubiecti. Sit quæſtio. Num vllum brutorũ ſit capax diſciplinæ? ita terminabit. Nullũ animal irrationale eſt capax diſciplinæ, igitur nullũ brutũ. Sit rurſum quæſtio. Num vlla virt⁹ vileſcere faciat habentem, aut vllũ vitiũ exornet habentẽ? ita terminabitur. Nullus habitus bonus poteſt vtilem reddere poſſeſſorẽ nullus item habitus malus exornare, igit̃ nulla virtus poteſt vilificare habentẽ & nullũ vitium exornare. Maxima vnde ſumuntur hæc argumenta eſt.
» Quicquid negatur de definitione, & de definito negatur. ¶ Ex parte autem prædicati ſic argumentamur. Sit quæſtio. Nũ ſimea ſit homo? ita terminat̃. Simea nõ eſt aĩal rationale, igitur, nõ eſt homo. Sit quæſtio. ¶ Num ſciẽtia ſit virt⁹? terminabit̃. Sciẽtia non eſt habitus bonus, igitur non eſt ỽtus. Quæratur de paupertate, num ſit ipſa vitiũ? dicim⁹ nõ eſſe quia ipſa non eſt habitus malus. Maxima vnde huiuſmodi argumentationes robur accipiunt, hæc eſt
De quocunq; negatur definitio, & definitũ. ¶ Poſ» ſent tamen quatuor hæ maximæ in duas iſtas con» cludi. Cum quo conuenit definitio, cum illo & defi» nitum conueniet. Cum quo non cõuenit definitio, » cum illo nec definitũ conueniet. Duæ ſiquidẽ priores in prima includunt̃, poſteriores duæ in ſecunda.

¶ CAPVT QVARTVM.

¶ De loco a definito ad definitionem.

Quemadmodũ autem nũc a definitione ad definitum proceſſum eſt, ita cõuerſo ordine procedere licebit a definito ad definitionem; ape

nem:appellabiturq; locus a definito. Tot autē mo-
dis argumentari hinclicebit,quot modis ſupra in lo
co a definitione aſſignauim⁹. Et quidē interdū pro
batiuæ ſatis erunt hæ argumētationes, cū videlicet
aliquid notius cōuenit definito quā definitioni,aūt
cū notius alicui cōuenit definitū quā definitio. Vt
ſi quis dubitet , num morio(cui nihil ineſt actualis
vſus rationis) anial ſit ratio nale,ſic terminabiẗ quę
ſtio.Morio eſt homo,eſt igiẗ animal rationale. An-
tecedens em̄ eſt notiſſimæ veritatis ac proinde con
ſequens recte probat,quod alicui poſſet dubiū vidē
ri,ex eo qđ ratione nō videanẗ vti moriones. Rur-
ſum,ſi quis forſitan de elephāto aut ſimea dubitauē
rit,num ſint animalia rationalia,eo quod videatur
aliquo modo ratione vti in quibuſdā, quib⁹ admo-
dum appropinquāt modo agendi hominum,ita ter
minabiẗ queſtio.Elephant⁹,& ſimea non eſt homo
neq; igitur anial rationale. Prædictarū autē argumē
" tationum hæ ſunt maximæ. De quocunq; prędicaẗ
" definitū,de eodē & definitio. De quocunq; negatur
" definitū,de codē & definitio.¶Rurſum ſit quæſtio
Num aliquod inueniri poſſit rationale anial,quod
nunquā vtatur ratione? ita terminabiẗ. Plærīq; ho-
mines nunquā ratione vtunẗ,igitur quædā anima-
lia rationalia nunquā vtuntur ratione. Sit quæſtio.
Num aliqua anialia irrationalia poſſint doceri?ſic
terminabiẗ. Quædā bruta poſſunt doceri , vt canes
& elephanti,& alia plæraq;, igiẗ quædā irrationalia
animalia doceri poſſunt. Maximæ. Quicquid præ-
" dicatur de definito,prędicaẗ & de definitione.Quic
" quid negaẗ de definito,negatur & de definitione.
" ¶Eſt autē generaliter hoc ſciendū,quod proprię pa
ſſiones notius & clarius cōueniunt ipſi definitioni
quā definito,eo quod definitio explicet ſubſtantiā ſi
ue eſſentiam,ex qua proprietas naturaliter effluit.
Ob hoc,dū propriū oſtendiẗ ineſſe definito per de-
finitionē,probatiua eſt argumentatio. Cū vero pro-
prium oſtendiẗ ineſſe definitioni per definitum, nō
probatiua erit.Atuero accidētia,potiſſimū ſingula-
ria ſiue peculiaria notius cōueniunt definito,quam

definitioni eo quod ab eſſentia quā explicat definitio nō effluant,ſed rei cōueniunt potius ratione ſingularitatis vel materiæ.Ob hoc,dū accidens aliqđ monſtramus conuenire definitioni ex definito, probatiue ſatis procedit:dum autē econtrario,non probatiue. ¶CAPVS QVINTVM

¶De locis a deſcriptione,& nōis interpretatione.

Deſcriptio eſt oratio indicās eſſe rei per accidentalia.i.per propria,vel per accidētia,quibus a cæteris diſcerni poſſit, vt animal riſibile,eſt deſcriptio hominis.Aīal rudibile,aſini. Habitus laudabilis,deſcriptio eſt virtutis,habit⁹ vituperabilis,vicij.Ex accidentib⁹. Vt animal habēs liberum actuū ſuorū arbitriū,eſt deſcriptio hominis.Illud vero neutiq̄ prętereundū eſt,quod admonet Rodolphus Agricola,& ante eū Boetius propter verarum definitionū maximā penuriā,plærūq; loco definitionum dari deſcriptiones.Cū enī tam imbecille ſit humanū ingeniū vt vix vllarū differentiarum præter vnam rationale aut alias pauculas,poſſit habere notitiā,fit vt neq; veras definitiones, quæ ex vero genere & vera differētia debent cōponi,præter vnā aut alterā habeat.Exēplo ſunt philoſophoꝝ definitiones,quæ fere omnes nil aliud quā deſcriptiones ſex accidentibus rerum conflatæ. ¶Parū autē refert quærenti verū fructū horū locorū,ſi non ſemper veriſſimū genus & verū propriū habeat. Sufficit enī,horū loco aliquid eis quā fieri poteſt,vicinū inuenire.Quod ſi veꝝ propriū inueniri facile non poteſt,ex multis accidentibus in vnū conflatis,longiori verboꝝ ambitu,deſcriptionē licebit conflare. Vt verbi gratia,aſin⁹ vero genere & vero proprio ſic poteſt breuiſſime deſcribi. Aſinus eſt anīal rudere natū ſiue rudibile.Per accidētia vero ſi eū velis deſcribere,inuenies in aſino ſolidos pedes, numero quatuor,aures longas, & fœcunditatē partus. Quibus in vnū collectis accidentib⁹, ita licebit aſinū deſcribere.Aſinus eſt animal quadrupes ſolidis pedibus,auritū,& fœcundū. Ad eundē modū licebit ſingulis naturis rerum diligenter inueſtigatis, ſiue per

Quid ſit deſcriptio.

propriaſ paſſiones,ſiue per accidẽtia propria, quam
libet rem depingendo deſcribere.Quam differenti-
am,ipſa quoꝗ nomina definitio & deſcriptio per ſe
indicant,Eſt enĩ definire,rem tota ſua eſſentia, fini-
re , & velut terminare. Deſcribere vero ſolã defor-
mationem craſſam & figuralẽ delineationẽ impor-
tat.Quia tamen(vt dictũ eſt)raræ admodũ ſunt ve-
ræ definitiones,cogimur plærumꝗ deſcriptionibus
huiuſmodi accidẽtalibus illarum loco vti. Propter
quod,Cicero & Themiſtius hos duos locos in vnũ
concluſerunt.Diſtinxerũt vero Boetius, & poſt eũ
Agricola,cæteriꝗ Boetio poſteriores. ¶Nominis

De nominis interpretatione.

vero interpretationẽ nemo authorꝝ neglexit,quip-
pe cuiꝰ eſt ad pluria vſus accõmodatiſſimꝰ,ijs præ-
ſertim qui vtrãꝗ linguã,aut etiã plures probe callẽt
id quod aperte.M.Tullius teſtat̃,dicẽs,notatione(ſic
enĩ ille appellat interprætationẽ)multa in diſputan-
do elici ex verbo.Sit exẽpli gratia.quæſtio.Nũ dia-
lecticæ ſit impẽdenda operaſa nominis interpræta-
tione ita licet argumẽtari.Dialectica ars eſt differen-
di,huic ſtudendũ nemo dubitat,eſt igit̃ ſtudendum
dialecticæ,& ita de alijs ſcientiarꝝ nominibus,Grã-
maticæ,Rhetoricę,Arithmeticę,Geometrię, Aſtro
nomiæ:quarꝝ ſunt hæ interpretationes. Grãmatica
eſt ars literaria.Rhetorica,ars recte eloquẽdi.Arith
metica, ars recte ſupputandi. Geometria , ars terras
mẽſurandi.Aſtronomia ars aſtrorꝝ normã tradens.
¶Eſt autẽ interprætatio,non rei definitio,ſed nomi
nis etymologica explanatio ſiue explicatio, quã lo-
gici definitionẽ nominis vocãt,atꝗ ita definiũt. In
terprætatio eſt nominis minꝰ noti per aliud magis
notũ explicatio. In hoc enĩ differt a definitione &
deſcriptione,quod hę rẽ ipſam, ſiue per eſſentialia ſi
ue per accidẽtalia determinãt:illa vero tantũ nomi
nis rationẽ & ſignificationẽ declarat, Græci qđ nos
interprætationẽ dicimus Boetiũ inſequẽtes etymo-
logiam appellãt,quod .Cicero vbum ex vbo inter
prætatur veriloquiũ.Siquidẽ ἔτυμον etymon græ
ce ſignificat verũ,logos orationẽ. Cicero autẽ in li-
bris Topicis fugere ſe dicens vocabuli huius nouiſ-

tatem

ſatem, quod ipſe non ſatis aptum iudicabat, notatio nem maluit dicere, quod verba ſint rerũ notæ. Ariſtotelẽ vero rei notã dicit ſymbolũ appellaſſe. ¶ Fiunt autẽ ab his duob⁹ locis argumẽtationes ita per omnẽ modũ vt ſupra oſtendim⁹, in loco a definitione, affirmatiue, atq; negatiue, ſubijciendo & prædicando. A deſcriptione quidem ſic argumẽtabimur Nullus habitus laudabilis vileſcere facit habentem nulla igitur virtus. Contra vero, quilibet habit⁹ laudabilis exornat poſſeſſorẽ, igitur quælibet virtus id facit. Mãſuetudo eſt habitus laudibilis, eſt igitur virtus. Scientia nõ eſt habitus laudablis (ſciẽtia enĩ neminem per ſe laudabilẽ efficit) non eſt igitur virtus Maximæ harũ argumentationũ roboratiuę, hæ ſunt
„ Quicquid prædicat̃ de deſcriptione, prædicat̃ itẽ de
„ deſcripto. De quocũq; prædicatur deſcriptio, de eo-
„ dem & deſcriptũ. Quicquid negat̃ de deſcriptione
„ & de deſcripto negat̃. De quocũq; negat̃ deſcriptio deſcriptũ de eodẽ negabitur. ¶ Ab interpretatione quoq; tot modis argumẽtari poſſumus. Sit quæſtio Num Ieſus peccatores debuit ſuſcipere, atq; cũ eis cõuerſari? ita terminabitur. Saluatorẽ atq; ſanatorẽ animarũ decebat peccatores ſuſcipere, ergo Ieſum id decebat. Quæratur Num aduerſus Chriſtum Iudæi iuſte blaſphemias conijciebant? reſpondebimus non iuſte id factũ ab illis, quoniam in vnctũ domini nequaquã phas erat conuicia iacere. Ita oſtendimus, euangelio credendũ eſſe, atq; euãgelizantibus eſſe adminiſtranda neceſſaria, quoniã bono nuncio cœleſtis regni toto corde erat acquieſcendũ, & eiuſmodi nuncij gratiſſimis annunciatorib⁹ omni iure erant ſubminiſtranda corporis neceſſaria. Ita oſtẽdimus monacho non cõuenire diſcurſum ſuperuacaneũ per vicos ac ciuitates, quoniã ſolitario id minime cõuenit. Sic verũ philoſophum docemus non debere auarum eſſe aut ambitioſum, quoniam ver⁹ amator ſapientiæ huiuſmodi eſſe non debet. Ita clericum oſtendimus nõ debere ſe ingerere ſæcularib⁹ negocijs; quoniã in ſortẽ Dei ſegregatum id minime decet. Maximæ vero harũ argumentationũ loci, ex prę

„ ei,ex prædictis relinquunt̃ notæ. Cum quocũq; enĩ
„ cõuenit interpretatio,cũ eodẽ & interpretatum,&
„ cũ quocunq; illa nõ conuenit,nec iſtud conueniet.
¶Quõ autẽ dixim⁹ locũ ſignari locũ a definito,diſtinctũ a loco qui dicit̃ a definitione, ſic & alij duo loci ſignari poſſunt a deſcripto & interpretato. Ex quibus,tametſi nõ multũ accipi poſſe videant̃ argumenta in ſe probatiua,ſi cui tamẽ contingat deſcriptum noti⁹ eſſe deſcriptione:aut interpretatũ interpretatione,huic probatiuũ erit eiuſmodi argumentum,quod ita a deſcripto vel interpretato ſumetur.
¶Sub his autẽ tribus locis tres alij cõprehendunt̃. Sub loco enĩ a definitione,cõprehendit̃ locus a differentia,propterea quod differẽtia ſit bona pars definitionis.Vt Concha eſt ſenſibilis,igitur eſt animal. Aſinus non eſt rationalis,igit̃ nec homo.Maximæ:
„ Cũ quocunq; cõuenit differentia,cũ eodẽ conuenit
„ & id cui⁹ eſt differẽtia.Et a quocũq; remouet̃ diffe
„ rentia,ab eodẽ remouet̃ & id cuius eſt differentia.
¶Sub loco a deſcriptione,continet̃ locus a proprio vel ab aliquo obtinẽte locum veri proprij,eo quod ex huiuſmodi conficiat̃ deſcriptio.Vt,Ægeſtas non eſt per ſe laudabilis,nõ eſt igitur ỽtus. Modeſtia eſt
„ per ſe laudabilis,igit̃ eſt ỽtus,Maximæ. De quocũ
„ q; negat̃ propriũ,de eodẽ negat̃ & id cui⁹ eſt propri
„ um.Et de quocunq; prædicat̃ propriũ,etiã id cuius eſt propriũ. ¶Sub loco ab interpretatione,cõtinet̃ loc⁹ a ſynonomis.Vt.Hoc eſt enſis,igit̃ eſt gladius
„ Maxima.De quocũq; prædicat̃ vnũ ſynonomorũ,
„ de eodẽ & reliquũ. ¶CAPVT VI.

¶De loco a toto vniuerſali.

INter locos a concomitantibus ſubſtantiam,primus eſt loc⁹ a toto:qui diuiditur in quatuor locos,in locũ videlicet a toto vniuerſali,a toto integrali,a toto in quãtitate,& a toto in modo. Quibus adduntur,loci a toto in loco, & a toto in tempore. Totum vniuerſale idẽ eſt quod ſuperius vel vniuerſale,vt quodlibet genus reſpectu ſuarũ ſpecierũ; & quælibet ſpecies reſpectu ſuorũ indiuiduorũ. Vt animal reſpectu hominis, homo reſpectu Ioannis.

Totũ vniuerſale

Dicitur

Dicitur autē totū vniuerſale,quod propter ſuā com munitatē ſuas ſpecies in ſe includat,queadmodū totum ſuas partes:ex quo,dum fit diuiſio, velut ex toto partes eruunt.Partes autē ſubiectiuæ nominant. quia ſubijciunt toti ſecundū ordinatā prædicationē & prædicamentalē diſpoſitionē vel coordinationē. ¶Fit autē argumētatio ex hoc loco,tā affirmatiue quā negatiue,ex parte ſubiecti atq; ex parte prædicati.Neq; magnifaciendū eſt quod quidā dicunt.a toto vniuerſali affirmatiue nō valere argumentationem,niſi ponat conſtātia partis ad quā eſt procedēdum.Itē a parte ad totū nō valere negatiue,niſi conſtantia partis poſita. Siquidē conſtātia(quā vocant) in huiuſmodi argumētationib⁹ ſubintelligit, taciteq; ſemper includit,etiam ſi nō exprimat,in propoſitione illa quæ tenet in mēte dū enthymema cōficitur.Conſtantiā autē poni dicunt alicui⁹,quando ipſum eſſe aſtruunt. Vt ſi talē conficiā argumentationem.Omne anial ſentit,homo eſt,igitur homo ſentit.Hic in ſcd̃a propoſitione dicūt conſtantiam poni hominis.Verū illam ſatis putam⁹ intelligi in ea quæ in mēte tenetur,homo eſt anial,aut concluſionem ſub conditione intelligim⁹.Igitur homo,ſi eſt, ſentit.¶Facim⁹ igitur a toto vniuerſali argumentationes affirmatiue,ex parte ſubiecti, hoc modo. Sit quæſtio.Num iuſtitia ſit res vtilis & expetenda:dicemus ita habere quoniā omnis ꝟtus eſt res vtilis & expetenda.Valet &negatiue. Vt ſi quæratur.Nū furtum ſit vtile?ita licebit ex hoc loco argumētari. Nullū vitiū eſt vtile,furtū eſt vitiū, igitur furtū nō eſt vtile.Maximæ horū argumentorū, ſunt iſtæ.Cū quo cōuenit gen⁹,cū eodē cōuenit & ſpecies. Cum quo nō conuenit gen⁹,nec etiā ſpecies.Similiter ex parte prædicati licebit argumentari,ad hunc modū Hoc anial habet omnē ſenſum,igitur habet olfactū Hic homo omnē habet virtutē,igitur & pietatem, Negatiue,hoc corp⁹ nō habet ſenſum, igitur nō habet olfactū. ¶Fit quoq; totidē modis argumētatio ex ſpecie ad gen⁹,ſiue a parte ſubiectiua ad totū vniuerſale.Affirmatiue quidē ſubijciēdo. Cōcha habet

Modi argumentandi

vel vni

vel vnicũ vel duos tantũ ſenſus, igiẽ aliquod anial vnicũ ſenſum vel duos tãtũ habet. Veritas apd̃ improbos odiũ parit, igitur quædã virtus apud improbos odiũ parit. Negatiue ſubijciendo, ita argumentamur. Cõcha nõ habet õnes ſenſus, igiẽ aliquod anĩal nõ habet õnes ſenſus. Affirmatiue prædicando. Habet tactũ, igitur habet ſenſum. Negatiue prædicãdo Nõ habet viſum, igitur nõ omnẽ ſenſum habet, vel aliquẽ ſenſum nõ habet. Nõ habet charitatẽ, nõ igiẽ omnẽ habet virtutẽ. Maximæ. Cũ quo cõuenit pars ſubiectiua, cũ eodẽ & totũ. Cũ quo nõ cõuenit pars nec totũ. ¶Hoc autẽ eſt in huiuſmodi argumentationibus obſeruandũ, vt cum a toto vniuerſali procedítur, ſemper ipſum accipiaẽ vniuerſaliter. Nã ab ipſo tantũ particulariter ſumpto, nõ valet ad partẽ argumẽtatio. Vt nõ ſequiẽ. Aliquod anĩal habet omnem ſenſum, igitur cõcha habet omnẽ ſenſum. Niſi forte in cõſequẽte omnes partes accipias diſiunctiue hoc modo. Aliquod animal habet omnẽ ſenſum igitur homo vel brutũ habet omnẽ ſenſum. Cõtra vero, cũ a parte ad totũ proceditẽ, ad totũ particulariter ſumptũ procedi debet. Non enĩ ſequiẽ. Cõcha tantũ vnũ ſenſum habet, vel duos, igitur õne anĩal tantũ vnũ vel duos ſenſus habet. Neq; ſi auis alas habet, cõſequẽs eſt, õne animal habere alas. Ab omnibus tamẽ partibus copulatiue ſumptis, per modũ inductionis valebit argumentatio. ¶Et quoniã circa ſingulos pene locos ſolẽt plures adduci malæ argumentationes, potiſſimũ enthymematicæ, aliquo defectu laborãtes, aduerſus omnes huiuſmodi generalis poteſt vna reſponſio adhiberi, dicẽdo, eatenus valere argumẽtationẽ enthymematicã ex his locis deſumptam, quatenus ex propoſitione explicata cũ ea quæ tenetur in mente, bonus poteſt confici ſyllogiſmus, vel categoricus, vel vt minimũ hypotheticus, ſecundũ modum aliquẽ rite diſpoſitus. Vbi vero id fieri non poterit, non valebit enthymema. Exempli gratia, hæc argumentatio ſumpta a ſpecie nõ valet. Auis volat, igitur omne animal volat, quoniam ſupplcta propoſitione quæ ſubintelligiẽ hic habetur ſyl

betur ſyllogiſmus. Auis volat, & auis vel õnis auis eſt anial, igitur õne animal volat. Qui ſyllogiſmus quoniã non valet (In tertia eñ figura vniuerſaliter concludit, & procedit a termino in antecedẽte non poſito vniuerſaliter, ad eundẽ in cõcluſione vniuerſaliter poſitũ) iccirco nec enthymema pri⁹ factũ valebat. Similiter iſtud enthymema. Anial currit, igitur homo currit, nõ valet: quia ſyllogiſmus ad quẽ reducitur nõ valet, iſte videlicet. Animal currit, & homo vel õnis homo eſt anial, igitur homo currit. Maiore eñ particulari in prima figura, nihil ſequit. Item nõ ſequitur. Tantũ animal eſt homo, igitur tãtum animal eſt ſubſtãtia: eo quod iſte ſyllogiſm⁹ eſt malus. Omnis homo eſt ſubſtãtia, tantũ animal eſt homo, igitur tantũ animal eſt ſubſtantia. Eſt eñ in prima figura minor ṽtualiter negatiua & proceditur a termino ſubſtantia in antecedente non poſito vniuerſaliter ad eundẽ terminũ in concluſione vniuerſaliter poſitũ. Nam ſignũ tantũ, hanc habet virtutem, vt terminũ mediate ſequẽtem vniuerſaliter accipi cogat termino immediate ſequẽti, nõ ita poſito, ad hanc formam examinabitur quælibet argumentatio ſophyſtica, quæ in debita forma peccabit.

¶CAPVT SEPTIMVM.

¶De loco a toto integrali.

Secundus locus a toto eſt, locus a toto integrali. Totum integrale eſt quod reſultat ex partibus quantitatem habẽtibus. Pars integralis eſt, quæ cum alijs partibus reddit quantitatem totius. Partes integrales illę ſunt, quę certo ordine adinuicem coniunctæ cõſtituunt magnitudinẽ ſeu quãtitatem totius. Vt ex capite cõiuncto collo, & illo cum humeris, & ijs rurſum cum brachijs & ventre, atq; ita deinceps, integratur hominis quãtitas. Quẽadmodum ex cõiunctione fundamẽti cum parietibus, & parietum cum tecto, integratur aut magna aut parua, aut ampla, aut ſtricta domus: & item in alijs.

¶Inter has autẽ partes integrales quædam pricipales & præcipuæ nominant. ſine quibus totũ nequaquam poteſt ſubſiſtere. Vt hominis præcipuæ partes ſunt,

tes ſunt,caput,cor,inteſtina,& aliȩ eiuſmodi partes
Cæterũ manus & pedes ſunt partes minꝰ principa-
les,quia ſine ipſis nihil prohibet rẽ ſubſiſtere. Inte-
grales tamẽ partes ſunt,quia ex ipſis eſt toti ſua inte
gritas.Nõ eñ dicitur homo integer perfectꝰ,& om
nibus ſuis partibꝰ abſolutꝰ,ſi aliquo decentiũ mem-
brorũ ſit mutilatꝰ,quẽadmodum domꝰ imperfecta
dicetur,ſi nullã feneſtrã habeat,aut focũ nõ habeat;
aut aliquid eorũ quæ ſolent domꝰ habere. Si vero
tectũ nõ habeat,ne domꝰ quidẽ nomine appellabi-
tur;adeo eſt tectũ præcipua pars domꝰ. Cũ ergo di-
cimus in propoſito,argumentationẽ fieri a toto in-
tegrali ad partẽ, vel a parte ad totũ,nõ loquimr ni-
ſi de parte principali. ¶Fiunt autẽ argumẽtationes
a toto ad ſingulas partes, tantum affirmatiue. Vt ſi
hoc eſt domꝰ,igitur & tectũ habet & parietes & fũ
damentũ.Si eſt homo, igit̃ caput habet & collũ &
vẽtrẽ,cor & inteſtina,cæteraq; mẽbra vitæ neceſſa-
ria.Maxima.Poſito toto integrali,poni neceſſe eſt,
& quãlibet partẽ eius.¶Ad partes autẽ minuſprin-
cipales,nõ valet argumẽtatio.Domus eſt,igitur fo-
cum habet,aut feneſtras:aut alia huiuſmodi nõ ſim
pliciter neceſſaria ad ſimplicẽ exiſtentiã domꝰ.Nec
ſequitur.Homo eſt,igit̃ duas aures habet,aut quin-
q; digitos,aut duas manꝰ.Veruntamen a perfectio-
ne totius,poſſet procedi etiam ad minꝰ principales
partes,hoc modo.Si hæc õnino perfecta eſt domus
igitur & feneſtras & focũ habet & penu atq; cubi-
culum.Si homo õnino integer & perfectus eſt:igit̃
duas aures habet,& quinq; digitos in ſingulis ma-
nibus.Nã ſi aliquo horũ careat,mutilatꝰ aut trunca
tus homo dicetur,& domꝰ aliquo eorꝫ quæ in per-
fectis domibꝰ inueniri ſolent carens,recte imperfe-
cta dicetur.¶Negatiue autẽ non valet argumenta-
tio,a toto ad ſingulas partes.Domꝰ non eſt,igit̃ nõ
habet fundamentũ.Sæpe eñ domo diruta manent
fundamẽta & parietes aliqui.Et tugurium parietes
quidã habet & tectũ,cũ non ſit domꝰ,ob fundamẽ-
ti defectũ.Si tamẽ ad omnes partes ſimul ſumptas
ſub diſiũctione procedatur,ita valebit.Si eñ domꝰ
non eſt,

nō eſt.igitur vel fundamentum vel tectū vel parie
tes nō habet.Si homo non eſt,igitur vel caput vel
collū vel cor nō habet.Maxima. Si totū non eſt,ali
quā eius partē non eſſe neceſſe eſt. ¶De loco vero
qui eſt a parte integrāte ad totū integrū, contrario
modo eſt determinandū. Valet em̄ argumentatio a
negatione ſingularū partiū,ad negationē totius. Vt
ſi ydolū cor nō habeat nō erit homo,ſi tugurīū fun
damentū non habet,dom⁹ non eſt:ſi dirutū ædifici
um tectū non habet,nō eſt dom⁹. Maxima. Ablata
parte aliqua principali,totū eſſe nō poteſt.In parti-
bus autē minuſprincipalib⁹ nō valet argumētatio,
niſi arguatur ad perfectionē totius.Si em̄ hoc ædifi
cium focū non habet,aut feneſtrā:aut cubiculū,do-
mus perfecta nō eſt.¶Affirmatiue a ſingulis parti-
bus nequaq̄ valet argumētatio.Non em̄ ſequit.Ha
bet fundamentū,igitur eſt dom⁹,aut tectum habet,
igitur eſt dom⁹.Ab omnib⁹ tamen ſimul & cōiun
ctim ſumpt:s,valebit.Si em̄ fundamentum parietes
& tectū habet,eſt dom⁹.Maxima. Poſitis ōnib⁹ par
tibus,neceſſario ponitur totū.¶Eſt autē huius loci
a toto integro ad partē,ad alterius itē qui a parte ſu
mitur ad totū,magna vtilitas,ijs qui in eo bene ex-
ercitati fuerint; cū videlicet conſyderantes quæ &
quāta ad integritatē vniuſcuiuſq; rei pertineant, ex
eorū conſyderatione de re ipſa quæ ex illis integra-
tur indicam⁹,vel ecōtrario de partib⁹ ex ipſo toto.
Ad hūc modū Boeti⁹ colligit res humanas proui-
dentia regi,ex cōſyderatione toti⁹.Mund⁹, inquit,
prouidētia regitur,& res humanæ ſunt pars mundi
igitur res humane prouidētia regūtur.Rurſum, ex
cōſyderatione omniū partiū oſtendit medicinā eſſe
vtilē.Morbos,inquit,depelli,ſalutē ſeruari, mederi-
q; vulnerib⁹,vtile eſt:igitur medicina eſt vtilis.Ex
his em̄ conſtat & integratur medicina. ¶Sic argui-
mus aliquē eſſe legis impletorē,quoniā Deum dili-
git & proximū.Ex his em̄ duob⁹ integratur imple
tio legis:quoniā(iuxta verbū Domini)in his duo-
bus tota lex pēdet,& Prophetæ. Cōtra vero,a nega
tione vnius partis,oſtēdimus aliquē nō eſſe imple-
torem le

torem legis:quoniã vel Deum nõ diligit,vel proxi-
mum.Sic pietatẽ habere quempiã colligimus, ſi &
Deũ & parentes & pręceptores, maiores item atq;
minores,affectu debito colat.Ex his em̃ integratur
vera pietas. Si autẽ horum omniũ vel vnũ defue-
rit,colligimus non habere illũ pietatem.Ita colligi-
mus iuſtũ quempiã eſſe,qui & Deo reddit quæ ſua
ſunt,& hominibus item vnicuiq; quæ ſua ſunt,Al-
terum autẽ ſi deſit,iuſtitiã quoq; negam⁹ illi adeſſe
Sic liberalẽ probamus,qui & illic dat vbi dandũ ra
tio dictat,& vbi dandũ nõ eſt,a dãdo abſtinet.Alte-
rum ſi deſit,liberalitatem deſtruim⁹.Ita in ſingulis
virtutib⁹,quantũ vnaquæq; ad ſui integritatẽ requi-
rat,diligẽter contemplandũ. ¶Similiter & in ſcien-
tijs argumẽtari poſſum⁹,grãmaticũ eſſe,quoniã re-
cte dicere & recte ſcribere nouit:alterũ ſi deſit,grã-
maticũ eſſe negam⁹.Dialecticũ eſſe,ſi & prope in-
uenire nouit ad quæſtionẽ propoſitã argumenta,in
uentaq; diſponere. Rhetorẽ eſſe,ſi & recte inuenire
nouit,& diſponere, & eloqui, memorari quoq; &
pronũciare,atq; ita in cæteris. Grãmatica em̃ cõſtat
in recte loquẽdo & recte ſcribẽdo. Dialectica in re-
cte inueniẽdo,& diſponẽdo ſiue diiudicãdo inuẽta.
Rhetorica cõſtat quinq; partibus,inuentione,diſpo-
ſitione,eloquutione, memoria, & pronunciatione,
Ita in cæteris ſcientijs cõſyderandum ex quibus ſit
vniuſcuiuſq; integritas.Ex hoc quoq; loco colligi-
mus artem quãlibet eſſe vtilem vel inutilẽ:ſi vide-
licet aliqua ei⁹ pars ſit prohibita vel inutilis Vt(ex
empli gratia)magicam artem oſtendimus malã &
illicitam eſſe,quoniam cõſultatio dæmonũ & quæ
cũ ipſis habetur cõuẽtio mala eſt & illicita. Eſt em̃
hæc pars magicæ artis.Item gnatonicã ſiue aſſenta-
toriam artẽ dãnamus quoniã etiam falſum dicenti-
bus aſſentiri(quod eſt bona pars eius)malũ eſt, Sic
lenonum & meretricũ artem damnam⁹, quoniã in-
eſcare adoleſcentes(quod eſt pars artis illorũ)peſſi-
mum eſt.Ita in cæteris. ¶Vehementer autem pote-
rit ex hoc loco affectus commoueri,ſi ex eo accipi-
amus Rhetoricã eloquutionẽ,per explicationẽ ſin-

singularum

gularꝫ partium eius rei de qua loquimur. Veluti ſi Chriſti Dñi noſtri miſeriã quã in paſſione ſenſit,ita proponã.Ecce Deus & homo Chriſtus,qui ſingula corporis ſui mẽbra hominũ obſequijs dedicauerat, cui⁹ caput,os,guttur,lingua,edocẽdis ignorantibus plurimũ laborauerũt,cui⁹ aures neminẽ reſpuerũt cuius oculi multa ſemper miſeratione pauperes reſpexerunt,cui⁹ man⁹ plurimos ſanauerũt,cuius pedes terrã docẽdi gratia multo labore itineris perambulauerunt,cui⁹ genua in oratione pro nobis ſæpe. multũ & diu terræ affixa hæſerunt, cui⁹ cor multa pro nobis ſollicitudine frequẽter anguſtiatũ fuit,cuius inteſtina õnia pro nobis ſubinde exhauſta fuere laborib⁹,deniqꝫ,qui totũ ſeſe quant⁹ quant⁹ erat hominum obſequijs dedicauerat,ecce hic modo hic in gratiſſimis hominib⁹,a capite ad pedes vſqꝫ affligitẽ & leproſo aſſimilaẽ.caput corona ſpinea pungitur, & arũdine ceditẽ:cerebrũ & oculi vigilijs deficiũt: aures cũ barba vellicãtur crudeliter, humeri ligno graui onerãtur,man⁹ diris ſtringũtur vinculis, palmæ & volæ horridis perfodiũtur clauis,lingua felle vexatur & aceto:deniqꝫ mẽbra vniuerſa flagellis cæduntur:& roſeo perfuſa ſanguine madent. Quis tantam non exhorreſcat miſeriam tantam non execretur ingratitudinem? ¶Sic hominis poſſumus vilitatem oſtendere,ex ſingularum conſyderatione partiũ.Quæſo te quid homine ſecundũ corp⁹ vilius?quid capitis vertex,niſi teſta quędã fictilis? quid cerebrũ intus reconditũ,niſi lactea quædam coagulatura?quid oculi,niſi congelatus humor?quid nares,niſi meatus immũdæ putredinis? quid aures & ipſe ſuas profundentes ſordes?quid deniqꝫ vẽter & inteſtina õnia,deniqꝫ tot⁹ ipſe homo,niſi vas quod dam fictile,& ſaccus ſtercoraceus,ſordib⁹ & fœtore pleniſſimus?Quid igitur ſuperbis, terra & cinis impurũ ſterquiliniũ,imo ſtercus ipſum & filius ſtercoris?Ad hũc modũ licebit & ſingularũ virtutũ præcellentiã, ex partiũ ipſas integrantiũ commendatione,item & ſcientiarũ atqꝫ artiũ vtilitatẽ oſtentare.

¶ CAPVT OCTAVVM.

¶De lo-

¶De loco a toto in quantitate.

PRæter hos duos,ſũt alij quatuor modi totius. Inuenitur eñi in quãtitate quoddã totũ,& quę dam pars.Itẽ in modo in loco,& in tẽpore.To tum in quãtitate eſt,quodlibet vniuerſale vniuerſa liter ſumptũ.i.quilibet terminus cõmunis cũ ſigno vniuerſali acceptus. Nã(vt Boetius ait)cum omnia dicimus,in quãtitate totũ dicimus. Si vero aliquid quãtitatis excerpimus,quãtitatis ponimus partem. Quia eñi multitudo quãtitas eſt,quando per ſignũ vniuerſale ſignificamus totã multitudinem eorꝫ de quibus loquimur eſſe aut talẽ,aut talẽ,non immeri to in quãtitate totũ nominabimus vel vniuerſum. Vt qui dicit,omnẽ hoĩem habere ſenſum,dicit vni uerſam hominũ quãtitatẽ ſiue multitudinẽ habere ſenſum.Cũ vero partẽ aliquã excerpimus, ſolũ vnã aut alterã poſtẽtes,recte in quãtitate vel multitudi ne partẽ dicimus.Vt cũ dicitur Petrũ aut Ioannem habere ſenſum,iã ſolũ pars illius multitudinis prio ris dicit habere ſenſũ.¶Eſt aũt differẽtia inter totũ vniuerſale & totũ in quãtitate.Hæc ſola, quia non dicitur totũ in quãtitate,niſi ſumitur cũ ſigno vni uerſali:totũ vniuerſale autẽ dicitur, etiã ſine ſigno vniuerſali.Propter quod, a toto vniuerſali & a to to in quãtitate õnino eædẽ fiũt argumẽtatiões. Nõ eñi valet(vt ſupra diximꝰ)a toto vniuerſali ad par tem argumẽtatio,niſi ipſum ponatur vniuerſaliter: qđ cũ fit,totũ in quatitate habetur E cõuerſo aũt nõ ſimiliter ꝓceditur.Nã ab vna parte ſubiectiua ad to tũ vniuerſale nõ vniuerſal'r poſitũ, valet argumen tatio.Ad totũ in quantitate debet ꝓcedi ab õnibus partibꝰ ſimul ſumptis,ad eũ modũ quo ſupra oſtẽdi mus fieri inductiones. Vnde oĩs inductio quomo docunqꝫ fiat,ſiue ex parte ſubiecti,ſiue ex parte p̃di cati,ad hũc locũ ꝑtinet,q dicitur a partibꝰ in quan titate ad totũ.Quare breuitate ſtudẽtes,ijs quę ſuffi cienter ante dicta ſunt repetẽdis ſuperſedemus.

Totũ in quã titate.

¶CAPVT NONVM.

¶De loco a toto in modo.

IN modo etiã inuenitur totũ & pars.Cũ eñi vo cabulum

tabulum nulla determinatiõe reſtrictũ ſimpliciter & per ſe profert, in modo totũ dicitur, quaſi non diſtractũ aut diuiſum aut reſtrictũ aliquo modo, ſed abſq; modo integrũ manens. Cũ vero terminus per ſe prius ſumpt⁹, adiecta determinatione, per modũ aliquẽ ſpecialẽ determinat, merito pars in modo vocatur: quia per additũ modũ, quaſi per particulam quandã, diſcerptũ atq; contractũ eſt. Vt cũ, homo, dico, quaſi õni modo liberũ, totũ nominatur in modo: cũ vero, homo alb⁹, vel rudis, determinatio vel mod⁹ qui adijcit partẽ efficit. ❡Fiunt autẽ hic argumẽtationes ſic per omnẽ modũ, vt ſupra oſtendimus in loco a toto vniuerſali: videlicet affirmatiue & negatiue ex parte ſubiecti, & ex parte prædicati: & omnino ſimiliter fiunt maximæ. Sit exẽpli gratia quæſtio. Nũ rudes homines ſint capaces diſciplinæ? ſic a toto argumẽtamur. Omnes homines ſunt capaces diſciplinæ, rudes autẽ homines etiã homines ſunt, igitur & ipſi capaces ſunt diſciplinę. Sit itẽ quæſtio. Nũ malos & ingratos homines diligat Deus? dicim⁹, ita eſſe: quoniã omnes ſimpliciter homines, vt ſuas facturas, diligit. Negatiue argumẽtamur Deũ malos homines nõ odire, quoniã nullos homines De⁹ odit. Itẽ colligim⁹ Deũ non iraſcendo mutari, quoniã omnino nõ mouet aut mutatur. Maximæ ſunt. Cum quocunq; cõuenit totũ in modo, & pars. Cũ quocunq; autẽ non cõuenit totũ, nec pars. A parte vero ad totũ ex oppoſito fiunt argumenta ſicut a parte ſubiectiua ad totũ vniuerſale, affirmatiue. ſ. & negatiue ex parte ſubiecti & ex parte prædicati. Sit quæſtio. Nũ anima moueatur? ita terminabitur. Aĩa mouetur iraſcẽdo, igitur mouet. Angelus mutatur intelligẽdo atq; volẽdo, igitur mutatur. Homines impij dãnabunt, igit aliqui homines dãnabuntur Homines impij nõ ſaluabuntur, aliqui igitur homines nõ ſaluabũtur. Maximę patẽt. ❡Eſt autẽ caute hic aduertendũ, ne pro parte in modo ſumatur dictũ ſecundũ quid, vt phyloſoph⁹ appellat, hoc eſt, ne pro determinatione reſtringẽte, ſumatur aliqua nõ reſtringẽs, vtpote diminuẽs, ampliãs, aut

aliа diſtrahẽs. Sola em̃ determinatio reſtringens, facit partẽ in modo. Cæterũ determinationes aliæ omnes faciunt dictũ ſecdm quid & argumẽta ſophyſtica. Eſt autẽ determinatio reſtringẽs, quando terminus ſine determinatione prædicat vniuerſaliter de aggregato ex determinabili & determinatione. Vt ōnis homo alb⁹ eſt homo: omne quod mouet iraſcendo mouet. Omne currẽs velociter, currit. Quādo vero termin⁹ ſimpliciter ſumpt⁹ nō vere prædicatur de toto aggregato ex determinatiōe & determinabili, nō eſt pars in modo, ſed dictũ ſcdm quid, & determinatio adiecta nō eſt reſtringẽs, ſed vel diſtrahens, vel diminuens, vel ampliās. Exẽpli gratia. Homo præterit⁹, non vere eſt homo. Nquiter humilis, nō eſt humilis: ficte ſanct⁹, non eſt ſanctus. Itẽ nō omne album dentibus, ſimpliciter album dicendum eſt, vt æthiops: nec ōne quod mortuũ animal eſt ſimpliciter anĩal: nec omne quod depict⁹ homo eſt, ſimpliciter homo dicetur. Ideo hæc nō ſunt partes in modo, ſed dicta ſecundũ quid: quæ faciunt locum ſophyſticũ, quẽadmodũ in elenchis ſophyſticis latius agetur.

Quid reſtringẽs determinatio.

¶CAPVT X.

¶De loco a toto in loco & tempore.

IN loco totum nominatur, aduerbium vniuerſaliter oẽm locũ ſignificās, vt vbiq;, nuſquā, nullibi. Pars vero in loco dicitur, quæ particulariter aliquẽ tantũ locũ ſignificat. Vt hic, illic, iſtic, in domo, in tẽplo, in hoc aut illo loco. Similiter in tẽpore totũ vocatur, aduerbiũ omne tẽpus ſignificās vniuerſaliter: vt nunquā, ſemper. Pars vero in tẽpore eſt, dictio ſignificās aliquod tẽpus particulariter: vt nunc, hodię, heri. ¶Sumunt autẽ argumẽta per hos locos affirmatiue & negatiue. Affirmatiue a toto in loco. Deus vbiq; adeſt, igit & in cubiculo quālibet ſecreto adeſt. Vbiq; dominat De⁹, igitur & in abyſſis maris & in infimo baratri. A toto in tẽpore Sẽper fuit beata Diuinitas, igitur & tunc beata fuit cum nondũ vlla eſſet facta creatura. Sẽper vera dixit Chriſtus, igitur & tunc verum dixit, quando ait de omni verbo ocioſo eſſe reddendā rationẽ. Negatiue a to

Totũ in loco & tẽpore.

tiue a toto in loco. Nuſquã deſunt mali, igitur neq; in deſertis neq; in monachorũ conuenticulis mali deſunt. Nuſquã abſcondi poteſt homo a conſpectu Dei, igitur neq; in abditiſſimis terræ latibulis. A toto in tẽpore. Nunquã mentita eſt veritas, neq; tunc igitur mentita eſt, cũ dixit, difficile eſſe, diuitẽ intrare in regnũ cœlorũ. ¶A parte quoq; in loco ad totum valet negatiue tantum, hoc modo. In cœlo nõ ſunt mala, igitur non vbiq; ſunt mala. Romæ nõ eſt vſus potus frumentarij (quẽ cereuiſiã vocamus) igitur nõ vbiq; eius eſt vſus. Nõ fuerunt homines tũc cum mund⁹ nondũ ſubſiſteret, igitur nõ ſemper fuerunt homines. Dũ prandeť, voce orandũ nõ eſt, nõ ſemper igitur voce orandũ eſt. Harũ autẽ argumentationum cõfirmatiuæ maximæ hæ ſunt. ¶Cũ quo „ conuenit totum in loco aut tẽpore, cum eo & pars, „ Cum quo conuenit pars, cum eo & totũ. Cum quo „ autẽ totum non cõuenit, nec pars. Cũ quo pars non „ cõuenit, nec totũ. ¶Affirmatiue autẽ, ab vna parte non valet. Nõ enĩ ſequitur. Hic eſt, igitur vbiq; eſt. Modo vera loquitur, igitur ſemper vera loquitur. Ab omnibus autẽ partibus ſimul ſumptis, valebit. Vt, ſi Deus eſt in cœlo, & in inferno, & in mari, & in terra, & in aere, Deus vbiq; eſt.

¶CAPVT XI.

¶De loco a cauſis.

POſt abſolutos locos totius, reſtant iĩ loci qui a cauſis & ab earum effectis ſumuntur. Ponunt autem Phyſici quatuor genera cauſarum. De quibus plene a nobis tractatũ eſt in libris quos de conſyderatione rerum naturaliũ ædidimus. Per totum librum ſecũdum, qui & a cauſis tituli habet inſcriptionẽ. Pauca tamen & hic dicenda ſunt, quãtum neceſſitas poſtulat & propoſitũ depoſcit. Cauſarum itaq; alia eſt materialis alia formalis, alia efficiens, alia finalis. Definitur autem ſic cauſa.
„ Cauſa, eſt ad cuius eſſe ſequitur aliud.
Hoc eſt, illud eſt cauſa, cuius virtute quoquo pacto aliquid efficiť. Id enĩ omne quod aliquo modo eſt ratio cur alterum exiſtat, cauſa nominatur. Vt, do-

mus cauſæ ſunt,faber qui conſtruit eã lapides & ligna ex quib⁹ cõponitur,forma quoq; & figura ei⁹,ac poſtremo quieta inhabitatio. Sequit̃ aũt effect⁹ cauſam,nõ quidẽ tẽpore.Nã ſimul & ſol exorit̃ & dies fit Neq; logica cõſequentia. Sunt em̃ nõnullæ cauſæ voluntariæ , quæ pro ſuo arbitrio libere poſſunt vel agere vel nõ agere,vt homines,ſequitur aũt natura ſeu ordine naturali. Ordie em̃ naturæ id quod efficit vel aliquo modo facit adeſſe alteri⁹ , pri⁹ ſeu digni⁹ eſt eo quod ab ipſo eſſe accipit. Sic pater naturæ ordine ſemper filio prior manet.ad quantũuis etiã magnas dignitates euecto ; queẽadmodũ narrat Gelli⁹ in noctib⁹ atticis. Honeſtiſſimã concertationem inter patrẽ & filium,vter viri cederet loco , qđ hic dignitate præiret.patrẽ, pater vero naturæ ordine filio eſſet pręfect⁹.❡Prima autẽ cauſę ſpecies eſt, cauſa efficiẽs,quæ ſic definitur.Cauſa efficiens eſt, a qua primo fit mot⁹,vt aliquid fiat.Nã quod præſtat in agẽdo principiũ motus,quodq; primũ operi velut manũ admolitur,hoc nimirũ efficiẽs eſt. Vt qui domũ ſtruit,& fundamenta iacit,ac parietes ſuperſtruit,deinde tecto ædificiũ complet,aut qui ad huiuſmodi miniſtrat,effeciſſe domũ dicitur . Sic ignis facere ignẽ dicitur & in ſumma,quilibet artifex ſui operis efficiens eſt,& quodlibet naturale agens ſuũ opus vel operationẽ efficit. Verũ non in õnib⁹,nec ſemper eodẽ modo,ſumitur argumentũ.❡Sunt em̃ cauſarũ quædã neceſſariæ.i. ſine quib⁹ effect⁹ certus fieri nequit,vt dies nõ niſi ex ortu ſolis cauſat̃.Nox ſolũ ex aduẽtu tenebrarum per ſolis ablationẽ a noſtro hemiſphærio.Eclipſis ſolis,nõ niſi ex interpoſitióne lunæ inter ſolẽ & aſpectũ noſtrũ.Eclypſis lunæ,nõ niſi ex interpoſitione terrę inter ſolẽ & lunã In his cauſis,ſunt argumenta tã affirmatiua quã negatiua,tam a cauſis quã ab effectib⁹. Vt ſequit̃. Sol exoritur,igit̃ dies eſt, vel dies fit. Sol abſcedit a nobis,adueſperaſcit igitur.Iã ſol totus occidit, tenebrę aduenerunt, nox igitur eſt. Sol nondũ exortus erat cũ Troia deuaſtaretur,nõ eſt igitur interdiu, Troiã deuaſtata. Nõ erit hoc anno interpoſitio lunę inter

ſolem & aſpectū noſtrū,igitur nō erit ſolis eclypſis Erit hodie interpoſitio terræ inter ſolē & lunā,igitur hodie lunæ eclypſis erit.Ab effectu,vt Dies ſit, igitur ſol oritur.Iā plenus dies eſt,igitur ſol tot⁹ nobis ortus eſt.Luna eclypſatur neceſſe eſt igitur terrā interpoſitā eſſe inter ſolē & lunā. Non eclypſabitur hoc anno luna,neq; igitur erit interpoſitio terræ.
» Maximæ hę ſunt. Poſita cauſa efficiēte,ponitur effe
» ctus ei⁹.Ablata cauſa efficiente, neceſſario aufertur
» & effect⁹.Poſito effectu,ponitur & cauſa ad talē ef-
» fectum neceſſaria.Ablato effectu,aufertur & cauſa.

¶Quædā vero cauſæ ſufficiētes tantū ſunt,non etiā neceſſarię vt iugulatio cauſa ſufficiēs eſt mortis nō neceſſaria tamen.Poteſt em̄ mors plurib⁹ alijs modis accidere,quēadmodū Boeti⁹ in ſuo libro de Cōſolatu philoſophico deflet,Quos ſępe, inquit de hominibus,muſculaꝝ morſus,aut vermiculoꝝ in ſecreta quæq; naturę reptanriū nęcat introit⁹. Ab his cauſis valet ſolū argumentū affirmatiue ſumptum & ab effectu negatiue. Vt ſequitur:ſi hic iugulatus eſt,neceſſario ipſum interijſſe:& ſi nō interijt, neq; iugulatū eſſe.At nō conſequitur:ſi interijt, iugulatum eſſe.Neq; oportet,ſi non ſit iugulatus,nō interijſſe.Sunt em̄ hæc duo argumenta ſophiſtica.

¶CAPVT XII.

¶De vulgatiori vſu horum locorum a cauſis.

SOlent autē vulgo recentiores in ōnibus his locis a cauſis,atq; ita ab effectib⁹,non aliter argumentari,q̄ vel in propoſitionibus quas vocant de eſt ſecundo adiacente.i.a poſitione vnius ad poſitionē alteri⁹,vel a deſtructione ad deſtructionē aut cū prædicatis bonum & malū,a bonitate cauſæ ad effectū,vel ecōtrario.Neq; modos illos argumētandi nos dānamus,cū recte valeant.Verū poſterius oſtendem⁹ & aliū longe meliorē & generaliorē horū locorū vſum ōnibus diſciplinis artibuſq; non mediocriter cōmodum.Prius tamē per ſingula cauſarum genera diſcurrētes,paucis indicabim⁹ modos illos argumentandi vulgatiores,ne vel faſtidiri vetera, vel vtiliū quicq̄ negligere merito arguamur.

A cauſa efficiẽte.

¶Itaq; ab efficiente cauſa, ita vt ſupra oſtenſum eſt argumẽtamur a poſitione cauſæ ad effectũ, & econtrario item & ab abnegatione. Vbi & hoc eſt adijciendum quando in terminis ſignificantibus potentiam vel habitũ aſſignatur cauſa, tunc in conſequẽte inferri debere non actualẽ effectus exiſtentiã, ſed poſſibilẽ. Exempli gratia: ſi domificator eſt, domus eſſe poteſt: ſi adeſt piſtor, panis haberi poteſt: ſi ſcriptor, ſcriptura haberi poteſt. Ad actualẽ autẽ exiſtentiam non valebit argumẽtatio. Piſtor eſt, igitꝰ panis eſt. Domificator eſt, igitur domꝰ eſt. Nam etiã ſi nullus actu ſit panis, piſtor tamẽ vere dicitur is qui artem vſumq; habet coquendi panẽ: & ſcriptor dicitꝰ. nulla actuali exiſtente ſcriptura. Deniq; & ſi actuali vocabulo exprimatꝰ cauſa, non tamen eſſe, ſed fore aut fi ri, aut incipere effectũ colligemꝰ. Non eñ ſequitur, Domificãs eſt, igitur domꝰ eſt. Quamdiu eñ in faciendo domũ artifex occupatꝰ, nondum illa ſubſiſtit in eſſe ſed tantum eſt in fieri. Sic igitur licebit argumẽtari. Eſt qui domificat, igitꝰ domꝰ incipit eſſe, aut fit, aut in fieri eſt, aut erit: ſubaudi ſi pergat artifex. ¶Ab eſſe autẽ effectꝰ ad eſſe cauſę, ſiue actualis ſiue potẽtialis, non valet argumẽtatio. Non eñ ſequitur. Domꝰ eſt, igitur domificans aut domificator eſt. Domꝰ eñ ſubſiſtit, etiã tunc quãdo multos annos is qui eam ſtruxit quieuit in cinere. Sed vel eſſe vel fuiſſe aliquãdo cauſã ni, infertur ab exiſtẽtia effectꝰ. Item a fieri effectꝰ ad exiſtentiã cauſę proceditur. Si eñ domꝰ fit neceſſe eſt quiſpiã ſit qui ædificet eam.

A cauſa materiali.

¶Circa locum autẽ a cauſa materiali, diſtinguitur duplex materia: quædã permanẽs quædam tranſiens. Materia permanẽs dicitur, quæ in re poſtquã effecta eſt permanet in ſua natura. Vt lapides & ligna & calx, ſunt materia permanens domꝰ Poſtquã eñ domus extructa fuerit, lignũ manet lignum, & lapides permanẽt lapides. Tranſiens autẽ materia eſt, quæ ſcdm ſuam ſubſtantiã nõ manet in re effecta, ſed mutatur & formam accipit aliam. Vt farina & aqua ſunt materia panis ſed tranſiens: quoniam poſtquã panis coctus eſt, nec farinam vltra videmus

demus nec aquā.Similiter ſilix eſt materia vitri trā
ſiens:quoniā cum vitrū factū eſt,nuſquam ſilix ap-
paret,ſed tranſijt. ¶Secundū diuerſitatem autē
huiuſmodi duplicis materiæ,aliter & aliter fiunt ar
gumentationes a materia. Veruntamē affirmatiue
argumentādo nihil refert. Similiter em̄ proceditur
a poſitione materię ad poſſibilitatē effect⁹ hoc mo-
do.Ferrum eſt,igitur culter ferreus aut arma ferrea
poſſunt eſſe.Aqua & farina ſunt, igiť panis haberi
poteſt.Ligna & lapides & calx adſunt,poteſt igitur
„ haberi dom⁹.Maxima.Poſita cauſa materiali.poſſi-
„ bile eſt effectū poni.¶In argumentando autē nega-
tiue,aliter procediť A materia em̄ permanente au-
ferimus effectū,ſi non actu ſubſiſtat cauſa materia-
lis,hoc modo. Nō eſt ferrū,nō igitur ſunt arma fer
rea.Non ſunt lapides neq; ligna,non igitur domus
Maxima. Remota cauſa materiali permanēte,re-
„ mouetur effectus.In materia autem tranſeunte, ex
„ actuali negatione materiæ nō valet negatio effect⁹
Non em̄ ſequitur.Non eſt farina,igitur non eſt pa-
nis.Non eſt ſilix,non igitur vitrum. Sed vt valeat,
oportet ita procedere.Nō fuit ſilix,igitur nō eſt vi-
trum.Non fuit farina,igitur non eſt panis. Valebit
tamē ad fieri effect⁹,hoc modo.Nō eſt ferrū, nō poſ
ſunt igiť fieri ferrea arma.Non eſt farina,non fit igi
tur panis,neq; fieri poteſt:ſubaudi,quamdiu non eſt
materia.¶Ab effectu cauſæ materialis permanen-
tis ſic proceditur. Arma ferrea ſunt,igitur ferrū eſt.
Domus lapidea eſt, igitur lapides & ligna ſunt.In
materia autem trāſeunte ſic.Vitrum eſt,igitur ſilix
fuit,Panis eſt,igitur farina fuit. Maximæ.
„ Poſito effectu cauſæ materialis permanentis,poni-
„ tur ſimul & cauſa. Poſito effectu cauſæ materia
„ lis tranſeuntis,neceſſe eſt materiam ipſam preſuiſſe
Negatiue autem nō valet a negatione actualis exi-
ſtentię in neutra materia. Non em̄ ſequitur. Dom⁹
nō eſt igitur ligna & lapides non ſunt. Vitrum nō
eſt,igitur ſilix non eſt, Valet tamen , ſi negetur poſ
ſibilitas effectus , hoc modo. Panis non poteſt eſſe,
igitur farina & aqua non ſunt. ¶Poſſumus quo

ꝙ argumẽtari in prædicatis,bonũ & malũ,hoc modo.Farina fuit bona ex qua panis iſte piſt⁹ eſt,igitur panis bon⁹ eſt. Farina mala fuit, igitur panis nõ eſt bon⁹.Ferrũ bonũ eſt vnde hæc arma facta ſunt,igitur ipſa arma bona ſunt. Si autẽ ferrũ non eſt bonũ, nec quæ ex illo facta ſunt.Maximæ.Si cauſa materialis bona eſt,ipſe quoq; effectus bonus eſt. Si cauſa materialis mala eſt,effect⁹ malus erit. ¶Vbi tamen aduerte, cũ affirmatiue bonitas effect⁹ ex bonitate cauſæ colligitur,intelligendũ eſſe conſequẽs,nõ ſecundum omnimodã effectus bonitatẽ, ſed quãtum ex ratione materiæ.Poteſt eñ eſſe panis malus,etiã ex optima farina coct⁹: nimirũ ſi piſtor male coxerit,aut nimiũ fermenti iniecerit,aut aquæ nimium, aut ſi alius aliquis defect⁹ aliunde cõtigerit.Sic poteſt dom⁹ eſſe mala & ruinoſa,etiã quæ ex optimis lapidib⁹,& calce præſtãtiſſima fuerit ædificata a malo artifice.Ab effectu quoq; valet econuerſo.Si eñ effectus bon⁹ eſt,& cauſa materialis bona ſit neceſſe eſt:ſi autẽ ille malus(intellige ex vitio qđ ad materiam attineat)& ipſa cauſa materialis mala erit.

A cauſa formali; ¶A cauſa autẽ formali ſic argumẽtamur affirmatiue.Albedo eſt,igitur albũ eſt. Sciẽtia eſt,igitur ſciẽs eſt.Anima bruti eſt,igitur brutum.Negatiue.Si nõ eſt albedo,non eſt album.Maximæ.Poſita cauſa formali:ponitur effect⁹.Remota cauſa formali , remouetur & effect⁹.E cõtrario itẽ ab effectu valet affirmatiue.Si albũ eſt,albedo eſt:ſi homo eſt , rationale eſt:ſi lapis eſt,forma lapidis eſt.Negatiue. Si non eſt albũ non eſt albedo,ſi nõ eſt brutũ, non eſt ania bruti.¶Vbi nota,duplices eſſe formas,ſubſtantiales,& accidentales:ac rurſum,quaſdã dici naturales,quaſdam artificiales. Qua diſtinctionẽ plenius in Phyſicis declarauimus,libro ſecundo.In õnibus autẽ formis,ſiue accidẽtalibus,ſiue ſubſtãtialibus, ſiue naturalibus,ſiue artificialib⁹ ſimiliter valet argumentatio.In forma tamen hũana, hoc ſpecialiter eſt obſeruandum,vt nõ ſolũ ab eſſe ei⁹ procedat, ſed ab ineſſe.Non eñ ſequitur.Anima rationalis eſt,igitur homo eſt.Sequitur tamen.Anima rationalis ineſt corpori,igi

pori, igitur homo eſt. Quod autẽ in ſola anima rationali, hoc fit ſpeciale, inde eſt, quia ipſa ſola poteſt eſſe quãdo nõ ineſt materiæ, quod de nulla alia forma habet veritatẽ: cum ipſarũ omniũ eſſe ſit ineſſe, nec poſſint vnq̃ extra materiã ſubſiſtere, vt in Phyſicis pleniſſime declaratũ eſt, libro primo & octauo.

¶Sub hoc aũt loco a cauſa formali, cõcludẽdus videtur locus ille qui apud Ariſtotelẽ ſignatur, ab inexiſtentia formæ ad ſubiecti ab ea denominationẽ: qui communiter breuitatis gratia appellari ſolet, locus ab ineſſe ad denominare. A quo ita argumentamur. Parieti ineſt albedo, igitur ipſe eſt albus. Animæ ineſt ſcientia, igitur aĩa eſt ſciens. Itẽ in formis ſubſtãtialibus. Huic cõpoſito naturali ineſt rationa-
» lis anima, igitur eſt homo, Maxima. Vnumquodq;
» ſubiectũ a forma inexiſtente denominari debet.

¶A cauſa deniq; finali argumẽta fiunt, in prædicatis, bonum & malũ. Vt ſi beatitudo eſt bona, igitur virtus eſt bona. Virtus enĩ ordinatur ad beatitudinem conſequendã, tanquã ad propriũ ſuum finẽ. Sanitas bona eſt, igitur amaræ potionis ſumptio bona eſt, deambulatio quoq; poſt cœnã: & alia huiuſmodi quę ad ſanitatẽ tanquã ad optatũ finem ordinantur. Item ſpeciei conſeruatio bona eſt igitur generationi intendere bonũ eſt. Ordinatur enĩ naturaliter generatio ad ſpeciei conſeruationem, ſicut nutricio ad indiuidui ſuſtentationem. Maximæ, Cuius cauſa
» finalis bona eſt, ipſum quoq; bonum eſt. Cuius finis
» malus eſt, ipſum quoq; malum eſt. ¶Fit etiam ab effectu cauſæ finalis argumentũ ad cauſam. Virtus eſt bona, igitur beatitudo bona erit. Peccatũ eſt malum, igitur damnatio mala erit. Effectum autẽ cauſæ finalis apppellam⁹ id quod ad aliquid ordinatur tanquã ad finem, eſtq; velut mediũ quo per ſe finis attingitur. Vt virtus ad beatitudinem ordinatur, & peccatum ad damnatioem, medicinalis potio ad ſanitatem.

¶CAPVT XIII.

¶De vſu generaliori locorũ a cauſis.

PRæter autem formas & modos vulgatiores iſtos quibus vulgo ſolẽt ab his cauſis duci argumenta

Totum iſtud co.

put diligẽter ex pẽde cũ ijs oĩbus quæ de cauſis dicuntur.

gumentandi,alij ſunt longe præcellentiores, generaliores,& vtiliores,quib⁹ omnis ars,omnis vti poſſit diſciplina,& de re qualibet aptiſſime diſputari. Eſt eñ locorũ iſtorum a cauſis tanta fœcunditas,tã tamq; ſubminiſtrant argumentorũ copiã vt nõ videam certã aliquam argumẽtandi ex eis formã poſſe præſcribi.Id quod & Seuerinum Boetiũ in Commentarijs ſuper Topica Marci Tullij arbitror ſenſiſſe,qui loco a cauſis mximã non aliquẽ prioribus ſimilem aſſignauit,ſpecialẽ videlicet & paucis argumentis cõmodã ſed generaliſſimã & maxime vniuerſalem,dicens,vnaquamq; rem ex cauſis ſpectari debere.i.de vnaquaq; re ex cauſis iudicandũ eſſe ac diſſerendũ.In his ergo locis exercitatiſſimos ſe reddere ſtudeãt,qui artis hui⁹ verũ vſum & fructum quærunt.Nec eñ ali⁹ eſt loc⁹,e quo fructũ ampliorem referat exercitatio. Vt non temere præcepiſſe videat̃ Satyricus,Diſciteq;(inquiẽs) o miſeri & cauſas cognoſcite rerũ.Nec ſine cauſa dixiſſe videt̃ ille Poetarũ princeps Virgili⁹. Felix qui potuit rerum cognoſcere cauſas.Nos vero,vt viã quandã indicemus rudib⁹ & inexercitatis, diuerſarũ rerum diuerſarumq; profeſſionũ varia exẽpla proponem⁹.¶Et primũ quidẽ a cauſis efficientib⁹ ducam⁹ argumenta.Quærat polyticus.Num iuſtitia ciuilis,quæ nocẽtes cogit etiã extrema ferre ſupplicia, naturalis ſit an forte contra naturã per tyrannidẽ potentũ intruſa,ita quæſtio terminabit̃ conſyderata efficiẽte cauſa.Congregatio hominũ eſt naturalis: quoniã natura homo animal ciuile eſt atq; domeſticũ,quod ad cohabitandũ pariter cũ alijs ſui generis naturali inclinatione fertur.Hæc autẽ congregatio & cohabitatio hominũ,a principio iuſtitiã iſtam induxit.Nõ eñ poterat pacificus haberi conuictus,niſi penes aliquem eſſet poteſtas vitæ & mortis,qui noxios puniret innocẽtes defenderet. Igitur iuſtitia illa naturalis eſt. ¶Quærat Phyſic⁹ aut medicus,num ſomnus ſit naturalis:ita argumẽtabimur. Poſt fatigatione ex lõga vigilia & cõtinua operatione in ſenſib⁹ cõtractã,ab operatione ſenſitiua aliquantulũ requieſcere ad

ſcere ad reſtaurandum ſenſib⁹ vigorē, eſt naturale.
Hoc autē ſomniū efficit,igitur ſomn⁹ eſt naturalis & neceſſari⁹.Quærat deinde ethic⁹.Num etiā ſomnolentia ſit naturalis vt ſomn⁹?reſpondebim⁹,non, quoniā pigritia & vitioſa aſſuefactio ampli⁹ quam oportet & quando non oportet dormiendi:ſomnolentiā efficit,nō ipſa natura. Nō eſt igitur ſomnolētia naturalis aut neceſſaria,ſed innaturalis & fugienda Sic phyſic⁹ probabit,homini eſſe naturale cibo nutriri:q̄m calor ille qui humidū radicale cōſumit ipſoq; paſcitur,naturalis eſt,atq; ipſe eſt nutritiōis cauſa efficiens. ¶ Quærat Theologus.Num mors ab initio homini conueniat ſecundum naturam?Dicimus,nō:quoniā peccatū extra naturā eſt, & diaboli itē malicia extra hominis naturā eſt:hæc autē efficiēs cauſa ſunt mortis.Inuidia enī diaboli(vt ait Sapiens)mors intrauit in orbē terrarū, & (juxta Apoſtolum) per peccatum vni⁹ primi hominis in ōnes homines mors pertranſijt.Non igitur ſcd̄m naturā a principio mors homini cōuenit.Quærat rurſum, Num poſt corruptam naturā hominis per peccatū mors ſit naturalis?Dicim⁹,ita habere: quoniam calor naturalis poſt hanc inductā corruptionē naturaliter ſemper aliquid conſumit humidi radicalis,nec fit per nutritionē tā boni humidi reparatio vt ante, ſed deficit ſemper a primaria bonitate, atq; ita poſt lignū vitæ præcluſum,dum nō poteſt fieri oīmoda reparatio , tandē neceſſariū eſt penitus calorē deficere ac hominem mori. ¶ Ad hunc locū pertinet, quod in Euāgelio Chriſt⁹ Domin⁹ peruerſis Phariſæis ait.Progenies viperarū,quomodo poteſtis bona loqui cum ſitis mali?Ex affectu enī peruerſo,vt cauſa.prauū ſermonē vt effectū cauſæ adſimilē colligit.Id quod & cōfirmat,dicens.Ex abundātia cordis os loquitur.Bon⁹ homo de bono theſauro profert bona,malus ſimiliter mala.Hoc eſt,iuxta cauſe efficientis qualitatē,effectus conſequit.Ad idē pertinet quod dicit.Omnis arbor bona fructū bonum facit,mala autē malū.Si enī arbor quæ eſt cauſa efficiens & producēs fructus,bona eſt,erunt & fructus boni;cō

Sapien.2
Roma.5.
Mathe.12
Mathe.7

boni:cõtra autẽ,mali,ſi arbor mala fuerit. Cũ autẽ a fructibus docet arborẽ cognoſcere, ab effectibus ad
Mathe.15 cauſam docet procedere. Rurſum hoc loco ab efficiente cauſa & alibi vtitur cũ probat,ea quæ intrãt per os nõ coinquinare animã,ea autẽ quæ de corde procedũt inquinare. Quę eñ in aĩa poſſint efficere maculã,ſola illa ſunt quæ de corde naſcunť,ea autem quæ per os intrãt,nõ ſunt huiuſmodi. Vbi eñ nõ eſt propria inquinationis cauſa, effect⁹ inquinationis inueniri nõ poterit. Sublata eñ cauſa auferť
Cor.15. effect⁹.Per hunc locũ Paul⁹ Ap̃ſus apud Corinthios aſtruit reſurrectionẽ mortuorũ, ex reſurrectione Chriſti.Si mortui,inquiẽs,nõ reſurgunt, neq; Chriſtus reſurrexit,a negatiõe videlicet effect⁹ ad negationẽ cauſę efficiẽtis,quoniã Chriſti reſurrectio quodãmodo cauſa eſt efficiẽs beatę reſurrectionis fidelium. Iuriſperitis quoq; & æqui tractatorib⁹ ijs etiam quorũ eſt in forẽſem cõtentionẽ deſcẽdere, vix alius loc⁹ eſt vtilior. Lex eſt.Si iumentũ via publica paſcẽs in vicinũ pratũ cõſcendẽs, dño prati dãnũ intulerit,dãnũ reſarciat qui eſt iumẽti Domin⁹.Ponim⁹ hãc rẽ trahi in cõtentionẽ. Quis dubitat:cauſam dãni ſtatim eſſe ſpectandã,ad litẽ dirimendã? Si eñ domin⁹ paſcuæ in cauſa eſt cur trãſcẽderit iumẽtũ,vtpote quia vel dolo viã aperuit iumento vt dãno afficeret dñm,vel per incuriã munire paſcua ſua iuxta morẽ regiõis neglexit,abſoluiť a pœna iumẽti domin⁹.Si vero in cauſa ipſe eſt: quia cũ ſciret equũ petulantẽ,compedib⁹ nõ ſtrinxerit,neq; cuſtodes adhibuit,dãnũ reſarciat qui damnũ dedit. Similiter de boue cornupeta qui hominẽ trucidauerit.Itẽ de nauta qui naufragiũ faciẽdo merces perdidit,ſi quæſtio fiat,in his atq; ſimilib⁹ omnib⁹ cauſis ſemper ſpectãda eſt,& ex cauſa res,terminãda. Si enim is cui⁹ eſt bos cornupeta , cauſa eſt necis.i.ſi bouẽ noſcet talẽ eum fuiſſe ab heri & nudiuſtertius.& nõ eũ domi alligauerit,punietur vt iuſtũ eſt.Si vero non ipſe in cauſa eſt, vtpote ſi prius nunquã tale quicquã audierit vel viderit,ſed ſubito aliquo impetu res peracta eſt,merito abſoluiť domin⁹ , vt qui

cauſam

cauſam necis nullã dederit. Sic nauta ſi cauſa eſt ſub merſionis nauis, quoniã vel per niglıgentiã vel per inſcitiã cũ debuiſſet & potuiſſet ſeruare nauẽ, nõ fecit, ipſe vt cauſa ſubmerſionis reſarciat damnũ. Si vero nullã ipſe cauſam dedit ſubmerſioni, ſi omnẽ adhibuit diligentiã omnẽq; induſtriam, nec potuit præ tẽpeſtate & fluctib⁹, parcendũ eſt miſero, nec illi imputandũ damnũ. Ipſe ſuę nauis, alter mercium ſuarũ iacturã feret. ¶Ad hunc locũ pertinet, quod rem laudamus aut vituperam⁹, bonã aut malã, vtilem aut inutilẽ colligimus, ex ipſo vel authore vel conſultore. Sic omnẽ creaturã bonã probat Aplus: quoniã Dei eſt, & a Deo facta ad vſum hominum. 1.Ti.4. Peccatũ autẽ malũ eſſe cognoſcit, quoniã diabolus mal⁹ ipſius author eſt. Ipſe eñ mendax eſt & pater eius, nẽpe mẽdacij. Ioan.8 Ita mors nõ ſimpliciter bona eſſe probatur, quoniã bonus De⁹ (vt ait Sapiens) mortem nõ fecit. Sapien.1. Mala autẽ eſt, quia malus diabolus & malũ peccatũ ipſam effecit. Hinc colligimus, bonũ eſſe conſiliũ, bonũ propoſitũ, quoniã a Deo ſuggeritur, a ſanctis angelis cõfirmatur. Hinc ꝟginitas bona eſſe & præcellẽter ſupra matrimoniũ bona comprobatur, quoniã Chriſtus eã cõſuluit, item & Apoſtolus, vt ꝟtutem perfectiorẽ. Mat.19. 1.Corit.7 Vniuerſaliter eñ cõſiliarius efficiẽs cauſa dicitur ſui cõſilij. Sic quod viri graues prudẽtes & experti conſulũt, cõmendatur Vnde eſt illud Poetæ. Barbato crede magiſtro. Qđ autẽ conſulunt pueri, inexperti, imprudentes, carnales, merito vt ſuſpectum non amplexabimur. Quomodo ſi recte collegiſſet Roboã, non ita fœde paternum auitũq; regnũ ſcidiſſet. 3.Re.12. Hinc qđ diabolus ſuadet quod caro ſuggerit, quod mundus oſtentat ſuſpectum haberi debet. Non eñ boni ſunt iſti cõſiliarij, neq; tales quib⁹ tuto fidi poſſit. Quod autẽ ſpiritus Dñi ſuggeſſerit id certiſſimũ eſt conſiliũ. ¶Ita lex vnaquæq; aut cõſuetudo, a primis inſtitutorib⁹ aut ſubſequẽtib⁹ approbatorib⁹, cõmendat vel reijcitur, præfertur alteri vel poſtponit. Sic eñ Apoſtolus apud Hebræos de vtraq; lege diſſerens, nouam præfert veteri, quod iſta per angelos data fuerit, ac Hebre.2

per Moy

per Moyſen miniſtrꝫ tantū & famulū Domini pro mulgata populo, illa vero per ipſum Dei filiū inſtituta, confirmata & prædicata fuit. Hinc veneranda omnia nouæ legis ſacramenta, quod Chriſtus ea inſtituerit. Apoſtoli ſpiritu ſancto inſpirati promulgauerint. Hinc omnis ſcriptura ſacra ſumma veneratione digna colligitur, quoniam ab ipſo ſpiritu Dei (iuxta Petri teſtimoniū) profecta. Hinc omni veneratione & obſeruatione dignū eſſe arguimus ſacrū quadrageſimale ieiuniū, qđ olim eximia illa legis columina, Moyſes & Helyas obſeruarunt, ac deinde Chriſtus ipſe in ſe conſecrauit, nobiſcꝫ cōmendauit. ¶Hac quocꝫ ratione magicas artes damnamus qđ a diabolo ſint authore profectæ. Ita agriculturæ ars, vt ōnibus antiquior & præſtātior probaẗ, quod ab ipſa Dei inſtitutione poſt peccatū ſit profecta, naturali neceſſitate cogente, nō vlla curioſitate ſuper uacanea præter neceſſitatē adinuenta, vt aliæ plæreçꝫ, quemadmodū variæ tinCturæ, ſculpturæ, atcꝫ texturæ, quib⁹ nihil opus erat humano generi, ſed luxus hominū eā effinxit. Sic ars vſuraria damnatur, quā hominū progenuit auaritia: ars cupediaria, quā adinuenit gula ſatiari neſcia, atcꝫ ita in cæteris.

¶Hoc etiā loco vti cōmode poſſumus ad exhortationem filiorū, dum parētes efficiētes cauſas proponimus, vt illos vel ad imitandū eorum probitatem exciremus, vel ab eorum improbitate reuocemus. Primi exemplū eſt apud Tobiam, vbi fili⁹ accepturus Sarā in vxorem, a ſpōſa & a ſeipſo ſpecialē exigit hac oratione caſtitatis pudorē. Filij (inquit) ſanctorū ſum⁹, ideo nō poſſum⁹ ita coniungi ſicut gentes, quę ignorāt Deū. Huc reſpicit & quod Apoſtolus ait. Si radix ſancta, & rami: & ſi delibatio ſancta & maſſa. Huc & illud pertinet Saluatoris. Si filij Abrahæ eſtis, opera Abrahæ facite. Vos ex patre diabolo eſtis, ideo eius opera vultis perficere. Secundi vero exemplū proponit ſcriptura, cum filijs loquēs ita ait. Hodie ſi vocē eius audieritis, nolite obdurare corda veſtra, ſicut in exacerbatione, vbi tentauerunt me patres veſtri. Sic & in Euāgelio Dominus improbis

Tobia. 8.
Roma. 11
Ioan. 8.
Pſal. 94.

improbis Iudæis ait. Quem Prophetarum non occiderunt patres veſtri? ſtatim ſubiungẽs. Et vos implete menſuram patrum veſtrorum. Mat.23.

¶CAPVT XIIII.

¶De vſu loci a cauſa materiali.

EX loco quoq; a cauſa materiali, alia adferri poſſunt a ſuprapoſitis argumẽta. Vbi primũ nota, materiam conſyderari duplicem: alterã ex qua res cõponitur ſimul cũ forma. Vt homo cõponitur ex ſuo corpore ſimul cũ anima. Hæc vocatur materia ex qua Aliter appellam⁹ materiã, id circa quod verſaẽ alicui⁹ cõſyderatio. Vt materia ſciẽtiæ cuiuſlibet, dicitur id de quo talis eſt ſcientia, aut circa quod eius conſyderatio verſaẽ. Vt materia dialecticæ, eſt argumentatio: materia grãmaticę, eſt eloquutio: materia Phyſicæ, corpus naturale: materia theologiæ, ipſe Deus. Dicitur quoq; virt⁹ quælibet habere ſuam materiã circa quam verſatur, vt ſobrietas eſt circa cibũ & potum, patientia circa res difficiles tolerãdas, fortitudo circa res arduas aggrediẽdas, Iccirco cibus & potus dicuntur materia ſobrietatis ſiue tẽperãtiæ, vſus rei venereę eſt materia cõtinentiæ res toleratu difficiles materia ſunt patientiæ, res arduæ fortitudinis, atq; ita in cæteris: quorũ plena determinatio ex morali doctrina petenda eſt Dicitur quoq; omne votum omniſq; promiſſio aliquã habere materiã, ipſum videlicet de quo fit votum aut promiſſio. ¶Ex conſyderatione igitur materię, multipliciter argumẽta trahim⁹. Hinc eñ colligimus, virtutem alterã alteri præſtari: qm̃ alia materiã habet ſublimiorem, alia humiliorẽ, itẽ ſcientiam vel artem aliam alij præſtare, ex materia circa quã verſatur. Ideo eñ inter õnes mechanicas agricultura videẽ honeſtiſſima & vtiliſſima; quonia circa ea verſatur quæ ſunt humano generi omniũ vtiliſſima. Hinc illæ artes quæ circa res vtiles hũano generi occupãtur, vere vtiles probãtur: illæ autem quæ tantũ circa ſuperuacanea & curioſa, aut etiam aperte noxia & prohibita, vel min⁹ probantur vel õnino reijciũtur, Propterea Phyſica diſciplina alijs eſt præ

argumẽta a materia.

eſt præſtãtior ſermocinalib⁹:quoniã illæ in vocib⁹ hærẽt,iſta res naturales contẽplaṫ.Inter partes quoq; phyſicæ ſciẽtiæ, Ariſtoteles ex hoc loco argumẽtatur ſcientiã de anĩa eſſe cæteris præſtantiorẽ,quoniam illa de anĩa eſt,quæ omniũ naturarũ eſt nobiliſſima & preſtãtiſſima. Omniũ vero ſcientiarũ ſimpliciter altiſſima eſſe probaṫ Theologia: quoniã materiam habet omniũ præcellentiſſimã.Moralis autẽ ſcientia antecedit medicinã : quoniã illa circa morbos anĩæ,iſta circa morbos corporis curandos. Deniq; legũ cognitio, medicorũ ſcientia videtur inferior,quod hi circa corp⁹ hominis occupẽtur,illi potiſſimum circa poſſeſſiões atq; pecunias, vt quid ſit vniuſcuiuſq; propriũ definiãt. Corpus vero melius eſt tẽporalibus bonis.Hinc omniũ virtutũ eminentiſſimæ probãtur tres illæ quæ appellãtur theologicæ,nẽpe fides,ſpes,& charitas quod imn ediate circa materiã excellentiſſimã ipſum Deũ verſenṫ.Cæteræ vero immediate circa aliquid mediũ occupantur,quod ad Deũ dirigitur,vt circa paſſiones malas refrenãdas,aut vtilia opera peragẽda. ¶Hoc quoq; modo colligimus votũ eſſe bonũ aut malũ,ſeruandum aut reſcindendũ,ſi videlicet materiam habeat bonã,bonũ erit,ſi malã,vtpote ſi vel in aperte malũ fertur vel in min⁹ bonũ,quo aliud maius bonũ excluditur,malũ erit.Similiter laudatur conſiliũ, propoſitum,cogitatio,affectio , & ſtudiũ,ſi circa rẽ bonam ſit:dãnatur,ſi circa rem malã.Vnde & vita cõtẽplatiua voce Dñi ex materiæ cõſyderatione præfertur actiuæ:quoniã iſta ſollicita eſt & turbatur erga plurima,iſla vero vni inhæret,quod eſt neceſſariũ.¶Huc pertinet quod de Beato Auguſtino legitur & canitur.Teſtamentũ nullũ fecit,quia vnde faceret,nõ habuit.Simili modo Auguſtinus ipſe probat,vitã actiuã nõ fore in patria,ex eo quod non inuenietur illic materia circa quã hic modo verſatur Modo,inquit,quia eſuritur, quia ſititur , miſericordia miſeris neceſſaria eſt.Frangis panẽ eſuriẽti quia inueniſti eſurientẽ.Tolle famẽ, cui frangis panem? Tolle nuditatẽ,cui præſtas veſtẽ?Ac poſt pauca cõcludẽs ſic

Lucas.10

cludens ſic ait. In futuro nõ erũt iſta mala, ergo nec iſta miniſteria. ¶Ex materia quoq; corruptibilitas aut incorruptibilitas, longa aut breuis duratio arguitur. Hinc em̃ cœlũ oſtendim⁹ eſſe incorruptibile: quoniam materiã nõ habet agentib⁹ & patientibus adinuicẽ primis qualitatib⁹ ſubiectã. Cætera autem corpora inferiora: quoniã materiã habent eiuſmodi qualitatũ actioni ſubiectã, corruptibilia probantur. Itẽ quo vniuſcuiuſq; corporis naturalis materia maxime paſſionib⁹ huiuſmodi eſt obnoxia, eo res ipſa fragilior faciliuſq; corruptibilis probatur. Hoc modo ex materia argumẽtandi miratᵣ Pſalmiſta, hominẽ ſtellis & cœleſtib⁹ corporibus viliorem dicens. Videbo cœlos tuos opera digitorũ tuorum, lunã & ſtellas quæ tu fundaſti. Quid eſt homo qd̃ memor es eius, aut filius hominis &c. Quaſi dicat poſtquã illa ſunt incorruptibilia homo autẽ corruptibilis: quid igiᵗ eſt, quod tanti facias hominẽ cum videatur hac ex parte illis quoq; inferior? ¶Deniq; hoc ex loco, conſyderata conditione materiæ, argumentamur id quod ex ea factũ eſt tale eſſe aut tale. Vt cũ ſic colligim⁹. Vas iſtud eſt vitreũ, igiᵗ mundum eſt, ſed fragile: cereũ, igitur liqueſcet facile. Poculum iſtud eſt quercinũ aut faginũ, durabit igitur. Domus iſta ex luto tantũ & ſtramine cõſtructa eſt nõ multæ igitur erit durationis. Domus eſt lapidea non facile igitur inflãmabilis. Monumentũ hoc æneum eſt, igiᵗ perſtabit in multa ſæcula. Statua hæc aurea eſt, magni igitur precij. Cymbalũ iſtud argenteum eſt, igitur bene ſonorum.

Pſalm. 8

¶CAPVT XV.

¶De loco a cauſa formali.

Porro a formali cauſa (iuxta Boetij traditionẽ) vniuſcuiuſq; rei virtutem metimur. Ideo em̃ Dedal⁹ volare nõ potuit, quia naturali forma ad volandũ diſpoſitus non fuit. Maximã huic argumento iſtã aſſignat. Tantũ vnaquæq; res poteſt quãtum ei⁹ forma naturalis permittit. Hinc colligitur aquã non poſſe naturaliter calefacere neq; ignẽ frigefacere ſed econtrario aquã poſſe frigefacere & ig-

Argumenta a cauſa formali.

nem calefacere. Cũ em̃ omnis actio ſiue operatio a forma aliqua debeat procedere (vt in Phyſicis declaratum eſt) ſi forma illa quę requiritur ad talẽ aut talẽ operationẽ probetur rei nõ ad eſſe, monſtratum erit tale operationem illi rei nõ conuenire. Vt (exẽpli gratia) nihil poteſt calefacere, niſi mediãte calore. quæ eſt forma quædã accidẽtalis per quã debet fieri operatio calefactionis. Cuicũq; igiť monſtratũ fuerit nõ ineſſe calorẽ, huic neq; calefactionẽ competere mõſtratũ eſt. Videť aũt in his forma ſimul & ſub ratione efficiẽtis cõſyderari. Arguim⁹ em̃ a forma, quaten⁹ eſt talis operationis effectiua vel non effectiua. ¶ Idẽ fære argumentandi modus eſt quo iubemus vnũquemq; artificẽ intra ſuos limites conſiſtere; vt (iuxta prouerbiũ) ſutor non vltra crepidã, nec in alienã meſſem profeſſor quilibet falcem mittat. Nequit em̃ artifex de ea re iudicare, cuius nõ habet peritiã. Si agricola quiſpiã eſt, de agricultura & ruſticatione decernat: ſi calceari⁹ eſt, de calceis: ſi pellio de pellib⁹. Si grãmaticus eſt de rebus grãmaticis iudicabit. Si mathematic⁹ de mathematicis. Si aũt theolog⁹ non eſt: rer; theologicar; determinationẽ ſibi nõ vſurpabit: ſi dialectic⁹ non eſt, de rebus dialecticis temere nõ definiet. ¶ Ita quoq; generaliter ab vniuſcuiuſq; profeſſione argumentari licebit, ad ea quæ profeſſionis illi⁹ ſunt officia. Eſt em̃ profeſſio: velut forma quædã. Queadmodũ em̃ formis naturalibus res diſtinguunť in natura, naturalibuſq; officijs, ita profeſſione ſua quiſq; determinať ad officia ſibi cõuenientia, videnťq; res humanæ, alioqui confuſæ, huiuſmodi ſtatuũ ac profeſſionum diuerſitate velut ad ornatũ diſtingui vt in naturalibus omnia alioqui indiſtincta per formas diſtinguũtur. Ita licebit argumẽtari. Monachus es, diuinis igiť rebus intende, a ſæcularib⁹ autẽ negocijs & tumultibus abſtine. Marit⁹ factus es; igitur, proliũ generationi & educationi familiæq; gubernãdę dabis operã. Sacerdos non es, non eſt igitur tuum offerre in ecclia ſacrificium aut ſacra peragere. Poeta es, cane igiť fortium geſta virorũ: theologus non es, a rebus igiť fi-

dei decernẽdis abſtine. Ita in cæteris. ℂ Conſyderabi mus præterea in rebus humanis. quæ vel ſignis vel cæremonijs quibuſdã ad hoc inſtitutis fiũt, quo modo aut qua forma vnũquodq; eorũ peragaẽ. Nam & ſic a forma licebit argumẽtari. Exẽpli gratia. Baptiſmi Chriſtianorũ forma eſt vt is qui baptizat ſuper tinctũ aqua ſanctæ Trinitatis nomẽ inuocet dicens. Ego te baptizo in nomine patris & filij & ſpiritus ſancti. Matrimonij forma eſt vt (mutuo ſibi conſentientes) maſcul9 & fœmina dicant ſibijnuicẽ. Do tibi fidẽ aut æquiualens aliud. Sic igiẽ licebit a forma argumẽtari. Hic puer aqua tinctus eſt, eo qui tingebat nomẽ beatæ Trinitatis ſuper ipſum inuocante; igiẽ puer iſte baptiſmũ ſuſcepit. Eſt quippe illa baptiſmi forma. Itẽ. Hi duo, vir atq; mulier mutuũ animorum conſenſum expreſſerũt dicentes. Do tibi fidem aut æquiualẽs aliquid peregerunt, igiẽ verum eſt inter eos matrimoniũ. Hæc eẽ eſt forma matrimonij. Item. Hic religionis ſacræ veſtẽ ſuſcepit, atq; in manus patris obediẽtiam regulæq; cõmunis obſeruantiã ſancte promiſit, igitur monachus eſt fact9 Hic homo nunq̃ ab epiſcopo eſt inunct9, neq; ſuper eum verba ſacra ad id inſtituta prolata ſunt; igitur non eſt ſacerdos. Hac eẽ forma conſecrantur ſacerdotes. ℂ Ad hunc locũ poſſunt reduci & mores diuerſi qui antiquit9 ad rẽ quãpiã ex inſtitutione ſeruabanẽ. Vt ſi probem9 Scipionẽ triumphaſſe, ex eo quod in curru aurato vectus ſit a quatuor equis albis eum ducentibus, capite coronato deuictis hoſtibus currum ſequẽtibus quorum colla catenis erant onerata ſicq; præeunte ſenatu in capitolium aſcendit ad templũ Iouis vbi tauro albo mactato eadem pompa comitat9 domũ redijt. Hic eẽ apud Romanos erat mos triumphãtium formaq; triumphi. Itẽ, ſi oſtendam9 apud Romanos quẽpiã manumiſſum ex eo quod Dominus caput ſerui manu tenens, ita dixiſſet. Hunc hominẽ liberũ eſſe volo, ſtatimq; illũ emiſiſſet e manu. Hic eẽ apud illos mos erat in manumiſſione. Aut ſi hoſtes oſtẽdamus ſubiugatos ex more quẽ in ſubiugando Romani ſeruabãt: dua-

bus quippe haſtis in terra defixis tertia ſuperponeba tur ac deinde diſcincti hoſtes,ſub illa trāſire cogebā tur,inermes.Ita in cæteris. ¶Deniq;,a formis res adinuicē comparam⁹ ſcd̄m dignitatē maiorē aut mi norē.Ideo em̄ omniū corpoꝝ homo eſt digniſſimū quoniā animā rationalē habet formā omniū corpo raliū nobiliſſimā nimiꝝ Dei in ſe geſtantē imaginē Ideo bruta plantis,plātæ rurſum inanimatis corpo ribus pręſtāt:quoniā anima ſēſitiua vegetatiuę præ ſtat,atq; hęc iterū formis ōnibus quæ nec vegetādi habent virtutē.Similiter ex formis artificialib⁹ op⁹ operi præferim⁹,iuxta quod forma fuerit præcellen tior vel inferior. ¶CAPVT XVI.

¶De loco a cauſa finali.

Finis omniū cauſarū pcipua eſt, atq; adeo cau ſarū cauſa,ad quā cæteræ ōnes debent ſecundū proportionē accōmodari.Propter quod conſy deranda ſemper eſt.diligenterq; ſpectāda finalis hęc cauſa,vt inter omnes præcipua.Ex hac em̄, omniū artium atq; diſciplinarū,omniū quoq; conſilioꝝ & operū metimur bonitatē ſiue vtilitatem. Quorum em̄ eſt præſtantior finis,illa magis erunt cōmendā da.Hinc virtutes ſcientijs meliores colligimus,quo niā illæ ad voluntatē excolendā & vitā inſtituendā faciunt,iſtę ad intellectū tantū ornandū.Minus aūt eſt,intellectū exornare,quā affectum excolere & vi tam inſtituere.Hinc colligim⁹,meliores eſſe virtu tes theologicas,fidē ſpem & charitatem,virtutibus moralibus:quoniā hæ ordinātur ad refrenandū ma las paſſiones,quæ regnant in corpore:illæ vero ad ſubleuandā mentē affectumq; in Deū,qui finis per ſe altero eſt pręſtātior.Et vniuerſaliter ex fine ꝑpo ſito colligimus cauſas alias,efficientē formalem & materialē.Secundū em̄ diuerſitatē,finiū,adhibendæ erunt diuerſæ cauſę efficiētes,formæ diuerſæ,itē & materiæ. ¶Exēpli gratia,ſtruere vis ędificiū hoc fine vt in eo poſſis etiam ab hoſtiū vi & impetu eſ ſe ſecurus,quære talem artificem qui non ornatum curet,ſed fortitudinem operis,talem quoq; materiā elige,quæ maximam pręſtet fortitudinem , vt quæ

Argu menta a fine.

minus

minus facile poſſit tormentis bellicis confringi, deniq; formam talẽ cura induci ędificio, quę huiuſmodi fini magis eſt commoda, cuiuſmodi eſt forma caſtrorum aut turrium. Sin vero ędificiũ tibi quæris ad hoc tantũ vt in eo magnificentiã tuam oſtentes, inq; eo ſubinde oblectes animũ, quære artificẽ talẽ qui ornatũ amplius & commoditatẽ, quã fortitudinem ſpectet: materiã quoq; accipe commodã, videlicet lapides eminus reſplẽdentes, qui parietib9 ędificij decorem tribuant. Formã quoq; elige, nõ caſtri aut turris, quæ inamœnior eſt, ſed quadrati palacij, quę eſt oculis gratior. ¶ Ita ex finiũ deſtinatorũ diuerſitate, pueris aſſignantur magiſtri diuerſi, diuerſaq; ſtudia. Si prolem tuã deſtinas religioni, iã inde a puero talem illi delege præceptorem quem putes ad eum finem poſſe inſtituere puerũ: talibus quoq; ſtudijs illum fac exerceri, quib9 adiuuetur & incitetur ad finem propoſitum: talibus quoq; morib9 fac illum aſſueſcere ab annis teneris, qui fini conueniant. Sin autem ad aulicam vitam illum deſtinas, tali eum trade inſtitutori, & talibus moribus imbuendũ trade, talibuſq; exercendum artibus, quę ad finẽ ſint deſtinatum accõmoda. ¶ Hinc ita licebit argumentari. Vitam beatã adipiſci deſyderas, nõ igitur voluptati operã dabis, non carnem curare ſatages, ſed carnẽ tuam crucifigere, Deiq; mandata ſeruare. Si ideo ſtudes vt Deũ cognoſcere agnitoq; illi ſeruire valeas, igitur non laſciuis Poetarum verſibus, aut vanis ſophiſtarum captionibus tibi eſt inhærendum, nec ſuperuacaneis Philoſophorum contentionibus immorandum: ſed creaturarum ſobria cognitio tibi expetenda eſt, atq; ad libros ſacros tranſeundum, qui te eo quo tendis peruenire doceant. Si ideo loqueris vt ædifices, igitur abſtinendum ab ijs quæ tantũ aures demulcẽt: ea vero ꝓponenda quæ mentẽ illuminent animũq; accendãt. Carnẽ vis habere ſpiritui ſubiectã, aſſumenda igitur ieiunia, orationes, gemitus, pugnę & lachrymę. Hæc em̃ ſunt media ad finem illum per ſe ordinata & neceſſaria. ¶ Nil autẽ refert, propoſito aliquo fine, ſiue argu-

mẽtetis ad electionẽ mediorũ cõuenientiũ, ſiue ad abiectionem diſconuenientiũ, & quæ potius ad con trarium finem deſeruiant. Vt cũ ita argumẽtamur. Vitã beatã adipiſci deſyderas, non igitur vitijs teip ſum implicabis, quæ ad mortẽ perducunt, ſed virtu tibus & actionib9 bonis ſedulo dabis operã. Vis in perfectionis ſtudio Deo militare, nõ igitur ſæculari
2.Ti.2. bus negocijs te debes inuoluere (iuxta illud Apl̃i.
Mat.19. Nemo militans Deo implicat ſe negocijs ſæculari bus) ſed in quiete vitam agere. Hoc modo a fine ex ṽbis Chriſti ſic argumẽtamur. Si velis ad vitam in gredi, ſunt tibi ergo mandata ſeruanda. Si velis eſſe perfect9, ſunt igit̃ tibi vendenda õnia quæ habes, & dãda pauperib9, ac deinde ad Chriſti ſequelã eſt ve niẽdum. Obſeruatio em̃ mandatoꝝ, eſt mediũ aſſe quendi finẽ optatũ vitæ æternæ; & omniũ propter Chriſtũ contempt9, eſt congruũ mediũ ad aſſequen dam perfectionẽ vitæ Chriſtianæ. ¶ Huiuſmodi ar gumẽto Dñs Ieſus Petrũ & Ioannẽ vindictã, querẽ
Lucæ.9. tes aduerſum Samaritanos magiſtrũ nolẽtes recipe re cõfutauit. Cũ em̃ illi dicerẽt, Dñe vis dicimus, vt ignis deſcẽdat de cœlo, & cõſumat illos, oſtẽdit Dñs ex fine ad quẽ venit in primo aduẽtu, id nõ conue nire, dicẽs. Filius hominis nõ venit animas perdere ſed ſaluare. Tanquã ſi dicat. Ad hunc finẽ ego veni vt ſaluẽ non vt perdã, igitur nõ eſt decẽs quod vos proponitis, vt ego pro leui iniuria homini facta ſtã tim illos perdã; ſed magis cõuenit, vt mea longani mitate ferendo illos tandẽ ad pœnitentiã adducam.
Math.9. Simili argumẽto vtit̃ aduerſum Phariſæos, ſe excu ſans, quod cũ Publicanis & peccatorib9 manduca ret, eoſq; benigne ſuſciperet. Nõ veni, inquit, voca re iuſtos, ſed peccatores, ad pœnitẽtiã. Velut ex hoc manifeſte inferens; quod cũ illis deberet magis con uerſari: cum non alio cõuenientiori medio illos po ſſet ad ſalutem adducere, quam aſſidue cum ipſis vi uendo ipſoſq; inſtruẽdo. Similio modo & poſt mor
Lu.24. tem in peregrini ſpecie ambulãs cum duobus diſci pulis, declarat ex fine, ſe debuiſſe paſſionẽ amariſſi mam perferre. Nonne, inquiens, oportuit, Chriſtum

pati &

pati,& ita introire in gloriã ſuã?Ac ſi diceret. Si ad finem erat perueniendũ, vtiq; mediũ reſpuendum non erat quod a Deo erat ad finẽ talẽ præordinatũ. ¶Paulus quoq; Apoſtol⁹ a fine argumẽtatur.cũ ad bonũ exhortãs diſcipulos,ait.Bonũ faciẽtes non deficiamus,tempore eñ ſuo metem⁹ non deficientes. Gala.6. Meſſis eñ retributionis æternæ, omniũ bonarum actionũ eſt finis.Et alibi,quoties ex propoſitiõe cœleſtis præmij fideles monet,tribulationes mũdi patienter ferre,nihil aliud quã a fine argumentat:quoniam ſuſtinẽtia in aduerſis mediũ eſt conueniẽs ad promerendũ futuræ beatitudinis requiẽ. Sic & Petrus Apoſtol⁹ ait.Cõmunicantes Criſti paſſionibus gaudete,vt & in reuelatione gloriæ eius gaudeatis exultantes.Sic Petr⁹ ex fine nos inſtruit benedicere ſemper & nõ maledicere.Non reddentes,inquit, maledictũ pro maledicto,ſed ccõtrario benedicẽtes quia in hoc vocati eſtis,vt benedictionẽ hæreditate poſſideatis.Quaſi dicat. Finis ad quẽ prædeſtinati eſtis,benedictio eſt cœleſtis;mediũ igitur proportionatũ fini huic eligendũ eſt,nẽpe benedictio manſuetudinis,& quod ab illo fine abducit,nẽpe maledictio iracundiæ,fugiendũ.¶Ex finium quoq; conſyderatione & collatione,ſumitur argumentum pulchrum & efficax,ad iudicandum de medijs quæ ad finem eiuſmodi ordinãtur.Sic Paulus legem veterem multis in locis lõge poſtpõnit nouæ,quod illa ad hunc finem potiſſimũ ſit data,vt quaſi in modũ pœdagogi,ſeruaret populũ duræ ceruicis ſub timore,donec promiſſus aduenirет Meſſias.Lex aũt noua poſt illã datã eſt,vt ſublato timore,ĩ libertate ſpiritus per amorẽ Deo adhærẽtes,cœleſtis regni hęredes cõſtituamur. Sic alibi finẽ laborantiũ in ſtadio vel agone hui⁹ ſœculi,cũ fine laborantiũ in militia Chriſti cõparat,dicens.Et illi quidẽ vt corruptibilẽ coronã accipiãt,nos aũtẽ incorruptã.Atq; hac cõparatione finiũ,labor Chriſto ſeruientiũ longe præfertur labori eo℞,qui pro corruptibili præmio mũdo inſeruiũt.Simili modo apud Romanos fines bonorum atq; malo℞ cõparat,& quæ ad vtrũq; finẽ perducun;

1.Pet.4.

1.Pet.3.

Galat.3.
Hebre.2

1 Cor.9.

ducunt media:oſtēdere volens ex diuerſitate finiū illa eligenda,hæc abijcienda. Quem(inquit)fructū
Roma.6 habuiſtis tūc in illis,in quib⁹ nunc erubeſcitis? Nā finis illorū mors eſt.Nunc vero liberati a peccato, ſerui autē facti Deo,habetis fructum in ſanctificatio nem,finē vero vitam æternā. Stipendia eīm peccati mors.gratia autē Dei vita æterna.¶ Omniū autem horum argumentorū,atq; eorū omniū quæ in præcedentib⁹ dicta ſunt,vna eſt generalis maxima,quā ſupra ex Boetio citauim⁹.Vnāquamq; rem ex cauſis ſpectari oportet. ¶CAPVT XVII.

¶Quomodo etiam apud Poetás multus ſit horum locorum vſus.

SVnt quoq; loci iſti apprime vtiles Rhetoribus atq; Poetis,neq; eſt ali⁹ quo vel libenti⁹ vti ſoleant vel frequentius,in quocunq; tantē cauſarum genere.Siquidē tria apud Rhetores diſtinguūtur genera cauſarū,nempe deliberatiuū,iudiciale & demonſtratiuū.Deliberatiuū ad cōſilia pertinet,iudiciale ad cōtentiones & forēſes cauſas ſpectat. Demonſtratiuū vero pertinet ad docendū,ad narrandum res geſtas,ad laudandū aut vituperandū.In genere deliberatiuo,plurimū confert cauſarū,diligens conſyderatio. Cōmunis eīm deliberandi forma eſt, num quod proponit expediat:deinde, ſi ad effectū perduci poſſit quod expedire inuentū fuerit,& quo modo,quibuſq; medijs,& per quos effici poſſit. Sī eīm vel nō expedit quod proponit, vel non apparet cōmodus mod⁹ ad ipſum efficiendū, ſtatim a deliberatione tanquā vanū reijcitur.Fit autē hoc commodiſſime a cauſis,efficiēti potiſſimū & finali.Manifeſtum igitur eſt, generi deliberatiuo accommodam eſſe cauſarū conſyderationē.¶Huc etiā pertinet quod ſupra dixim⁹, propoſitū conſiliū ſæpe ab ipſo authore vel confutari, vel acceptari. Sic apud Cæſarē in Cōmentarijs,libro quinto de bello Gallico,legati duo.Cotta & Sabinus contendunt.Negat Cotta,authore hoſte de ſummis rebus capienda cōſilia.Ambiorigē.ſ.hoſtē reputans. Contra,Sabinus, quod Ambiorigem amicū æſtimaret ,conſiliū inſequendum

quendum contẽdit de educendis ex hybernis legionibus. Siquidẽ in hoc verſabat̃ contentio. Ad hunc modum & apud Virgilium, vbi de equo per Græcos fabricato in vrbẽ Troiam transferendo, a ciuib⁹ conſultaretur. Laocoon ab ipſis doni authorib⁹ nequaquam in vrbem inferendum eſſe arguebat, his verbis ciues compellans.

O miſeri, quæ tanta inſania, ciues?
Creditis auctos hoſtes, aut vlla putatis
Dona carere dolis Danaum?

Ac poſt pauca, quid ex authorib⁹ malæ ſuſpitionis colligat, aperit, ſubiungens in hæc verba.

Aut hoc incluſi ligno occultantur Achiui.
Aut hæc in noſtros fabricata eſt machina muros.
Aut aliquis latet error.

Ac poſtremo concluſionẽ inſert, ita ſermonẽ finiẽs.

Æquo ne credite Teucri.
Quicquid id eſt, timeo Danaos & dona ferentes.

Eodem argumẽto & alij plerique ſagacioris ingenij, in eandẽ ducebãtur ſententiã: quemadmodũ de Capi eodem in loco Virgilius ita inquit.

At Capis & quorum melior ſententia menti.
Aut pelago Danaum inſidias ſuſpectaque dona
Præcipitare iubent, ſubiectiſque vrere flammis.

Ita videlicet ab ipſis equi fabricatoribus denique authoribus, prudenter ſuadebant, ipſum minime ſuſcipiendum in vrbẽ. Cui conſilio ſi fuiſſet obtemperatum, nõ ita copioſum Poetis omnib⁹ Troia infælix dediſſes canẽdi argumentũ: atque (vt ipſius vtar verbis qui tu* tuorũque cladem canendo inter Latinos Poetas principatum iure obtinuit) Troiaque nunc ſtares, Priamique arx alta maneres. ¶Porro in genere demõſtratiuo, ad laudandũ atque vituperandũ Poetis & Oratorib⁹ vſitatiſſimũ eſt cauſas adferre. Vt apud Virgiliũ pocula ſua Menalcas cõmendat, ab efficiẽte. Alcimedonte: a materia, quoniã faginã eſſent: atque etiã a forma, quoniã ſculptura erant mirabili. Ita etiã cũ Dameta certans, cum de grege nõ auderet quicque deponere pocula iſta cõmẽdat, dicẽs.

Quoniam tibi pocula penam.

Lenta

Fagina,cælatum diuini opus Alcimedontis.
Lenta quibus torno facili ſuperaddita vitis.
Diffuſos hedera veſtit pallente Corymbos.
In medio duo ſigna,Conon,& quis fuit alter
Deſcripſit radio totum qui gentibus orbem.

¶Hoc modo laudamus quempiã,a genere,a patria a pædagogis:quæ omnia quædam efficientes ſunt cauſæ.A genere quidẽ Ilioneus apud Latinũ.Phrygem Æneam commendat,dicens.

Ab Ioue principium generis, Ioue Dardana pubes
Gaudet auo,rex ipſe Iouis de gente ſuprema.

A doctore autem & pædagogo ſe cõmendare videtur Perſius,ita Cornuto ſuo loquens.

Cum primum pauido cuſtos mihi purpura ceſſit,
Me tibi ſuppoſui,teneros tu ſuſcipis annos.
Socratico Cornute ſinu.

Sic ij quorum eſt artes cõmendare, quidlibet poti⁹ negligunt,quã earum exponere primos inuentores Vnde & illud in eglogis Virgilianis.

Ab Ioue principium muſæ,Iouis omnia plena
Ipſe colit muſas,illi mea carmina curæ.

Sic de arte arandi terram in Georgicis ait.

Prima Ceres ferro mortales vertere terram
Inſtituit.

¶Ad exhortandũ quoq; & increpandũ nõ parum habet momenti hic locus,cum progenitorũ exemplis propoſitis,vel facta tantũ cõmemoratione honeſta,ita filios vel adhortamur ad ſimilia, vel ab ijs quę genere ſuo ſunt indigna,auocamus.Sic Vergilius egloga quarta,ſiue Saloninum ſiue Marcellum ad magna exhortatur,his verbis.

Aggredere o magnos(aderit iam tempus) honores
Chara Deum ſoboles,magnum Iouis incremẽtum

Contra,molles Romanos increpat Perſius ,dicens.

Vos o patricius ſanguis quos viuere fas eſt.
Occipiti cæco,poſticæ occurrite ſannæ. Et rurſum
Hic neq; more probo videas,neq; voce ſerena.
Ingentes trepidare Titos,dum carmina lumbum.
Intrant.&c.

¶Ad excitandũ quoq; miſericordię affectum,flectendoſq; animos,plurimũ valet efficientium cõ

tium cõmemoratio. Vt eſt illud Didonis ad Æneã
Quis te nate Dea, per tanta pericula caſus.
Inſequitur? quæ vis immanibus applicat oris?
Tu ne ille Æneas, quem Dardanio Anchiſæ.
Alma Venus Phrygij genuit ſimoentis ad vndam
Idem apud Terentium pulchre tractat Clitipho, ſic matrem alloquens. Si vllum vnquã fuit tẽpus mater, cum ego tibi voluptati fuerim, dictus filius tua voluntate. &c. Sic orantes ad perſuadendũ & exorandũ adferre ſolent, quicquid ad rem impetrãdam poſſit efficere. Quomodo apud Virgiliũ Dido abi te parantẽ Æneã detinere cupiens, interponit obſecrãdo quicquid illi⁹ putet animũ poſſe cõmouere.
Per ego has lachrymas (inquiens) dextrãq; tuam te
Per connubia noſtra, per inceptos hymeneos
Si bene quid de te merui, aut tibi quicquam
Dulce meum miſerere, domus labentis, & iſtam
Oro, ſi quis adhuc precibus locus, exue mentem
¶Nec eſt Poetis inutile argumentũ, quod a materia ſumitur. Hinc eñ pigreſcentem puerum. Perſi⁹ ita alloquitur.
Vdum & molle lutũ es, nunc nunc properand⁹, &
Fingendus ſine fine rota. (acri.
Quaſi dicat. Quia nũc dum modica eſt ętas, aptiſſima es materia diſciplinis ac moribus ſuſcipiendis nunc nunc formand⁹ es & inſtituend⁹ ad eum modum quo figulus materiam, dum vda & mollis eſt, format pro libito. Huc pertinet, quod in Georgicis Virgilius docet terras diuerſas conſyderare, quarũ aliæ melius vites, aliæ fœlicius ſeteges proferãt Arborum quoq; diuerſæ ſpecies diuerſis in locis ac terris fœlicius prouenire. Sic eñ ille canit ſecundo Georgicorum libro.
Nec vero terræ ferre omnes omnia poſſunt.
Fluminibus ſalices, craſſiſq; paludibus alni
Naſcuntur ſteriles, ſaxoſis montibus orni
Littora myrtetis aptiſſima, deniq; apertos
Bacchus amat colles, aquilonem & frigora taxi.
¶Simile fere eſt, quod ex conſyderatione ingeniorum diuerſis ſtudijs pueros deſtinam⁹, vt iuxta cõditionem

ditionem materiæ.i.qualitatis ingenij, huic aut illi tradant diſciplinæ. Vbi enim materia non eſt idonea fruſtra tentamus quicquã efficere:quẽadmodũ vetus habet prouerbiũ. Nihil inuita mineruà, Inde & vulgatum illud. Veterem canẽ difficile eſt loris aſſueſcere. Et illud. A teneris aſſueſcere multum eſt. Et quod Poeta ait.

Quo ſemel eſt imbuta recens, ſeruabit odorem.
Teſta diu.

¶Porro, quã nõ negligant formæ cõſyderationem Poetæ, paſſim eorum omnia indicãt. Vix enim curioſius aliud quam rerum formas depingere ſatagunt. Ex forma & habitudine corporis, ſimul & ex voce Æneas apparentem ſibi Venerẽ, quanquam incognitam & venatorio habitu adornatam. Deã tamen eſſe colligit, his verbis eam alloquens.

O quã te memorem virgo, namq; haud tibi vult9
Mortalis, nec vox hominem ſonat, o Dea certe.

A forma quoq; Æneam pulchre Virgili9 commendat, eum corporis decorem & habitudinem quã ex matris acceperat colloquio, ita deſcribens.

Reſtitit Æneas, claraq; in luce refulſit.
Os humeroſq; Deo ſimilis: namq; ipſa decoram
Cæſariem nato genitrix lumenq; iuuentæ
Purpureum, & lætos oculis afflarat honores.

¶Cuiuſmodi exempla paſſim apud Poetas õnes occurrunt. ¶Deniq;, a fine efficaces admodum ſumuntur exhortationes & obiurgationes. Sic enim apud Virgiliũ Æneas grauiſſimis iactatus: caſibus ſocios conſolatur, ex fine propoſito, dicens.

O paſſi grauiora, dabit Deus his quoq; finem
Per varios caſus, per tot diſcrimina rerum.
Tendimus in latium, ſedes vbi fata quietas
Oſtentant: illic fas regna reſurgere Troiæ.
Durate, & voſmet rebus ſeruate ſecundis.

Hic videlicet propoſito fine deſyderabili, ad ea quę pro finis illius adeptione fata volebãt ab illis ferri, magno & inuicto animo ſuſtinenda, ſuos pius Æneas exhortatur. ¶Alloquens vero Didonem Ilioneus, dolens & indignans, poſt tot perpeſſas miſerias

ne tunc quidē portum quietum ſibi ſuiſſe permitti propoſito omniū fine,qui eſt Dei pro cunctis retributio,monet ab ijs abſtinere quæ ad finē malum ſuos authores adducerent.Sic em̄ ait.
Quod gen⁹ hoc hoim,quæue hūc tā barbara morē
Pmittit patria;hoſpitio prohibemur arenæ.
Bella cient,primaq; vetant conſiſtere terra.
Si genus humanum & mortalia temnitis arma.
At ſperate deos memores fandi atq; nefandi.
¶A fine quoq;,Perſius illos qui vel in populari fauore,vel in voluptatibus corporis finem conſtituerent ſtudiorum.amara irriſione increpat, dicens.
Vſq; adeo ne.
Scire tuum nihil eſt,niſi te ſcire hoc ſciat alter?
Et iterum aduerſus voluptarium.
Quæ tibi ſumma boni,vncta vixiſſe patella?
Iuuenalis quoq; vanum Hannibalis laborē ex vano fine irridet.his verſibus.
I demens,& ſæuas curre per alpes.
Vt pueris placeas,& declamatio fias.
Videlicet a fine tam vano & ridiculo,quē ait quæſiſſe.Hannibalem tam nouo molimine,conatū irridet vanūq; cōprobat.¶Ab effectis quoq; loc⁹ non infrequens eſt Poetis,cuius nos vnum tantū aut alterum exemplū proferemus.Apud Virgilium Dido ab Enea deſpecta,illum cōcludit neq; patre Dardano neq; matre Venere natum,his verſibus.
Nec tibi diua parens,generis nec Dardan⁹ author
Perfide,ſed duris genuit te cautib⁹ horrens.
Caucaſus,hyrcanæq; admorunt vbera tygres.
In argumentum ſumit effecta,quæ ſubſequuntur.
Num fletu ingemuit noſtro?num lumina flexit?
Nū lachrymas vict⁹ dedit,aut miſerat⁹ amantē eſt?
Ad eandem formā Priam⁹ colligit Pyrrhum ante oculos ſuos filium ſuum trucidantem nō fuiſſe verum filium Achyllis,his verſibus.
At non ille ſatum quo te mentiris Achylles,
Talis in hoſte fuit Priamo.
Quaſi dicat,non potuiſſe fructū tam amarū,filium tā inſigniter inhumanū, a bona arbore,a pio & humano

mano patre progigni. Cōtra, a filijs per hunc modū & parentes commendam⁹. Cuiuſmodi eſt illud Æneæ ad Didonem.

Quæ te tam læta tulerunt
Sæcula? qui tanti talem genuere parentes?

Sunt huiuſmodi exemplis plena Poetarū carmina, prę cæteris aūt quæ a Principe Poetarum Virgilio ſummo artificio ſunt elucubrata, extremaq; diligentia limata. Nobis vero ſatis viſum fuit pauca iſta in exemplū proponere, ad indicandū viam quandam ijs quibus per ætatē vel ex profeſſione in huiuſmodi literis verſari libet ac licet: vt oſtenderemus dialecticos iſtos locos non ſolū ad inutiles rixas ſtrileſq; cōtentiones (id quod ſcioli nōnulli calumniātur) cōducere, imo neq; ad Philoſophicas tantū, aut ſcholaſticas diſciplinas, verumetiā ad Poeticē non minimū haberi momēti, adq; enarrandos rite Poetas imprimis eſſe neceſſarios. Curioſo autē rerū huiuſmodi inquiſitori data tātilla occaſiōe, nō erit difficile interim dum per latos Poetarū campos oberrat, ſimilia multa paſſim annotare atq; in vnū aceruum, ſi libebit, colligere. Sed nos iam in cauſarū locis nimium demorati, ad eos qui ſuperſunt intrinſecos locos expediēdos, ocyus tranſeamus.

CAPVT XVIII.

De locis a generatione & corruptione.

Locis a cauſis propinqui ſunt loci alij, qui appellantur a generationibus & corruptionib⁹ atq; ab vſibus. Siquidem generans & corrumpens, quædam efficientia ſunt. Vſus vero eſt velut finis quidā rei cuius eſt: cum vnaquæq; res naturaliter ad vſum aliquem ordinetur. Fiunt autē ab his locis argumenta, iuxta cōmunē modū in prędicatis bonum & malū. Fit igitur a generatione argumentum hoc modo, vt ſi generatio vel acquiſitio cuiuſlibet rei bona ſit, ipſum quoq; gēitum mōſtretur eſſe bonum, vt in his patet exemplis. Generatio domus bona eſt, igitur domus eſt bona. Ædificatio templorum, monaſteriorū, zenodochiorum, bona eſt, igitur templa, monaſteria, zenodochia, bona ſunt

A generatione.

ſunt. Aſſuefactio ad virtutem bona eſt, igitur virtus bona eſt. Aſſuefactio ad vitium mala eſt, igitur vitium malū eſt. Cōſtructio proſtibulorū, aliorumq́ꝫ huiuſmodi locorum in quibus regnant vitia, mala eſt igitur huiuſmodi edificia mala ſunt. Scipionē Aphricanum natum fuiſſe, ciuitati Romanæ bonū fuit. Nam (vt apud Ciceronem de Amicitia Lelius ait) illū natū fuiſſe ciuitas Rhomana dum erit lætabitur. Igitur Scipio ipſe Romanis bonus fuit & cōmodus. Cōtra vero. Catilinā natū eſſe ciuitati Rhomanę malum fuit, igitur ipſe illi malus fuit & noxius. Maximæ. Cuius generatio ſiue acquiſitio bona eſt, ipſum quoqꝫ bonum eſt. Cui⁹ generatio ſiue acquiſitio mala eſt, ipſum quoqꝫ malū eſt. ¶ Ab hoc loco ita licebit argumētari: Chriſti natiuitas cœlum & terram letificat, eſt igitur ipſe natus cœlis & terris feſtiuus. Speciali cultu Deiparę virginis Mariæ & ſancti Ioannis Baptiſtæ natiuitates honorantē atqꝫ celebrantē ab Eccleſia, ideo ſpeciali bonitate ac ſanctitate illos natos oportet p̄cellere. Vni⁹ Mariæ inter mortales ōnes celebranda conceptio eſt, quia ipſa vnica in cōceptione venerāda extitit, ab omni macula immunis præſeruata. Itē. Melior eſt (iuxta Sapientem) acquiſitio ſapiētiæ acquiſitione auri & argenti, igitur ipſa ſapientia melior eſt omni auro & argento. ¶ E conuerſo quoqꝫ valet a genito ad generationem, hoc modo. Dom⁹ bona eſt, ædificatio igitur domus bona. Virtus precioſior eſt, ōni auro, ſtudium igitur & acquiſitio virtutis meli⁹ eſt ſtudio auri & omniū quæ poſſint deſyderari. Quia templa bona ſunt, vtpote in quibus laudatur Deus docetur populus, oblationes ſacræ fiunt a fidelibus, ideo eorum cōſtructio bona. Quia delubra & phana dæmonū, ſcholæ ephæborum, aliaqꝫ huiuſmodi impura loca, peſſima ſunt, ipſorū quoqꝫ ædificatio peſſima eſt. Ideo in hoc bene feciſſe probatur Salomon quod templum Domini ædificauit. In hoc autem male quod idolis vxorū ſuarum phana cōſtruxit prophana. Hinc diſſuadem⁹, ne caſtra aliaue huiuſmodi fortalicia permittantur iuxta ciuitates. cō

Pro.3.

Lucæ.x.

ſaui;

ſtrui;quoniam docet experientia,ipſa cōſtructa plærumq́ in malū incolarū cedere,tyrānis ad ciuiū oppreſſionē loca illa fere occupantib9.Hinc de Ioanne Baptiſta ad patrem angelus ait. In natiuitate ci9 multi gaudebūt:quoniā videlicet ipſe qui naſcitur9 erat, bon9 eſſet futurus & vtilis omni populo,inde gaudio plena debuit eſſe natiuitas. ¶A corruptione vero dum argumentū ſumitur hoc eſt obſeruandum,vt non idē in antecedēte & conſequēte ſumatur prædicatū,ſed cōmutentur adinuicē, bonū malo & malū bono.Exēpli gratia. Deſtruere idola, eorum delubria ſubuertere,lucoſq́ ſuccidere,bonū eſt (Ex his enī plærīq́ in ſcriptura commendanī)illa igitur ōnia mala ſunt.Fures & homicidas auferri e medio,bonū eſt & reipublicæ expediens; igitur fures ipſi & homicidæ reipublicæ ſunt noxij. Seditioſos homines in exiliū mittere,ac de ciuitatib9 propellere,bonū eſt reipublicæ:ipſi igitur ſunt reipublicæ noxij.Virgilij mors præmatura rei literariæ mala fuit(alioqui limatiora adhuc & terſiora haberentur eius opera)ipſe igitur. Virgilius rei literariæ dū viueret commodus fuit.Perditio virtutis & ſapientiæ mala eſt,igitur ſapiētia & virtus bona ſunt.Sanctos martyres occidi malū fuit,igitur ipſi boni erāt Maximæ.Cuius corruptio vel perditio bona eſt,ipſum eſt malū.Cui9 corruptio vel perditio mala eſt, ipſum eſt bonū. ¶Ita argumētamur ex verbis Dñi ſcandalizatores puſillorū peſſimos eſſe & plurimū noxios : quoniā(vt ipſe ait)expedit eis , vt ſuſpenſa ad collū mola aſinaria mergant in profundū maris Si igitur eos auferri tam bonū eſt,vehementer malos & noxios eſſe eos eſt conſequens. Sic Iudæ bonum fuiſſe dicit ſaluator,ſi natus nō fuiſſet, malam indicans generationē eius, & bonā corruptionē vel non exiſtentiā:videlicet quoniā ipſe malus erat,domini ſui traditor,horribiliſſimiq́ ſceleris author futurus.¶E conuerſo quoq́ valet a corrupti vel perditi bonitate,ad maliciā corruptionis,ſiue a malicia ad bonitatē.Si enī mali ſunt & noxij fures ſeditioſiq́ homines,bonū eſt auferri eos de medio. Si bona res eſt

[Margin notes: Locus a corruptione. — Math. 18 — Math. 26]

tes eſt virtus,malū eſt eā perdere.Si melior eſt ſapientia auro,peior ergo & maioris dāni eſt perditio ſapiētiæ,perditione auri. Idolorū ſtatuæ delubra & luci,quoniā mala ſunt,dirui illa bonū eſt. Maximæ Si quippiā bonū ſit, ipſum corrūpi vel perdi malū eſt.Si quippiā malū ſit,ipſum corrūpi vel perdi bonum eſt. ¶Hoc autē in locis iſtis obſeruandū eſt,vt argumētum ſumaẗ in ijs quæ per ſe bona vel mala ſunt.Nā in ijs quæ nō per ſe,ſed tantū per accidens ſiue alteri9 concomitātus gratia bona vtiliaq; dicuntur,nō valet argumentū.Nō enī ſi mors Chriſti bona fuit,ideo ipſe mal9 erat,cū viueret. Vere enī bona fuit mors Chriſti,&(iuxta verbum ſpiritusſancti per os Cayphæ pōtificis prolatū)expediēs fuit, vnū illum hominē mori pro gēte. Veruntamen non per ſe aut ſui gratia mors illa vel occiſio bona fuit,ſed tantū per accidēs,ratione concomitantis ſalutis noſtræ,quā per ſuā mortem ille fuit operat9.Adeo enī per ſe bonū non fuit,Chriſtum Dei filiū,hominēq; innocentiſſimū & præceptorē fideliſſimū interfici,vt cœlū & terra a facie hui9 facinoris exhorruerint: id quod & inanimes creaturæ,illo pendēte in ligno animāq; agente demonſtrarunt,cū ſol non daret ſplēdorem ſuū,moueret terra,atq; etiā petræ ſcinderentur duriſſimæ. ¶Similiter male colligiẗ,Lupanariū aut proſtibulorū conſtructionē vt bonā commendari,ex eo quod ipſa per accidēs bona ſunt & cōmoda Non enī per ſe bona ſunt lupanaria,quoniā nihil in illis boni geriẗ.& quicquid illic tractaẗ, deteſtandū eſt.Sed per accidēs bona dicunẗ,quaten9 per ea multæ euitanẗ honeſtarū virginum deflorationes & oppreſſiones:dū in illis ardēs libidine iuuentus, feruorem & furorē ſuū extinguit,quē alioqui periculum erat ne in ꝟginem aliquā aut ciuē honeſtā ſubinde effunderet. ¶CAPVT XIX.

Ioan.11.

Mat.27.

¶De loco ab vſibus.

AB vſu autē rerū eſt argumētum,& frequens & vtile:dum ex vniuſcuiuſq; rei vſu,ipſius bonitatem aut maliciā inquirim9. Quod enī bonū habet vſum,id bonū eſſe probaẗ.Quod vero vſum

Loc9 ab vſibus.

malū habet, id ſimiliter malū eſſe euincit. Interdum autem fit inquiſitio de tota ſpecie vel toto genere, interdū de ſingularibus indiuiduis. ¶ Exempli gratia ſi quæratur. Num bona res ſit vinū, quo tam multos videmus corrumpere naturā bonā, dicemus, bonū eſſe vinū, quoniā bonū habet vſum nēpe cor hominis lætificare, & animos mœrentes, atq; deiectos erigere. Hunc em̄ verū eſſe & naturalē vini vſum,
Pſal.103. teſtantur Dauid pater & filius Salomon. Ille quidē canēs vinū exhilarare cor hominis: hic vero, cōſu-
Prou.13. lens vinū dari ijs qui am aro ſunt animo, vt obliuiſcantur doloris ſui. Iuuat quoq; laſſatū ſtomachū & infirmitatibus multis ſuccurrit, quēadmodū Paul⁹ Apoſtolus Timotheo ſcribens indicat modico vino vtendū illi ſuadēs, propter ſtomachū & frequen
2.Tim.2 tes ipſius infirmitates. Ita colligim⁹ equū bonū eſſe quoniā vſum multiplicē habet bonū valde & cō
Titum.3 modum, nimirum ferre ſeſſorē, ſiue in bello, ſiue ad negocia, currum trahere, aratro terram proſcindere aliaq; huiuſmodi. Similiter aſinus bonus eſt, quoniam bonū habet vſum, nēpe onera ferre ad cōmodū dn̄i. Ita omnes res ſimpliciter bonas eſſe probamus & nihil creatorū omnino malū: quoniam quicquid a Deo creatū eſt, aliquē habet bonū vſū: illa quoq; que videtur eſſe viliſſima, & in genere creatorū deſpectiſſima. Omnia em̄ huc ſeruiūt, hōcq; vſum habent, vt Deū in ſua eſſentia laudēt, hominiq; Diuinam in ſe & potentiā, & ſapientiā, & bonitatē, eum mōſtrent. Sic Paul⁹ Apoſtolus cōcludit nō eſſe cōtendendū verbis quoniā ad nihil vtile id eſt, niſi ad ſubuerſionē audientiū. Itē prophana & vaniloquia eſſe deuitāda, quoniā multū proficiūt ad impietatē, Item ſtultas quæſtiones & genealogias & cōtentiones & pugnas legis docet eſſe vitandas, qm̄ inutiles ſint & vanæ. ¶ Interdū vero fit cōparatio indiuiduorum ſecundū ſpeciē vel genus ſub quo ſunt poſita Vt cū quærit, num hic ſit bon⁹ equ⁹, aut hæc bona vacca. Tunc vero vſum illi⁹ ſpeciei peculiarē cōſyderare debem⁹: & ſi bonū habeat huiuſmodi vſum ad quod proponitur, bonū eſſe probatur; ſin malum

malum

malum.Exempli gratia:bonus equs eſt iſte,ſi bene ferat ſeſſorẽ,aut bene currũ ſiue aratrum trahat,aut aliquid eorũ officiorum,quæ per equos fieri ſolita ſunt recte perficiat.Si vero nullũ illorum bene impleat,malus equus dicit.Sic dicit bonus aſinus,qui bene fert onera.Bona vacca,ſi bene vitulos ꝓcreet & alat,lacq́ꝫ bonũ & multũ præbeat.Bonus dicitur canis:ſi bene latrat aduerſum nocturnos fures: bonus murileg9,ſi bene mures capiat,bonus culter,ſi bene ſcindat,bona veſtis,ſi bene tegat calorẽq́ꝫ foueat,bonus liber,ſi diſcentẽ bene erudiat,atq́ꝫ ita in cæteris,Sic in euãgelio Dñs ait,bonũ eſſe ſal,ſi nõ euanuerit,vt vſum ſuũ habeat,qui eſt ſalire carnes & a corruptiõe ſeruare.Si aũt euanuerit,vt ad nihilũ vltra valeat,iã nõ vltra bonũ eſſe ſed mittẽdũ in ſterquiliniũ.Ita in Euãgelica parabola de arbore fici dicit paterfami.Ecce iam tribus annis quæro fructũ in ficulnea,nec inuenio.Succide ergo illã,vt quid etiã terram occupat.Maximæ.Cuius vſus bonus eſt,ipſum quoq́ꝫ bonum eſt.Cuius vſus malus eſt,ipſum quoq́ꝫ malũ eſt.¶Duo autẽ hoc in loco ſunt obſeruanda.Primũ eſt,vt in iјs quę per ſe bonũ aut malũ habent vſum argumẽtemur.Non em̃ ſequitur.Peccati vſus aliquo modo bonus eſt,igitur peccatũ bonum eſt.Scandalorũ vſus bonus eſt per accidẽs,igitur ſcandala bona ſunt.Tyrannorũ vſus bonus eſt,igitur ipſi boni ſunt.Verũ eſt em̃,peccati vſum bonum eſſe,non quidẽ per ſe,cũ in ratione peccati nihil poſſit inueniri habẽs rationem vtilitatis,ſed per accidens,quatenus Deus ipſo nouit ad bonũ finem vti queadmodũ teſtatur beatus Auguſtin9 adeo bonum eſſe Deum,vt mala fieri non permitteret,niſi inde noſſet maiora bona elicere.Sic ſcandalorũ per accidens eſt bonus vſus, quatenus per ea electi exercitantur & ad coronam præparant.Propter quod dicebat in Euangelio Dominus.Neceſſe eſt vt veniant ſcandala.Sic & tyranni iuſtorumq́ꝫ oppreſſores,per accidens bonum habent vſum,Non tamen iſta ſimpliciter bona dicẽda ſunt,ſed ſimpliciter mala,Veruntamẽ ſi proprie loquamur,nõ tam ille bonus vſus

Luc.14.
Mathe.5
Lucæ.13.
Mat.18.
Lucæ.17.

nus vſus eſt rerum malarũ,quã Dei boni,qui malis ſic vti nouit.Peccatũ eñ,ipſum quidẽ in ſe nullum habet vſum ad bonũ.Deus autẽ in ſe habet,quomõ illo ad bonũ vti poſſit,videlicet ad ſuæ iuſtitiæ gloriam aduerſus illud demõſtrandã. ¶Deinde eſt cautiſſime aduertendũ,ne pro vſu abuſus ſumat̃.Locus eñ ab abuſib⁹,ſophiſtic⁹ eſt.Non eñ valet argumẽtum a rei abuſu malo,ad maliciã rei illi⁹, ſed verus vſus accipi debet.Vnde ſi quis ita in deteſtationem vini argumentet̃.Inebriari,laſciuire,luxuriari, inſanire,mala ſunt:igit̃ vinũ eſt malũ : quoniã illa omnia ex vino procedũt,& ad hoc vino vtunt̃ pleriq; homines.Mẽdoſe colligit,qui ita infert.Non eñ ab vſu vini argumentat̃,ſed ab abuſibus. Verus autem vſus vini nõ eſt inebriari,laſciuire,luxuriari,& huiuſmodi,ſed(vt ſupra dixim⁹) cor hominis honeſta & moderata letitia reficere, corporiſq; robur ſuſtentare,& releuare ſi quãdo deijci cœperit.Eſt eñ ver⁹ vſus vniuſcuiuſq; rei , officiũ ad quod a Deo facta eſt,vel id ad quod ab initio inſtituta eſt. ¶Ita nõ ſequitur,ſi malũ eſt ſine cauſa interficere, ob hoc malum eſſe gladiũ:qm̃ gladij eſt ille abuſus.Verus aũt gladij vſus eſt aduerſus hoſtes ſe tueri,aut nocentes punire,queadmodũ ait Apoſtol⁹, gladiũ portare iudicem,vt vindictam inferat male agentib⁹. Neq; ſequitur ,malã eſſe eloquentiã aut malũ ingenij acumen,quoniã plæriq; per ingenij acumẽ hæreſes erroreſq; confingunt,aut per eloquentiã ſeditiones ac ſchiſmata generãt.Qui eñ in his expẽdunt eloquẽtiam fonteq; ingenij,nõ ita vtunt̃ ſed abutunt̃ , illis quæ alioqui verũ vſum bonũ habẽt. ¶Huiuſmodi tamẽ argumẽtis ab abuſu deſumptis,mirũ,quãta impudẽtia plæriq; noſtræ huius tẽpeſtatis homines,ſacra atq; prophana,humana & diuina õnia infamẽt, tantũ non cœlũ terrę cõmiſcẽtes,res per ſe bonas & ſaluberrimas inſtitutiones,ex ſola abuſuũ cõſyderatione dãnantes,execrãtes, pedib⁹ conculcãtes.Hinc eñ ſanctiſſimũ Chriſti ſacerdotiũ contẽnunt, quod nõnulli videant̃ illo ad voluptatẽ aut quæſtũ abuti Monachatũ itẽ,quod eo ad hypocriſim multi abu-

tantur

Ab abuſu nõ valet argumẽtum.

Roma.13

tantur. Pontificũ dignitatẽ & præcellentiã, qđ multi eorũ ad ambitionẽ illa abutanẽ. Sic virginũ conuenticula dãnant, clerũ omnẽ execrãtur. Diuinorũ cultuũ cæremonias, ſanctorũ cultũ, imaginũ vſum in Eccleſijs, aliaq; huiuſmodi, Quaſi vero quicq̃ ſit tam bonũ in reb⁹ humanis, quo nõ abuti poſſit humana malicia. Quid eñ verbo Dei magis ſanctum, magis auguſtũ, magis venerandũ? Et hoc quã multi peſſime abutunẽ? Quid Dei lõganimitate meli⁹? Et illa (vt ait Paul⁹) peccatores ingrati impudenter & improbe abutunẽ ad cumulũ dãnationis, theſaurizantes ſibi irã in diẽ iudicij. Quid ſcripturis ſacris magis vtile? Et illis diabol⁹ (vt Mathæus teſtatur) ad tẽtandũ Chriſtũ abuſus eſt, atq; etiamnũ multi illius imitatores (vt Petr⁹ Apoſtol⁹ de Paulinis epiſtolis peculiariter ait) eas deprauant ad ſuã atq; aliorum perditionẽ. Deniq;, quid ipſo vero corpore & ſanguine Chriſti filij Dei præſtantius poteſt cogitari, quod Paul⁹ a multis teſtaẽ ſumi in dãnationem? Roma.2. Math.4. 2.Pet.3. 1.Cor.11.

¶ Faceſſant igiẽ ſophiſtæ iſti, cũ ſuo illo ſplẽdido loco ab abuſib⁹; deſinãtq; miſeri iudicio atq; adeo ſenſu ipſo cõmuni carẽtes, res per ſe optimas ſine cauſa præter ius & æquũ, atra notare infamia, magis autẽ ex vſu bono, vt debẽt, ſingula diſcãt cõmẽdare. Aut ſi õnino ab abuſib⁹ argumẽtari voluptati illis eſt, ſi ita illis libet, & ita decretũ eſt, accedãt huc ad pulpitum proterui pueri, & diſcant, quõ ab illo ſuo loco quẽ omnino deſerere nolũt, recte argumẽtari debeant. A malo, inquã, abuſu, dãnent nõ rem illã cuius eſt abuſus: ſed hoies ipſos, qui rebus ex ſe bonis, ſua malicia abutunẽ. Ita nõ mendoſe ſed vere colligẽt, multos monachorũ malos eſſe & deteſtãdos, quod monachatu, re bona & pia abutanẽ ad hypocriſim, ad quæſtũ, ad ambitionẽ, aliaq; huiuſmodi. Ita dialectice colligẽt, multos clericorũ dãnandos eſſe, qui in clericatu diuitias quæritãt, menſas opiparas & vitã delicijs plenã: atq; ita in cæteris. Sic argumentãtes ab abuſib⁹ malis, ad abutentiũ maliciã ſuſcipiemus illos libẽter, donec autẽ rerũ quarũ eſt abuſus maliciam, ex abuſib⁹ colligũt, ridebunẽ ſuauiter & tanquam ſo

quam ſophiſtæ pernicioſi exibilabuntur cum igno‑minia. ¶CAPVT XX.

Locus a cõmuniter accidẽtibus.

¶De loco a cõmuniter accidentibus.

AD cauſas quodãmodo pertinẽt etiã illa quæ appellanẽ cõmuniter accidẽtia nõ q̃d cauſæ ſint alterũ alteri⁹, ſed quia fære ex eadẽ cauſa vel ra‑dice procedũt, & quia ad eandẽ cauſã reducunẽ, aut certe ſic ſe videnẽ habere vt cauſa & effectus, vel vt effectus vnius tertiæ cauſæ, ex eo q̃d vnũ ſequiẽ ad alterũ, eo modo quo effectus ſequiẽ cauſã. Dicimus aũt cõmuniter accidẽtia, illa quorũ alterũ vel ſẽper vel vt plurimũ ad alterũ ſequitur. Intelligimus aũt hic ſequi ſecundũ cõſequentiã, ita vt vno poſito al‑terũ poni ſit cõſequẽs. Vnde id quod inferẽ ex alte‑ro ſequi diciẽ ad illud, etiã ſi ſcdm tempus præcedat ¶Vbi ſciendũ eſt, inter cõmuniter accidẽtia quædã inueniri ſecundũ prius & poſterius. i. quorũ vnum tempore præcedit, alterũ ſubſequiẽ. Vt in arbore pri‑us eſt frõdere quã florere, prius itẽ eſt florere quam fructũ proferre. In vite prius eſt gẽmas turgentes e‑mittere, quã folia, ac prius folia dare quã botros, Sic in muliere prius eſt concipere, poſterius parere, vel in mãmillis lac habere, prius item cũ viro cõiungi, quam cõcipere. Sic & peccare prius eſt q̃ pœnitere, & ſapere prius quã deſipere, & hoc rurſum prius eſt quã reſipiſcere. Sic iuuenẽ eſſe prius eſt q̃ ſeneſcere, & viuere prius q̃ mori, & operari prius eſt q̃ ceſſa‑re ab opere. Stare item prius eſt q̃ cadere, & cadere pri⁹ quã reſurgere. Fuiſſe quoq; in gradu nõ ſtabili prius eſt q̃ cadere, & ita in cæteris. ¶In his õnibus manifeſtũ eſt vnũ nõ eſſe alteri⁹ cauſam, vnũ tamẽ ad aliud cõſequi, vt ipſi⁹ arboris frõdere, nõ eſt cau‑ſa fructuũ, neq; productio gẽmarũ in vite, cauſa eſt ꝓductiõis vuarũ. Itẽ, ipſe cõceptus nõ eſt cauſa (pro‑prie loquẽdo) part⁹, nec peccatũ eſt cauſa ipſius pœ‑nitẽtiæ, nec vita ipſi⁹ mortis, & ita ĩ reliquis. Eſt tñ inter ea talis cohærẽtia, vt poſt alterũ ſcdm tẽpus ſe‑quaẽ alterũ. Verũ nõ idẽ eſt q̃d ſcdm tempus ſequiẽ & q̃d ſcdm vim illatiõis aut cõſequẽtię, plerũq; enĩ q̃d tẽpore ꝓcedit, ſequiẽ ſcdm cõſequẽtiã nõ econtra‑rio. ¶Vn

tio.¶Vnde in his cõmuniter accidentib⁹,argumẽ-
tandũ eſt affirmatiue,a poſitiõe poſterioris ſcd̃m tẽ
pus,ac poſitionẽ prioris,hoc modo,arbor iſta floret
igit̃ frõduit Fructũ habet ergo flores & frondes ha
buit.Vinea iſta botros ꝓfert,igit̃ floruit.Floret,igi-
tur fuit gẽmis turgida.Mulier iſta peperit,igitur cõ
cepit.Habet lac in vberib⁹,igit̃ ꝟginitatẽ perdidit.
Ita ſequit̃.Hic homo cecidit,fuit igit̃ nõ ſtabili gra
du iuxta illud Boetij.Qui cecidit,ſtabili non fuit il
" le gradu.Maxima.Cõmuniter accidentiũ ſi poſteri
us eſt,prius fuiſſe neceſſe eſt.¶E contrario valet ne
gatiue a priori ad poſteri⁹,hoc modo.Arbor iſta nõ
floruit,non igitur faciet fructũ.Mulier iſta non con
cepit,nõ igitur peperit.Non eſt vitiata hæc puella,
" necꝫ igitur lac habet in vberibus.Maxima. Cõmu-
" niter accidentiũ ſi prius nõ fuerit,nec poſterius erit
Huiuſmodi argumẽtis vti videtur Apoſtolus,cum
Rhomanis,ita ſcribit de Euãgelij fide & prædicati
one,Quomodo,inquit,inuocabũt,in quẽ nõ credi Rom.10
derunt?Quomodo aũt credẽt in eum,quẽ nõ audi-
erunt?Quomodo aũt audient ſine prędicãte?Quo-
modo prædicabunt,niſi mittãtur?Prius em̃ eſt,mit
ti prędicatores,deinde ꝓdicari,deinde audiri a præ-
dicatorib⁹,poſt hoc fidẽ haberi prædicãtibus,poſtre
mo vt inuocetur is qui prædicatus eſt. ¶Affirmati
ue autẽ a priori ſecundum tempus ad poſterius,ne-
quaquã valet argumentũ:nec item negatiue a poſte
riori ad prius.Non em̃ valet hæc conſequentia. Ar
bor iſta floruit,ergo fructum habebit:cũ ſæpe flore
ant arbores,nec ſequatur fruct⁹.Item non ſequitur.
Hæc mulier cõcepit,igitur pariet:cũ frequẽter diſ-
ſipetur poſt cõceptũ fœtus in vtero. Negatiue itẽ a
poſteriori nõ valet.Hæc mulier non peperit,igitur
non cõcepit.Non habet in mãmillis lac,igitur non
eſt cõmixta viro.Necꝫ cõſequens eſt,ſi hic nõ pœni
teat,ob hoc eum nõ peccaſſe:cũ multi peccent,qui
de peccatis nunquã agunt,necꝫ ſunt acturi pœniten
tiam. ¶Et hæc quidem quæ diximus,ita ſemper
eueniunt,id eſt,ſemper alterũ ſequitur alterũ, necꝫ
ſecundũ naturã inuenitur vnquã defect⁹. Sunt autẽ

quædã quæ licet nõ ſemper & õnino infallibiliter, tamẽ frequẽter admodũ & vt plurimũ ſe cõſequuntur:ex quib⁹ proinde etiã Dialectica ſumunẽ argumenta.Nã Dialectic⁹ non ſolũ certa & infallibilia, ſed etiã veriſimilia quærit.Exẽpla ſunt huiuſmodi. Bacchanalia hodie celebranẽ aut tẽpli encęnia, igiẽ multi inebriabunẽ,& vulnerabunẽ nõnulli.Ad cõuiuium iſtud vocati ſunt plures diuerſarũ nationũ ac gentiũ,erit igiẽ cõtẽtio & tumult⁹.Aura eſt grata & amœn⁹ dies,multi igiẽ a prãdio deambulabũt Aura eſt ingrata & plenum pluuia cœlũ,igiẽ pauci ad encęniorũ feſtã couenient.Pax eſt vbiq; terrarũ, erit igiẽ omniũ terũ copia.Bellũ inſtat,igiẽ erit annonæ caritas.Fames fuit valida,peſtis igiẽ grauis ſequetur.Hic homo moliẽ quippiã magnæ induſtrię igiẽ patebit hominũ inuidię,iuxta illud Eccleſiaſtis
Eccle.4 Omnes labores hominũ & induſtrias animaduerti patere inuidiæ proximi.Itẽ. Hi duo vicini eiuſdẽ artis & quæſt⁹ ſunt,& fære ex æquo cõcertant, igiẽ ſibijnuicẽ inuidẽt,iuxta vet⁹illud prouerbiũ. Figulus odit figulũ.Iſta quidẽ ſic cõmuniter accidũt, & ſe vt plurimũ conſequunẽ,nõ tamẽ omnino infallibiliter & neceſſario.Poteſt em̃ caſu aliquo euenire, vel ex certa cauſa,vt aliter aliquãdo cõtingat,nimirum vt priore poſito,nõ ſubſequaẽ poſteri⁹. ¶Huiuſmodi fære argumẽta ſunt õnia illa quæ a naturalibus ſignis ſumunẽ.Quale eſt illud quod Saluator
Math.16 in Euãgelio ad Iudæorũ confuſionẽ protulit,dicẽs.
Luc.12 Facto veſpere,dicitis.Serenũ erit,rubicundũ eſt em̃ cœlũ.Et manc.Hodie tẽpeſtas,rutilat em̃ triſte cœlum.Et iterũ.Cũ videritis nubẽ orientẽ ab occaſu, ſtatim dicitis.Nymb⁹ venit,& ita fit.Et cũ auſtrum flantẽ,dicitis,quia æſt⁹ erit,& fit.Hæc em̃ argumenta ſunt a cõmuniter accidentibus. Itẽ quod alibi ait de arbore fici.Cũ iã ramus eius tener fuerit,& folia nata,ſcitis quia prope eſt æſtas.Sic per tempus hyemis argumẽtamur,ex ſtellis per noctẽ limpide lucẽtibus,gelu poſtridie futurũ & frig⁹ vehemẽs. Æſtatis tẽpore ex ranarum ſuaui cõcentu & coaxatione vnanimi ſub tempus noctis,arguim⁹ noctis & diei
ſubſequẽ

ſubſequẽtis ſerenã ſuauitatẽ Ex apparẽte mane cali gine,& per ſolẽ diſſipata;arguim⁹ ſerenũ idẽ illũ fu turum.Sic ex varijs ſignis,agricolæ arguũt annorũ fertilitatẽ aut ſterilitatẽ;& ex indicijs quibuſdam in auib⁹ aut aialibus cæteris cõſyderatis,qualitatem auræ probabili æſtimatione nouerũt cõijcere.Simi liter & nautę aeris diſpoſitionẽ,ex aſpectu ventorũ & nubiũ,aut etiã ipſi⁹ maris cõiectant. ¶Pertinere huc itẽ videnť argumẽta,quib⁹ corporũ animorũq; ex corpore diſpoſitionẽ & inclinationẽ,ex lineamẽ tis membrorũ,& forma atq; habitudine corporis in quirim⁹,quod ad artẽ phyſiognomiæ aut metopoſ copiæ pertinet.Vt cũ argumẽtamur,hunc adoleſcẽ tem eſſe boni ſenſus & bene ingeniatũ,quod frontẽ habeat quaſi cornutã & bonum ſinciput: aut bonæ memorię,quod occiput habeat amplũ.Sto lidũ eſſę quẽpiã,eo quod aures habeat velut aſininas:nimiũ magnas ad proportionẽ capitis,aut fatuellũ, eo qđ nimis modicas habeat. Tumidũ & formidoloſum ex oculis magnis & prominẽtibus,ac velut ad albe dinem tendẽtibus,aut aſtutũ & callidum ex oculis paruis & interne latitantibus . Sic ex naſo aquilino magnanimitãtẽ arguim⁹,ex adunco & depreſſo fæ re auaritiã;ex oris nimia latitudine inuerecundiã & effuſum animũ,ex ei⁹ nimia anguſtia nimiã erube ſcentiã & animũ ſecretũ.Ita ex latis humeris forti tudinẽ,ex collo oblongo pectoris debilitatẽ colligi mus.Sic ex crinib⁹,ex vnguib⁹, ex digitis,& omni no ex ſingulis mẽbris argumẽta ſumunť ſatis veriſi milia,maxime vbi plura horũ ſimul conſenſerint, Opus eſt in huiuſmodi ad multa cõſyderare,& non tantũ membrũ vnicũ , vt firmior ſit illatio,& tutiſſimũ fuerit corporis ipſi⁹ totã diligẽter cõſyde rare habitudinẽ,quẽadmodũ de Pythagora legim⁹ quod adoleſcẽte ad ſe diſcẽdi cauſa veniẽtes ἐφυσιογνωμει.i.ex vultus & oris ingenio,totiuſq; corpo ris habitudinẽ explorabat,nunquid ad capiẽdas diſcipli nas eſſent idonei Et proprie quidẽ hi appellanť phy ſiognomi qui ex toti⁹ corporis figura & habitudie cõijcere norunt inclinationes & mores hominũ, ij vero qui

vero qui ex facie tantum iudicant metopoſcopi ap pellantur ἀποτοῦσκεπτειμτόμἰτωποµ.i.a frõte cõ ſyderanda. ¶ Huiuſmodi autẽ argumenta non omnino neceſſaria & cogẽtia, probabilia tamẽ atq; ſua dentia peculiariter icota appellant.i. probabilia con paratione ad concluſionẽ quæ infertur ex ipſis. Priora vero illa quæ neceſſario & perpetuo inferũt ſuum cõſequens ſigna peculiariter appellantur. Quæ quidẽ ſigna Fabius Quintilianus negat argumenta eſſe appellãda eo quod nihil relinquant dubitatiõis ſed plenam adferũt cõcluſioni certitudinem. Verũ hac in parte aduerſat illi Rodolph9 Agricola, dicẽs tanto magis ea eſſe argumẽta, quanto maiorẽ de re dubia fidẽ faciunt. Siquidẽ ab arguẽdo ſiue probando ſupra diximus argumentũ denominari. ¶ Sunt autẽ alia quædã impropriè cõmuniter accidẽtia dicta, quorũ vnũ interdũ quidẽ ſequitur alterũ, nõ tamẽ vel neceſſario vel vt plurimũ, ſed vel rarius vel indifferẽter, interdũ ſequitur interdũ non ſequitur. Ab his nõ recte ducit argumentũ Dialecticũ, ſed ſophiſticum: & ſuſpitio incerta meli9 quã probabilis opinio hinc naſcit. Vt ſi quis colligat, hunc iuuenẽ adulterũ aut fornicatorẽ eſſe, eo quod cõptior ſit & ornatior habitu ac facie. Plurimi eñ ſe cõmũt & ornãt, qui tamẽ a vitio adulterij aut fornicatiõis ſunt alieni. Itẽ ſi quis nimiũ zelotypus colligat, vxorem cũ alio viro habere negociũ, quod ſemel illã viderit cũ alio eloquẽtẽ, aut alteri arridentẽ. Aut ſi quis pauperẽ videns ad oſtiũ per rimas proſpectãtẽ, colligat, furẽ illũ eſſe, & furtũ animo meditari. Poſſunt tamẽ huiuſmodi ſuſpitiones tã multæ ſimul adferri & tam multa huiuſmodi in vnũ argumentum coaceruari, vt vel neceſſariã vel probabilẽ efficiãt illationẽ. Vt ſi quis colligat. Hic homo cũ eo qui nũc occiſus iacet hoc ipſo die iurgat9 eſt, opprobria accepit, diſſimulauit dolorẽ, domum recta abijt, inde mox gladiũ retulit ſub veſte abſconditũ, quẽ geſtare non ſolet; viſus eſt deinde ad locũ properare vbi cædes patrata eſt: vulneratus quoq; redijt, vulneris certũ aliquẽ authorẽ neſcit deſignare: probabile igi tur eſt

tur eſt, occiſo iſti hũc fuiſſe mortis authorẽ. Sic apũ Terentiũ Chremes, ex multis ſignis, ſimul coaceruatis, acute colligit. Bacchidẽ filij ſui Clitiphonis amicam eſſe, quod in cubiculũ lectus ſit allatus, quod ingreſſi peſſulum oſtio obdũt &c. ¶ Poſſunt vero ad hũc locũ a cõmuniter accidẽtibus reduci argumenta illa, quæ a prodigijs, mõſtris aut portẽtis ſumunẽ Vt cũ argumẽtamur ex cometa aut alio aliquo portẽto, magni mali aliquid vel patriæ, vel principi imminere. Quemadmodũ in libro Machabæorũ, viſis armatis equitib9 per aera diſcurrentibus atq; per ordines ſuos cõcurrentibus, colligit populus, noui & magni quippiã imminere. Propter qđ, õnes rogabãt in bonũ monſtra cõuerti, Rurſum ex viſo nouo, Iudæ Machabæi quo cõſpexit Oniam pro populo deprecantẽ. ac Hieremiã ſibi gladiũ aureum de cœlo porrigẽtem, in quo aduerſarios deuinceret, certam ſpem colligit vniuerſus exercitus futuræ victoriæ. Ita & apud Virgilium Æneas, fugiendũ e loco cõcludit, audita harpyię voce, & Anchiſes Thracia excedendũ colligit, viſo ab Ænea prodigio, cũ arborẽ e terra euellẽs ex radicibus atrum cerneret cruorem defluere. Plura huiuſmodi colligit Valerius Maximus, capite de prodigijs. Solent autem prodigia ipſa, ſua quadã qualitate indicare, quale illud ſit quod expectatur cõſequens, vtpote ſi horrorem præferat portẽtum, horribile colligitur futurum quod expectatur cõſequens. Si autem feſtiuum & lætũ fuerit prodigiũ lætũ expectatur cõſequens. Poſſunt quoq; & huc reduci gẽtiliũ auguria, auſpicia, aruſpicia, & alia diuinationũ genera. Verum ea Poetis magis vſui ſunt quã dialecticis, qui nõ niſi certa aut vt minimũ probabilia quærunt argumenta: cũ Poetis ſat ſit, aliquid inuenire, etiam ſi falſum õnino & improbabile, quod fictionibus adornent Poeticis.

2.Ma.5.

2.Mac.15

¶ CAPVT XXI.

¶ De loco a relatiue oppoſitis.

De locis ab oppoſitis.

POſt locos intrinſecos omnes tam a ſubſtantia quam a concomitãtibus ſubſtantiam determinandi ſunt loci qui appellantur extrinſeci: inter quos

ter quos primũ occurrit locus ab oppoſitis. Qui lo cus in alios quatuor ſubdiuiditur, ſcd̃m quatuor op poſitionis ſpecies. Sunt eñ quatuor oppoſitorũ ge nera, ſcd̃m quæ etiã quatuor loci differẽtes ſumunt̃ nẽpe loc⁹ a relatiue oppoſitis, loc⁹ a cõtrarie oppoſi tis, a priuatiue oppoſitis, & a cõtradictorie oppoſi tis. Quæ autẽ dicant̃ oppoſita, & quõ ſingulę hę op poſitionũ ſpecies ab inuicẽ differãt, copioſe dictum eſt li.2. in tractatu de poſtprædicamẽtis. Nunc autẽ dicendũ quib⁹ modis in ſingulis harũ oppoſitionũ ſit argumentandũ. Hoc autẽ generaliter in õnibus verũ eſt, ab affirmatione vni⁹ oppoſitorũ ad alteri us negationẽ valere argumentũ. Nimirũ de ratione oppoſitiõis hoc eſt, vt ſimul de eodẽ dici nõ poſſint quẽadmodũ ex definitione oppoſitionis cõſtat. Eſt eñ oppoſitio terminorũ aliquorꝝ repugnãtia. Non pugnant autẽ, quę ſimul eidẽ conuenire poſſunt. In õnibus ergo oppoſitis ab vnius affirmatione valet argumentũ ad negationẽ alterius iuxta hanc maxi mam õnibus generalẽ. De quocunq; affirmat̃ vnũ oppoſitorũ de eodẽ negatur alterũ. ¶In relatiue op poſitis hæc ſint exẽpla Anchyſes pater fuit Æneæ, igit̃ non fuit eius fili⁹. Pyrrhus fuit Achillis filius, igitur non fuit pater eiuſdem. Maria eſt Annæ filia non eſt ergo mater eiuſdem. Vbi obſeruandæ ſunt particulæ, ad idẽ & ſcd̃m idem. Non eñ ſimpliciter ſequit̃. Hic eſt pater, ergo nõ eſt filius õnino alicui⁹ ſed inferri debet. Igit̃ non eſt eiuſdẽ filius, eius vide licet cui⁹ dictus eſt eſſe pater. Neq; ſequit̃. Dauid eſt pater Chriſti, igit̃ non eſt fili⁹ eius. Scd̃m nãq; Diui nitatem, dicit̃ Dauid fili⁹ Chriſti: ſcd̃m humanitatẽ vero, eiuſdẽ pater dicit̃. Recte tamẽ ſequitur ſi pater Chriſti eſt Dauid non ſcd̃m idem eũ eſſe eiuſdẽ fili um. Similiter nõ ſequit̃. Hic homo eſt illi prælatus aut illo ſuperior, igitur nõ eſt eidẽ ſubditus aut eo dem inferior. Poteſt eñ eidẽ homini quis eſſe in ali quo prælat⁹, in alio ſubiect⁹, in vno ſuperior, & dig nior, in altero inferior ac min⁹ dign⁹. Qua de re a pud Aulum Gel. in noctibus Atticis iucunda inter patrẽ & filiũ legitur concertatio. Seruata autẽ parti

De lo „ co a re „ latie op poſitis.

cula ſeq̃ũ

culá ſecundũ idem valet illatio. Cæterũ ab vni9 negatione ad alterius affirmationẽ non valet. Nõ enim ſi ego tu9 pater nom ſim, ob hoc fili9 tuus ero Neq; enim pater tuus ſum neq; fili9. ¶Sub hoc autẽ loco alius notat, nomine quidẽ ſimilis, non tamen re idẽ nec eundẽ argumentãdi modũ habens, qui dicit locus a relatiuis. Aliud enim ſunt relatiua, aliud relatiue oppoſita. Relatiua dicunt cum ſimpliciter ſumũtur ſine cõparatione ad idẽ. Vt pater & filius, Dñs & ſeruus. prælat9 & ſubdit9. Relatiue autẽ oppoſita proprie dicim9 quando cõparatione ad idẽ aſſignantur, hoc pacto pater & fili9 eius: dñs & ſeruus eius, prælat9 & eius ſubdit9. Quidã etiam adiectũ volũt pronomẽ demonſtrans hoc modo aſſignãtes relatiue oppoſita, pater & hic ſuus fili9, dñs & hic ſeruus eius. Verũ ſic nimiũ videtur reſtringi alterũ oppoſitorum, & ſpeciei vel generi aſſignat pro oppoſito indiuiduũ, quod parũ conueniens videt. Vnde pręſtat in generali abſq; demõſtratione aſſignare relatiue oppoſita, & particulã tantũ ſubintelligere, ſcd̃m idem. Illa enim intellecta, non erit quærimonia, id qđ in libro ſcd̃o ex Boetij ſentẽtia cõprobauim9. ¶Ex hoc autẽ loco a relatiuis, procedim9 ab vnius poſitione ad poſitionẽ alterius, atq; itẽ ab vni9 negatione ad negationẽ alterius. Vt ſi pater eſt, fili9 eſt, & ecõtrario: ſi dñs eſt, ſeruus eſt, & econtrario. Ac rurſum ſi nõ eſt dñs, non eſt ſeruus: ſi nõ eſt pater nõ eſt fili9

„ Maximæ. Poſito vno relatiuorũ, ponitur & alterũ.

„ Ablato vno relatiuorũ, aufertur & alterũ. Non in omnibus tamen relatiuis generaliter valet hic modus argumentandi. In iis enim quorũ alterũ ſignificat cũ ampliatione aliqua nõ valet. Non enim ſequitur. Prius eſt, igitur poſteri9 eſt. Scibile eſt, igitur ſciẽtia eſt. Senſibile eſt, igitur ſenſus eſt. De his autẽ pleni9 dictũ eſt libro ſecundo, in tractatu de adaliquid, circa proprietatẽ illam. Adaliquid dicuntur ſimul eſſe natura. ¶Sub hoc loco cõpræhenditur mod9 argumentandi a v̄bo actiuo ad paſſiuũ. Ioannes percutit Petrũ, igitur Petr9 percutit a Ioãne. Herodes interfecit Ioannẽ, ergo Ioãnes interfect9 eſt ab Herode. Et

De loco a relatiuis.

Igitur non eſt videns:videt, igitur non eſt cæcus, mutus eſt,igitur non poteſt loqui,loquitur,ergo nõ eſt mutus,ſurdus eſt,igitur non poteſt audire : dormit,igitur nõ vigilat:aer eſt tenebroſus,non igitur lucidus.A negatione vero ad affirmationẽ,nõ vniuerſaliter valet.Non enim ſequitur, lapis nõ poteſt videre,igitur eſt cæcus.Neq; enim videns neq; cæcus eſt lapis.Veruntamen ſi accipiamus ſubiectum ſuſceptibile,& tẽpus a natura determinatum ſignemus,valebit a negatiõe ad affirmationẽ, hoc modo Homo iſte nõ poteſt videre,cũ tamẽ iam adſit tempus a natura determinatũ,quo ſolent videre homines,igitur cæcus eſt,Puer iſte non poteſt loqui, & tempus tranſijt a natura determinatum,quo ſolet loquela donari,igitur mut⁹ eſt. Homo iſte dentes nõ habet,& tempus iam tranſijt a natura dentibus acquirendis determinatũ,igitur eſt edentulus.Signanter autem,temporis huius oportet mẽtionem fieri. Sine hoc eñ coaſſumpto,non valet argumentum. Catulus iſte primo die quo partu eſt editus.non videt,imo nec videre poteſt,igitur eſt cæcus.Puer iſte ſtatim poſtquam nat⁹ eſt dentes nõ habet,igitur eſt edentulus:non poteſt ambulare, igitur eſt claudus. ¶Eſt autẽ hic notandum,quod termini priuatiui ſiue priuationem ſignificantes, nõ puram negationẽ ſignificant,ſed aliquid ponũt & aliquid tollunt. Ponunt eñ quãdam naturalem aptitudinẽ, & tollunt potentiam.Id quod aperte patet in terminorũ eiuſmodi explicatione.Cæcus eñ dicitur,non omne id ſimpliciter quod non poteſt videre. Nemo eñ lapides appellat cæcos.Illud autem dicitur cæcũ , quod cum naturaliter aptum ſit habere viſiuã potentiam illam tamen non habet.Vt omnis homo ex ſua ſpecie & natura aptus eſt ad habẽdum viſum: quoniã pene omnes homĩes illã potentiã ex natura accipiunt.Quiſquis igiť hominũ viſum non habet, recte illo priuatus dicetur,& cæcus.Ita dicitur mutus & loquela,priuatus,cui ex natura competit loqui,negatur tamen ei & loqui non poteſt,Ita non dicitur quis priuat⁹ regno,niſi qui nat⁹ ſit habere regnum,

id eſt

id eſt,cui quodãmodo a natura vel origine vel ex iure debetur regnũ.Nam cui non cõpetit,vel ex naturali ſucceſſione vel ex electiqne, regnum habere, hic & ſi regnũ non habeat,regno tamẽ priuari non dicitur.Ita nõ dicitur exheredari aut priuari hæreditate filiꝰ ex adulterio natꝰ,quãuis cum alijs legitimis filijs nõ accipiat hæreditatẽ.quoniã ad illũ non ſpectat hæreditas quæ ſolis cõpetit legitimis filijs. Si autẽ is cui cõpetit hæreditas,illã non accipiat,exhæredari ille recte dicet.Ita bruta nõ dicuntur priuari cœleſti beatitudine,ſed dæmones & hoĩes mali illa priuãtur:qm̃ eam nunquã aſſequẽtur:cum tamen ex ſuæ conditionis præcellẽtia illius ſint capaces,& ab initio ad eam poſſidendã ſint conditi.

¶CAPVT XXIIII.

¶De contradictoriæ oppoſitis.

IN contradictorie autẽ oppoſitis, argumẽtamur dupliciter.Primũ quidẽ,in propoſitionibꝰ cõtradictorijs,hoc modo.Si verũ eſt, omnẽ hominẽ eſſe mortalẽ,falſum eſt,aliquẽ hominẽ nõ eſſe mortalẽ,& ſi illud falſum eſt,hoc verũ erit. Vel ſi illud eſt verũ,hoc nõ eſt verũ,& ſi illud nõ eſt verũ,hoc erit verũ.Maxima.Cõtradictoriæ propoſitiones nõ poſſunt ambæ ſimul eſſe veræ aut falſæ. ¶In terminis autẽ contradictorijs,ſemper valet ab vniꝰ affirmatione ad alteriꝰ negationẽ,& viciſſim ab vnius negatione ad affirmationẽ alterius.Cuiuſmodi conſequentias tractat Ariſtoteles libro ſecũdo perihermenias appellãs eas a termino finito ad infinitũ, & ab infinito ad finitũ.Vt Petrus eſt homo, igitur nõ eſt nõ homo;lignũ eſt nõ homo, igitur non eſt homo.Ac rurſum,ſi lapis nõ eſt homo,igiẽ eſt non homo:& ſi nõ eſt nõ homo,homo ſit neceſſe eſt. Vbi propter cauillationẽ ſubaudiri poteſt in antecedẽte, cum ſit:vel in conſequente,ſi ſit hoc modo.Si lapis eſt & nõ eſt homo,igitur eſt non homo.Vel ſic.Lapis nõ eſt homo igitur ſi ſit eſt nõ homo.¶Non eſt autẽ opus hic accipere ſubiectũ aliqđ peculiare,ſed in õmibu svalet illatio:quoniã inter contradictorie oppoſita(vt pleniꝰ declaratũ eſt in poſt prædicamẽtis)nul

ſis)nullum omnino eſt dare mediũ de quo vel ambo negentur vel ambo prædicentur. Propter hoc in omnibus valet, tam a negatione ad affirmationem quam econtrario. Maxima. De quolibet eſt affirmatio vel negatio, de nullo vero ſimul.

CAPVT XXV.

De locis qui appellantur a contrario & in ipſo.

Signantur autẽ ab Ariſtotele & alij duo loci, qui fiunt in terminis aliqua prædictarum oppoſitionum oppoſitis, qui vocatur locus a cõtrario & locus in ipſo. Quando em̃ duo adinuicẽ coniungũtur in antecedẽte, & his duob9 oppoſita coniunguntur adinuicẽ in conſequente, argumẽtatio fieri dicitur a cõtrario vel in ipſo. A contrario quidẽ ſi in cõcluſione muteť ſitus, ita vt oppoſitũ ſubiecti antecedentis ponať pro prædicato concluſionis, & oppoſitum prædicati antecedẽtis ponatur pro ſubiecto cõcluſionis. Vt in hac argumẽtatione. Homo eſt aĩal, igitur nõ animal eſt nõ homo. In ipſo vero ſi in cõcluſione idẽ ſerueť ordo, vt oppoſitũ ſubiecti antecedentis ſit itẽ ſubiectũ in concluſione & prædicati antecedẽtis oppoſitũ in cõcluſione ſimiliter prædicati locũ obtineat. Vt cũ ſic colligimus. Humilitas ꝟtus eſt, igitur ſuperbia vitiũ. Videtur autem hæc denominatio ſumpta ex terminoꝝ oppoſitoꝝ ordine. A contrario em̃ ducitur argumentũ quãdo ordine cõtrario locantur oppoſita in antecedẽte & conſequẽte. In ipſo vero quado in eodẽ ipſo ordine conſequens habet oppoſita quo in antecedẽte. Conſequentia autẽ quæ in ipſo diciť, maxime fit in cõtrarijs & relatiuis. In cõtrarijs ad hunc modũ. Humilitas eſt virtus igitur ſuperbia vitiũ. Modeſtia eſt laudabilis, igitur immodeſtia eſt vituperabilis. Humilitas Deo & hominib9 grata eſt, igitur ſuperbia odibilis. Si pulchra eſt vrbanitas, indecora eſt ruſticitas Si decet iuuenẽ verecundia dedecet inuerecundia. Qui ſophiſtice loquiť odibilis eſt, qui igiť veraciter & ſyncere loquiť amabilis. Maturitas bene cõſulit, igitur præcipitatio male. Quæ compendioſa amplectẽda ſunt, igitur quæ prolixa fugiẽda. Quod ſimul

Loci a cõtrario & i ipſo.

 vtile eſt

vtile eſt & dulce præ õnibus eligẽdũ (iuxta illud Poetæ. Omne tulit punctũ qui miſcuit vtile dulci) igitur quod & aſperum eſt & inutile, omniũ maxime deteſtandũ. Vera ſcientia humilẽ facit & benignum, ſophiſtica igitur inflatũ & iracundum reddit. Manſuetudo placat, igitur immitis cõtenſio exacerbat. Reſponſio mollis frãgit irã, amara igiẽ exagitabit. ¶ In relatiue autẽ oppoſitis ſic argumentamur, in ipſo eodẽ terminorum ordine. Pater eſt dignior, filius ergo minus dignus. Pater eſt prior dignitate & origine, igiẽ filius poſterior. Pater eſt ſuprapoſit⁹ filio, filius igiẽ patri ſubiect⁹. Pater eſt filij vel filiũ habet, fili⁹ ergo patris eſt vel patrem habet. Vir caput eſt vxoris ipſiq; a Deo prælat⁹, vxor ergo per Deũ eſt viro ſubdita. Reges & principes a Deo ſunt prælati populo, popul⁹ igiẽ iure Diuino debet illis eſſe ſubiectus. Imperatoris eſt imperare, militũ ergo eſt parere. Præceptoris eſt docere, diſcipuli igitur diſcere. Dñi eſt præcipere, ſerui ergo obedire. Ita in cæteris. ¶ Locus aũt a cõtrario vel oppoſito ordine frequentius fit in priuatiue & cõtradictorie oppoſitis. In priuatiue oppoſitis hoc modo. Qui habet viſum habet ſenſum, igitur qui caret ſenſu caret viſu. Qui habet virtutem habet laudem & gloriã, igitur qui ſine laude eſt & inglorius virtute caret. Qui habet hæreditatem hæres eſt, qui ergo exhæredat⁹ eſt, hæreditate caret. Qui ſcientiam habet ornamentũ habet animæ ſuæ, igitur qui ornatu caret animæ caret & ſcientia. ¶ In contradictorijs item ſic, Iuſtitia eſt virt⁹, igitur quod non eſt virtus nõ eſt iuſtitia. Qui timet Dominũ faciet bona, igiẽ qui bona non facit nõ timet Dominũ. Qui prudens eſt dum tẽpus habet operatur bonũ, igitur qui non operatur bonum dum tempus habet nõ eſt prudens. ¶ Contra vero in oppoſitis priuatiue vel contradictorie loc⁹ in ipſo vniuerſaliter nõ valet. Non eñ ſequitur. Omne quod habet viſum habet ſenſum, igitur omne quod caret viſu caret ſenſu. Omnis qui habet abũdantiã auri & argenti diues eſt, igitur qui caret auro & argento pauper eſt aut caret diuitijs. Poteſt enim quis

eſſe diues

eſſe diues in alijs poſſeſſionibus ægrorum & armẽtorum,cuiuſmodi erant illæ priſcorũ patrum præcipuę diuitię,multo iſtis inanimatis metallo℞ cumulis meliores ac præſtantiores. Nec in cõtradictorijs ſequitur homo eſt anial,igitur quod non eſt homo nõ eſt animal.In oppoſitis tamẽ contrarie & relatiue valebit interdũ a cõtrario conſequentia, vtpote cũ in particularib⁹ proceditur enunciationibus.Vt ſequitur.Humilitas eſt virt⁹,igitur quoddã vitium eſt ſuperbia.Pater eſt dignior, igitur aliquid minus dignum eſt filius.In vniuerſalib⁹ tamen enũciationibus aut indefinitis pro vniuerſalib⁹ acceptis, non valebit.Non eñ ſequitur.Omnis humilitas eſt virtus,igitur omne vitiũ eſt ſuperbia.Omnis pater eſt dignior,igitur omne quod eſt minus dignum eſt filius.Nam & ſeruus minus dignus eſt,nõ tamen eſt filius.¶Interdum vero in argumentationibus iſtis fit permixtio oppoſito℞ diuerſi generis adinucem Vt cum ita argumentamur.Iuſti imperpetuum viuent,igitur iniuſti imperpetuũ morientur.Iuſti hæreditate poſſidebũt terrã viuentiũ,igitur iniuſti auferentur & exhæredabũtur a terra illa.Beati pauperes ſpiritu quoniã ipſo℞ eſt regnũ cœlorũ ergo væ & miſeria diuitibus & inflatis ſpiritu:qm̃ ipſorum nõ eſt regnũ cœlorũ.Si nõ ſunt expetendæ diuitiæ, paupertas nõ eſt fugiẽda,Quia lumen viſum oblectat,tenebrę cõtriſtant.Scientia ornat aiam,ignorãtia igitur dedecorat.Labor bon⁹ & ſanctus eſt,ocyum igitur malũ & execrandũ.In his eñ,ſimul contraria cũ priuatiuis vel cõtradictorijs cõmiſcentur. ¶Huiuſmodi autẽ exẽplis plena eſt omnis ſcriptura,maxime eorũ librorũ,qui ſapientiales nominantur,in quibus id paſſim occurrit, vt quod in priori ſentẽtiæ cuiuſlibet mẽbro dicitur de iuſtis, eius oppoſitũ in altera parte dicatur, vel ſecundum eundẽ ordinẽ,vel ſecũdum ordinẽ commutatũ, de impijs Expende videlicet caput decimũ parabolarũ Salomonis:plura illic manifeſte videbis ſic ex oppoſito pulchre dicta.Cuiuſmodi eſt illud in principio.Filius ſapiẽs lætificat patrẽ;filius vero ſtultus mœſticia

eſt matris ſuæ. Ac deinde. Ægeſtatē operata eſt manus remiſſa, manus autē fortiū diuitias parat. Item. Qui cōgregat in meſſe, filius ſapiēs eſt: qui autē ſtertit æſtate, filius eſt cōcluſionis. Rurſum memoria iuſti cum laudib9, nomē impiorū putreſcet. Similiter capite vndecimo. Vbi fuerit ſuperbia, ibi erit & cōtumelia: vbi autē eſt humilitas, ibi & ſapientia. Itē. Qui ambulat fraudulenter, reuelat arcana; qui autē fidelis eſt animi, celat cōmiſſum. Item. Qui abſcondit frumenta, maledicetur in populis, benedictio autem ſuper caput vendentium. Huiuſmodi exempla mille quilibet per ſe ex libris illis plenis eruditione bona, colligere facile poterit. Sed & Pſalmorum liber huiuſmodi comparationib9 ſcatet, quæ miram habent vim ad affectū commouēdum, cū ſic oppoſitis iuxta ſeinuicē collatis ambo clarius eluceſcant & virtutis commodum, & vitiorum incommoda.

CAPVT. XXVI.

De loco a diſparatis.

Locus a diſparatis.

A Diſparatis quoq; ſicut ab oppoſitis ſumuntur argumēta, ab affirmatiōe vnius ad negatiōnē alterius, hoc modo. Ioānes eſt homo, igitur non eſt aſinus, vel leo, vel arbor, vel aliquid huiuſmodi, quod ab homīe protſus ſeparatū eſt. A negatione autē ad affirmationem, minime valet argumētatio. Non enī ſequitur. Ioannes nō eſt leo, igitur aſinus erit aut bos aut equus. Maxima. Cuicunq; cōuenit vnum diſparatorū, eidem non cōuenit alterū. Quæ aūt dicātur diſparata, & quomodo ab oppoſitis differāt, prolixe ſatis & dilucide in poſtprædicamētis tractatū eſt, vt ſuperuacanea repetitione hoc in loco nihil ſit opus. In ōnibus autē his locis oppoſitorū atq; diſparatorū, generaliter hoc eſt aduertendum; quoties ab affirmatione vnius ad alterius negationem volum9 argumentari, debere oppoſita ſumi pro prædicatis, & quidē totalibus. Nam ſi ponantur oppoſita ex parte ſubiecti, nōn valebit ſic in eis argumentatio. Non enī ſequitur. Albū eſt, igitur nigrum non eſt. Albū eſt coloratū, igitur nigrū nō eſt coloratum. Quod videt eſt animal, igitur quod

cœcum eſt nō eſt animal. Pater eſt homo, igitur filius eius non eſt homo. Itē ſi oppoſita ſumātur tantū vt partes minuſprincipales prædicati, non valebit ſimiliter argumentatio. Vt non ſequitur. Video album, igitur non video nigrū. Poſſideo iumenta videntia, nō igitur cæca. Poſſideo aſinū, nō igitur poſſideo bouē. Veruntamē ſi oppoſita ſumātur vt partes principales, valebit argumētatio, nō minus q̄ ſi per ſe tota eſſent extrema. Recte em̄ ſequit̄ a cōtrarijs. Hic eſt homo albus, igitur non eſt homo niger Hoc eſt animal ſanū, igitur non eſt animal ægrum.

¶CAPVT XXVII.

¶De loco a maiori.

SVmuntur quoq; argumēta, tā Dialecticis quā Rhetoribus ad perſuadēdum bene accōmoda a rerum cōparationibus. Cōparatio autē fit, interdum maioris ad min⁹, interdū minoris ad mai⁹, interdum ſimilium. Atq; hinc loci naſcunt̄ a maiori, a minori, a ſimili, A maiori dicit̄ ſumi argumētum quādo ab eo quod magis apparet, procedim⁹, ad id quod min⁹ apparet. Maius em̄ in propoſito, non ſecundū quantitatē mo'is eſt accipiendū, ſed ſecundū maiorē probabilitatē. Vnde id quod habet maiorē probabilitatē veritatis, aut quod probabili⁹ faciliuſ q̄ alicui videtur cōuenire, aut cui aliquid probabilius videt̄ conuenire, id maius dicitur, cōparatione ad alterū quod minorē videtur habere probabilitatem, aut min⁹ probabiliter cōuenire alicui. Exempli gratia, regē expugnare ciuitatē maius eſt: ducem aut comitē expugnare ciuitatē eandē minus eſt. Magis em̄ probabile eſt regē expugnare quā ducē, & facilius illud proponēti, creditur quā iſti. Item expugnare caſtrū in propoſito eſt maius: expugnare validam ciuitatē minus: quoniā facilius & probabilius alicui cōuenit expugnare caſtrū, quā validā ciuitatem hoc autē min⁹ probabiliter alicui cōuenire creditur q̄ illud, Ideo min⁹ dicit̄. ¶Fit autē argumentum a maiore negatiue tantū, idq; trib⁹ modis. Primum ex parte ſubiecti tantū. Rex fortiſſim⁹ hāc ciuitatem nō poterit expugnare, neq; igitur dux aut comes

Locus a maiori.

comes impotẽtior eandem poterit expugnare. Ipſe quidẽ Cicero aut Demoſthenes:cauſam hãc nõ poſſet defendere,multo min⁹ igiẽ ali⁹ quilibet ex vulgo oratorũ.Hectoris manu nõ potuit.Troia defendi,igitur neq; manu Æneę defendi potuit.Cuiuſmodi argumentũ apparẽs Æneę Hector,his innuit verbis.Si pergama dextra defendi poſſent etiã hac defenſa fuiſſent.Sic in Euangelio Dñs ait,Neq; paſſer vn⁹ ſuper terrã cadit ſine patris cœleſtis ordinatiõe & volũtate.igitur neq; ſanctorꝝ aliquis ſine patris diſpoſitione cadet,quoniã pluris apud Deũ ſunt rationales homines,quam irrationales paſſerculi.Ac
Math.10 rurſum.Capill⁹ de capite veſtro non peribit, multo min⁹ igiẽ aut corpus aut aĩa vobis peribit. Magis enĩ apparet,poſſe capillũ de capite perire,quã corp⁹ totũ vel animã perdi.¶ Scđo fit argumentũ a maiori,ex parte prædicati,hoc modo.Si exercit⁹ iſte uõ ſufficit arcẽ expugnare parũ munitã,neq; ciuitatem fortiorẽ meliuſq; munitã expugnare poterit.Si non ſufficit hic homo geſtãdo oneri.100.pondo.neq; oneri.200.põdo ſufficiet.Si nõ eſt quis paratus bona tẽporalia in proximos expẽdere,multominus aĩam pro eis ponere volet.Si ꝓpter Dei amorẽ neq; ver-
Math,6. bulum durũ ferre poſſim⁹,multo min⁹ acerbã mortem pro eo quis ferre valet.Si(iuxta Dñi verbum) non poteſt quis ſua ſollicitudine adijcere ad ſtaturã ſuã cubitũ vnũ,aut capillũ vnũ albũ facere vel nigrum,neq; maius aliquid per ſeipſum ſine Deo efficere poterit,Si(vt Apoſtolus ait)nec cogitare ali-
2.Cor.3. quid ex nobis tanquam ex nobis ſufficientes ſum⁹ multominus ad peragendũ ardui operis aliquid in
1.Ioã,4. ueniemur idonei.Sic(iuxta Apoſtolũ Ioãnem)qui proximũ nõ diligit quem videt.Deũ quomodo diliget quem non videt? ¶ Tertio valet argumentum ex parte ſubiecti ſimul & prædicati, hoc pacto Vir robuſtus non ſufficit.500.pondo oneri geſtando,non igitur adoleſcens aut puer imbecillior ſufficiet oneri.1000.pondo geſtando. Sũmo ingenio & inexhauſto labore Philoſophi, maximis laboribus non potuerunt vel vni⁹ infimarũ creaturarum perfectã aſſe

ſectam aſſequi cognitionē: nos igitur qui ingenio nō præſtamus,& laborē fugimus,altiſſimarū rerum nequaquā valebim⁹ plenā aſſequi cognitionē. Omnium aūt harū argumētationū vna eſt cōfirmatiua
„ maxima,talis:Si id quod magis videt̃ nō eſt verū,
„ neq; id qđ minus videt̃,verū erit.Ariſtoteles vero ſingulis modis ſingulas aſſignat maximas,dicens.
„ Vno de duob⁹ dicto,ſi cui magis videtur ineſſe nō
„ ineſt,nec cui minus videtur ineſſe inerit. Duobus
„ de vno dictis,ſi quod magis videtur ineſſe nō ineſt
„ nec quod minus videt̃ ineſſe inerit.Duobus de duobus
„ dictis,ſi quod alteri magis videt̃ ineſſe nō ineſt,nec reliquum reliquo inerit.Prima maxima primo modo ſeruit,ſecūda ſecundo,tertia tertio. Affirmatiue autē,a maiori nunquā valebit argumētum. Non enī ſequit̃.Vir robuſt⁹ huic oneri ſufficit,igit̃ puer imbecillis.Hic poteſt ferre decē pondo, igitur centū.Non enī oportet ſi in quod magis videt̃ ita ſe habeat,ob hoc id quoq; quod minus videtur ita ſe habere.

¶CAPVT XXVIII.

¶De loco a minori.

A Minori ecōtrario valet affirmatiue nec aliter quā affirmatiue,tot modis quot ſupra diximus valere a maiori negatiue. Ex parte ſubiecti ſic,Puerul⁹ rem tam modicam ferre poteſt ergo & adoleſcens robuſtior.Ethnici homines diligunt ſibi benefacientes,multo magis igitur Chriſtiani.Sæculi hui⁹ milites pro fide erga regē ſuū multa & dura ferunt geruntq; grādia,multo igitur magis ſpiritualis militiæ cultores pro fide erga ſuū regem & magna agent & patientur grauia. Formica animal irrationale dum temp⁹ eſt ſibi proſpicit,igit̃ multomagis rationalis homo dum tēpus habet ſibi debet proſpicere.Si ſanctiſſimus Dauid, ſapientiſſimus Salomō.Sāpſon fortiſſim⁹,& ab vtero matris nazare⁹,per mulieres Deū offenderūt:& nos igit̃ qui illis ſapiētia fortitudine & ſanctitate lōge ſum⁹ inferiores,per illas niſi diligētiſſime caueam⁹,ſeduci poterim⁹.Sic Ioānes argumentat̃,dicēs.Si Chriſtus nos dilexit & pro nobis mortuus eſt.& nos de

Locus a minori

1.Ioan.3.

bemus fratres diligere ac pro eis animas ponere. Ita Paul⁹ Apoſtolus legẽ veterẽ cũ noua comparat, in
He.2. hāc ſententiā. Si lex illa quę per angelos data eſt vim habuit obligatiōis, ita vt trāſgrediẽtes pœnę ſtatutæ eſſet obnoxij: multo magis lex noua, quā per ſemet ipſum fili⁹ Dei in mũdo ꝑdicauit ſumma obſeruati one debet cuſtodiri, erũtq; multomagis pœnę obno xij qui eā fuerint tranſgreſſi, Ita apud Ioānem Dñs
Ioan.13. Si ego laui pedes veſtros Dñs & magiſter, & vos debetis alter alterius lauare pedes. ¶ Ex parte prædicati, hoc pacto argumētamur. Si hic ꝓ Chri amo re etiā vitā tẽporalē parat⁹ eſt perdere, multomagis & ōnia fortunæ bona. Sic Apſs apud Romanos ar
Roma.8 gumẽtatur dicēs, De⁹ proprio filio ſuo nō pepercit. ſed pro nobis ōnibus tradidit illũ: quō nō etiā cũ il
Hebr.12 lo nobis ōnia donauit? Rurſum apud Hebræos. Patres, inquit, carnis noſtræ eruditores habuimus, & reuerebamur eos, quātomagis obtẽperabimus patri
Mathe.6 ſpirituū & viuem⁹? Et ipſe in Euāgelio Dñs. Si De us ſic veſtit liliũ agri qđ hodie eſt & cras i clibanũ mittit, ſtuāto magis vos modicæ fidei? Et ſi aues cœ li quæ neq; ſerũt neq; metũt neq; in horrea congre gant, De⁹ ſic paſcit: quāto magis vos modicæ fidei? Si corp⁹ dedit & animā, eſcā quoq; dabit & veſtimẽ tum. ¶ Ex parte vtriuſq; extremi ſic argumẽtamur Chriſt⁹ pro nobis grauiſſima tulit ſupplicia, nos igi tur vel modica pro eius amore ferre debebim⁹. Sæculi milites pro tẽporali præmio grauiſſima patien ter ferunt, Chriſti ergo milites pro præmio æterno vel modica quæ occurrunt libẽter ſuſtinebũt. Chrs Dñs noſter totas pro nobis in oratione noctes trāſe git inſomnes, nos ergo ſerui eius nō poterimus vel vna horā ad orationē vigilare. Sic apud Virgilium Iuno argumentat Pallas vulgaris dea, ob vnius cul pam, potuit totā claſſem nauiũ exurere: ergo & ego quæ ſum deoꝝ atq; dearum regina, potero vt mini mum regē Troianoꝝ mihi inuiſum ab Italia auertere, ne ibi regnet. Itē apđ Iouē Venus pro Ænea ſic argumētatur. Antenor homo nō ita magni generis aut nominis, potuit elapſus Græcorũ manibus per

vaſiſſi

vaſtiſſima maria requiē certā inuenire,atq; etiā vrbem condere:igiť multo magis æquū eſt,vt me⁹ filius tuus nepos Æneas poſt tot pericula,ſaltē portū bonū accipiat,& tutā ſedē obtineat. ¶ Primū argumentū Virgilius his claudit verſibus,Iunonē inducens flammato corde iſta volutantem.

Mene incœpto deſiſtere victam?
Nec poſſe Italia Teucrorum auertere regem?
Quippe vetor fatis,Pallas n. exurere claſſem
Argiuum,atq; ipſos potuit ſubmergere ponto
Vnius ob noxam & furias Aiacis Oili?
Ipſa Iouis rapidum iaculata e nubibus ignem
Deſiecitq; rates,euertitq; æquora ventis.
Aſt ego quæ diuum incedo regina,Iouiſq;
Et ſoror & coniunx,vna cum gente tot annos
Bella gero:& quiſquam numen Iunonis adoret
Præterea,aut ſupplex aris imponet honorem?

Secundū vero his deſcribit verſibus,Venerem pro filio Ænea Ioui ita loquentem inducens.

Quem das finem rex magne laborum?
Antenor potuit medijs elapſus Achiuis
Illyricos penetrare ſinus,atq; intima tutus
Regna Lyburnorum,& fontem ſuperare Tymaui,
Hic tamen ille vrbem Patauï ſedeſq; locauit
Teucrorum & genti nomen dedit,armaq; fixit
Troia,nunc placida compoſtus pace quieſcit
Nos tua progenies,cæli quibus annuis arcem,
Nauibus(infandum)amiſſis,vnius ob iram.
Prodimur,atq; Italis longe diſiungimur oris
Hic pietatis honos.ſic nos in ſceptra reponis?

¶ Porro de maximis huius loci proportionabiliter dicēdū eſt quō ſupra diximꝰ in loco a maiori. Omnium em̄ argumentoꝝ vna cōfirmatiua maxīa poteſt hæc aſſignari. Si id quod minꝰ videtur verum eſt,id quoq; quod magis videtur verū erit. Secundum vero Ariſtotelē tribus diuerſis modis tres diuerſæ aſſignanť hæ maximæ. Vno de duobꝰ dicto, ſi cui minus videtur ineſſe ineſt, etiā illi cui magis videť ineſſe inerit. Duobꝰ de vno dictis,ſi id quod minus videť ineſſe ineſt,etiam id quod magis videtur ineſſe

tur ĩneſſe inerit.Duob⁹ de duobus dictis,ſi quod al teri minus videtur ineſſe ineſt,& reliquũ reliquo.
¶Eſt quoq; caute in his duobus locis aduertendũ, ne pro maiori min⁹,aut ecõtrario pro minore maius accipiatur.Frequẽs eñ & facilis eſt in hac re fallacia,vt argumẽtum quod vere a minori ſumit, ex iſtimetur ſumptũ a maiori & econtrario.Cui⁹ erroris cauſa eſt,quia plærũq; id quod quãtitate(vtpote vel mole vel numero)maius eſt,minus cenſetur in propoſito:contra vero min⁹,id quod mole vel numero mai⁹ eſt.Exẽpli gratia,portare centũ pondo, quantitate mai⁹ eſt quã portare tantũ viginti.Illud tamẽ in propoſito min⁹ eſt:quoniã min⁹ apparẽter illud alicui cõuenit quam iſtud.Facili⁹ eñ de vno quoq; credit,quod poſſit geſtare decẽ pondo,quam centũ.Ita cũ dicim⁹.De⁹ fecit cœlum & terrã,ergo & glebã poteſt facere,apparet ſecundũ ſpeciẽ argumentũ eſſe a maiori eo quod maius videatur ſcdm rem & pondus,operis,creare cœlũ & terrã, quã glebam modicam.Eſt tamẽ argumentũ a minori.i. ab eo quod habet min⁹ veriſimilitudinis & apparẽtię Sic & in alijs ſimilib⁹ diligẽter cõſyderandũ eſt,& caute ſemper proſpiciendũ, ne a maiori aliter vnq̃ quã negatiue,aut a minori aliter quam affirmatiue procedat.A maiori eñ affirmatiue, aut negatiue a minori,proceſſus nõ valet, ¶CAP. XXIX.

Locus a ſimili.

¶De loco a ſimili.

A Simili vero dicit ſumi argumẽtũ quãdo id quod aſſumitur,cũ eo qđ probatur ſimilẽ vel æqualẽ habet veriſimilitudinẽ.i.quando æqualem habẽt apparentiã veritatis.Vt cũ ita argumẽtamur.Ioãnes mortalis eſt,igitur & Petr⁹. In vtroq; eſt eadẽ veriſimilitudo,eadẽq; apparentia veritatis quoniã ambo æque ſunt homĩes.Iudas male perijt quia de miſericordia deſperauit,ergo & nos peribimus ſi illius efficiamur ſimiles.Sodomitæ perierũt quia peccatores nimis erãt & nõ egerũt pœnitentiã igit & nos male peribim⁹,ſi illorũ efficiamur ſimiles.Immoderato affectu cõcupiſcere diuitias vanũ eſt & vitioſum;igit immoderato affectu cõcupiſcere terre

re terrenã ſcientiã vanũ erit & vitioſum. Eſt em̃ in vtroq; ſimilitudo. ¶Sic argumẽtaꝫ Apl's apud Corinthios docẽs, licitũ eſſe doctorib⁹ Euãgelij ſtipendia accipere ſumptuũ.in hãc ſentẽtiã.Nemo, inquit ſuis ſtipẽdijs militat, ſed ſtipendiũ ſuæ militiæ ab illo accipit cui militat: igitur qui alios docet nõ ſuis ſumptib⁹ debet viuere, ſed illoꝝ quib⁹ prędicat.Itẽ Qui vineã plãtat de fructu eius veſciꝫ, & qui gregẽ paſcit de lacte ei⁹ mãducat: igiꝫ qui populũ domini docẽdo colit & paſcit, merito debet ab eis tẽporalia ſubſidia accipere.Itẽ.Boui in tritura laborãti cibus nõ eſt denegãdus, igitur nec doctori in doctrina laboranti.Præterea.Qui arat(inquit)in ſpe debet arare, & qui triturat in ſpe fructus percipiẽdi, igitur & qui docendo laborat tẽporalia ei debentur ſubſidia Deniq; ita cõcludit.Neſcitis quoniã hi qui in ſacrario operanꝫ quę de ſacrario ſunt edũt? & qui altario deſeruiũt cum altario participãt?Ita & Dñs ordinauit ijs qui euangeliũ annũciant de euãgelio viuere ¶Multũ quoq; valet hic loc⁹ ad exhortãdũ, obiurgandũ, & conſolandũ: dum propoſitis exẽplis ſimilibus ad imitationẽ excitam⁹ vel cõſolationẽ ingerimus.Sic Iudith illa nobilis propoſitis patrũ exẽplis ait.Memores eſſe debetis, quomõ pater noſter Abrahã tentat⁹ eſt, & per multas tribulationes probatus.Dei amic⁹ effectus eſt.Sic Iſaac, ſic Iacob, ſic Moyſes & õnes qui placuerũt Deo, per multas tribulationes tranſierũt fideles.Illi aũt qui tẽtationes nõ ſuſceperũt cũ timore Domini exterminati ſunt Ex quib⁹ deinde cõcluſionẽ infert dicẽs.Et nos igitur nõ vlciſcamur nos pro his quæ patimur ſed flagella Domini quaſi ſerui qui corripimur ad emẽdationẽ & nõ ad perditionẽ noſtrã eueniſſe credamus Sic Iudas Machabæ⁹ milites ſuos exhortaꝫ. Memẽtote inquiẽs qualiter ſalui facti ſunt patres noſtri in mari rubro cum ſequereꝫ eos Pharao cum exercitu multo.Et nũc clamem⁹ in cœlũ & miſerebitur noſtri Domin⁹.Sic Paulus Apoſtolus Corinthijs exẽpla proponens pręcedentiũ, monet eos nõ murmurare neq; tentare Dominũ.Et alibi propoſitis incredulorum

Iudith.8 Gene.22 Mac.4. 1.Co.4. Heb.4.

dulorum patrũ exẽplis poſteros monet non aſſimila-
ri illis neq; in exemplũ illud incredulitatis incidere
Hebr.11. & 12. Alibi vero, poſitis ob oculos multis præclaris pa-
trum exẽplis, ad fidẽ tot exemplis probatã nos hor-
tatur ſuſcipiendã. Plenæ ſunt huiuſmodi exemplis
õnes ſacræ literæ. nec ſolũ ijs quæ a ſimili ſumũtur,
ſed & a maiori atq; minori, quæ ad idem gen⁹ perti
nent candẽq; habent efficaciã. Neq; ſolum literæ ſa
cræ, ſed & Philoſophorum libri & maxime Poetarũ
carmina: id quod nõ poteſt nõ eſſe manifeſtiſſimũ
illi qui vel ſobrie in illorũ fuerit lectione verſatus.

CAPVT XXX.

De loco a proportione.

Locus a proportione. SVb hoc autẽ loco a ſimili contineri videtur lo
cus a proportione. Qui loc⁹, iuxta ſententiam
Boetij, ita differt a priore; quoniã illic vna res
vni cuilibet alij cõparatur, hic aũt nõ eſt ſimilitudo
rerũ ſed quædã habitudinis cõparatio. Hæc enĩ vo
catur proportio, habitudinis vni⁹ ad aliam cõpara-
tio. Sit queſtio. Num gubernatores communitatis
ſint eligendi ſorte? ita a proportione ſumetur argu-
mentũ. Sicut ſe habet gubernator nauis ad nauẽ re-
gendã, ita gubernator ciuitatis ad ciuitatẽ: at guber-
nator nauis nõ ſorte eſt eligend⁹, ſed arte & cõſilio
igitur nõ ſunt eligendi ſorte aut per fortunã ciuita-
tis gubernatores, ſed magno iudicio & delectu ſunt
„ ad id muneris aſſumẽdi. Maxima, De proportiona-
„ bilibus idẽ eſt iudiciũ. Itẽ. Quod in vnaquaq; re eue
nit, id in ei⁹ proportionali euenire neceſſe eſt. Eſtq;
hic loc⁹ ad moralẽ doctrinã valde accõmodus quã
do ex naturalib⁹ vel cõmunibus reb⁹ ducta propor
tione ad mores quæ illic conſyderant̃ transferimus
Quod nos quidẽ plurib⁹ adductis exẽplis, nõ graua
te demonſtrabim⁹. Sic itaq; argumẽtamur. Quõ
ſe habet lumẽ oculi in corpore ſic rationis lumẽ in
aĩa; oculi autẽ lumen omnia corporis mẽbra & vi
res debet in ſuis operib⁹ dirigere, neq; fœliciter vlla
exercetur ſine directione oculi corporalis actio: igi-
tur ratio in aĩa omnib⁹ debet virib⁹ lumen præbe
re, & in cunctis eã actionibus dirigere. Rurſum. Si-
cut ſe ha-

cui ſe habet ancilla ad herã in domo aut familia, ita ſenſualis affect9 ad rationẽ in aĩa. Atqui turpe adeo modũ eſt in domo ancillã imperare heræ eãq; pro ſuo arbitrio trahere ad indigna miniſteria, ſed econtrario illa huic debet obtemperare: igitur fœda & intoleranda res eſt in hominẽ ſenſualẽ appetitũ naturã ſubiectũ, rationi imperare eãq; trahere ad ſua deſyderia, ſed econtrario iuſtũ eſt vt imperet ratio & ille obediat. Iterũ. Sicut ſe habet lumen ſolis corporei ad mundũ iſtũ viſibilẽ, ita lumen cœleſtis gratiæ in aĩa rationali: ſolis autẽ lumẽ neceſſariũ eſt mũdo ad rerũ generationẽ, nec poteſt niſi ei9 beneficio mund9 in ſua diſpoſitione & ordine ſubſiſtere: igit abſq; lumine cœleſtis gratiæ, in anima mortua ſunt omnia, nec poteſt boni quicq; fieri, Rurſum. Sicut ſe habet ars medicinæ ad ſanitatẽ corporis, ita ſcientia paſtoralis curæ ad ſanitatẽ animæ. Medic9 autẽ corporalis ſubinde amaris vtiẽ potionib9, & res duras ferre cogit ægrotũ: igitur & qui ſcientiã habet officiumq; curæ paſtoralis, nõ ſemper placẽtia, aut grata, ſuis ſubditis loqui aut agere debebit: ſed vbi res popoſcerit, duras quoq; increpationes adhibebit, & alia quæ oportuna ipſe iudicabit ad ſanandas aĩas.

¶Cõuenit etiã peculiariter hic locus in æſtimatione mercedis operariorũ, iuxta proportionẽ laboris. Vt ſi is qui diẽ vnũ in vinea aut agro eſt operatus ex iuſto laboris precio quatuor nũmos accipiat, is qui duos dies operat9 eſt duplã accipiet mercedem & qui tres triplam, atq; ita deinceps. Qualis eñ eſt proportio ſimplicis laboris ꝗ operæ ad mercedem ſimplicẽ, talis eſt proportio duplicati laboris ad mercedẽ duplã, atq; ita deinceps. Intelligendũ autẽ hoc eſt de æſtimatione ſcđm iuſtitiæ debitũ. Nõ eñ erit cõſequens ſi pro hui9 vnius diei labore ex liberalitate eius qui te cõduxerit acceperis. 9. ſtuferos cum tantũ tibi ex debito. 4. cõpetebant, ob hoc pro duorum dieꝝ labore. 12. nummos debere tibi perſolui. Ita ſane argumẽtabanẽ illi in vinea operarij conducti a paterfamilias, de quibus in Euangelica parabola loquiẽ Dñs qui cũ viderent ijs qui nouiſſimi ve- Mat.

nerant dari totũ denariũ diurnũ arbitrabantur plus illis ſe accepturos,ſecũdũ proportionẽ videlicet ſui laboris quẽ in colẽda vinea ampliorẽ impẽderãt ad ampliorẽ mercedẽ. Propter quod & murmurabant æqualẽ accipiẽtes denariũ. Hi,inquiũt, nouiſſimi vna hora fecerũt:& pares illos nobis feciſti, qui portauim⁹ põdus diei & æſtus? Verũ domin⁹ rationabiliter eoꝝ paralogiſmũ diſſoluit & irrationabilem murmurationẽ confutat,ex ſua liberalitate dari ſibi licitũ quod voluiſſet. ¶Cõducit itẽ hic locus iudicibus quorũ eſt pœnas infligere delinquentibus, & præmia cõferre bene meritis quẽadmodũ ait ſanct⁹
Roma.13 Apoſtol⁹. Secundũ eñ proportionẽ meriti aut demeriti conferẽda ſunt beneficia,vel irrogãda ſuppli
Æxo,21 cia. Huc pertinet illud veteris legis. Oculũ pro ocu
Matt.5. lo,dentem pro dente. Et illud Secundũ menſuram
Deut.25. delicti,erit & plagarum modus, & item alia multa quæ ibi ſecundũ proportionẽ ſtatuuntur. Huc pertinet & illud quod apud Eſaiam preuaricatrici gen
Eſaie.3. ti dicitur. Erit pro ſuaui odore fœtor, & pro zona funiculus,& pro criſpanti crine caluitiũ, & pro faſ
Apo.18 cia pectorali ciliciũ,Item & illud quod in Apocalypſi de damnatã Babylone dicitur. Quantũ glorifica
Luce.16. uit ſe & in delitijs fuit,tantũ date illi tormentum & luctũ. Nec diſſimile eſt,quod diuiti illi pater Abraham reſpondit. Fili recordare,quia recepiſti bona in vita tua & Lazarus ſimiliter mala:nunc autem hic conſolatur,tu vero cruciaris. ¶Videntur quoq; ad hunc locũ pertinere comparationes illę quarum ſunt Poetę ſtudioſiſſimi.item ſapientum apologi & fabulæ ad morum inſtructionem appoſitę confictæ quibus ſuum nomẽ poſteritati inſigniter notũ reddidit egregius ille e Phrygia fabulator Æſopus iuxta Auli Gellij teſtimoniũ haud imerito ſapiens eſtimatus, quod ea quæ monitu ſuaſuq; videbanẽ vtilia,non ſæuere, non imperioſe præcepit & cenſuit (Vt Philoſophis mos eſt)ſed feſtiuos delectabileſq; apologos cõment⁹,res ſalubriter ac proſpicienter animaduerſas,in mẽtes animoſq; hominũ cũ audiẽdi quadã illecebra induxit. ¶Pertinent itẽ ad hunc

locũ parabolæ illæ quæ in ſcripturis ſanctis frequẽter occurrũt, quib⁹ etiã maxime omniũ vſus fuiſſe cognoſcit Domin⁹ noſter Ieſus Chriſt⁹: qui cũ ipſa eſſet patris æterna ſapientia, ac proinde v̄ba grandia eloqui de plenitudine ſuæ ſapientiæ atq; ſciẽtiæ potuiſſet, noſtræ tamen infirmitati ſe contemperans quaſi mater aut nutrix cũ paruulo balbutiens, parabolicis huiuſmodi ſermonib⁹ ſæpe & multũ vti nõ eſt dedignatus, pro ſimpliciũ diſcipulorum atq; turbarum eruditiõe. Adeoq; in his creber extitit. Vt per exceſſum quendã de illo ſcripſerit ſanctus Euãgeliſta Matthæus ſine parabolis non fuiſſe eũ turbis loquutũ. Hæc õnia, inquit, loquutus eſt Ieſus in parabolis, ad turbas: & ſine parabolis nõ loquebatur eis. Matt.13

¶ Has autẽ omnes, quantũlibet prolixas, inſtructiones Chriſti parabolicas, non difficile fuerit in argumẽta hui⁹ loci reducere. Videlicet illa de ſemine & ſeminãte admodũ prolixa parabola, ſic poteſt in argumenti formã redigi. Quẽadmodũ ſe habet ſemen corporale ad terrã in qua ſeminat, ita ſe habet verbum Dei, ad eos quib⁹ prædicatur a doctore. Semẽ vero nõ in õni terra proficit, nec igit in õnibus verbum Dei proficit qui audiũt ipſum. Quõ autẽ in ſe habet ſemẽ ad terrã bonã in quã bene ſuſcipit & cõſeruat, ita verbũ Dei ad cor bonũ in quo ſuſcipit & cuſtodit: in tali autẽ terra bona profert fructũ ſemẽ igit in corde tali verbũ Dei fructũ ſuũ profert. Cõtra vero, vt ſe habet ſemen ad terrã malã, ita verbũ Dei ad cor malũ: in terra autẽ mala nõ facit fructũ ſemẽ tametſi in ſe bonũ, nec igit in corde malo verbum Dei. Item. Quod ſunt viſibiles aues corporali ſemini, id ſunt inuiſibiles dæmones verbo Dei: ſed aues cũ ſemẽ aliquod videt ſecus viã iacere, ſtatim illud diripiũt, prohibẽtes ne inde fruct⁹ conſurgat. Itaq; & dæmones dũ videt hominẽ Dei verbũ nõ n profundo cordis recondere, ſed tãtum in ſuperficie geſtare, ſtatim illud ſatagunt, ne fructum proferre poſſit, a corde eius abripere. Iterum. Quod ſunt ſpinæ naſcentibus frugib⁹. Hoc ſunt ſæculi curæ & diuitiarum fallaciæ bonis initijs ex Dei v̄bo exur-

gentibus

quatuor cōtinent tria, & inſuper vnitatē, quæ eſt tertia pars ternarij. Propter hoc, inter octo & ſex, item quatuor & tria, dicit̄ eſſe proportio ſeſquitertia. Vocatur autē hic locus a cōmutata proportione, eo qđ ordo eorū quæ cōparant̄ in cōcluſione cōmutetur. Nā in antecedente, primo numero cōparato ad ſecundū & tertio ad quartū: in cōcluſione ordine cōmutato cōparatur primus ad tertiū, & ſecundus ad quartū. Maxima. Sicut primū ad ſecundū, ita ſe habet tertiū ad quartū, & primum ad tertiū ſe habebit vt ſecundū ad quartū. ¶CAPVT XXXII.

¶De loco a diſſimili & a diſproportione. A diſſimili & diſpportione.

Q Vemadmodū autē a ſimili argumentū ducitur & a proportione, & ab affirmatione, ad affirmationē, vel a negatione ad negationem quādo ſimilia conſyderātur ſecundū id in quo ſunt ſimilia, aut proportionalia, ſcđm id in quo conſiſtit proportio, ita ſumi poteſt nō inutile argumentum a diſſimili & diſproportione, cōſyderatione, eius in quo eſt diſſimilitudo aut diſproportio ab affirmatione vni⁹ ad alterius negationē, vel econtrario. ¶Vt cū ſic argumētamur. Nō ita eſt de anima rationali quō de anima bruti. Aīa autē bruti ſimul cū corpore perit, igit̄ anima rationalis nō perit cū corpore, ſed manet extra corpus ſeparatim per ſe ſubſiſtens. Itē. Non ſic ineſt homini rationale vt riſibile, ſed rationale ineſt homini vt differētia, igitur riſibile nō ineſt homini vt differētia. Item. Nō eſt Deus ſicut homo, ſed ōnis homo eſt mēdax & non verax igitur De⁹ verax eſt & nō mēdax. Itē. Non ſic ſunt cogitationes Dei vt hominū, nec tales viæ eius vt hominū (Nam, vt ait Eſaias, quantū exaltant̄ cœli a terra, tantū exaltant̄ cogitationes Dei a cogitationibus hominū, & viæ Dei a vijs hominū) Cogitationes autē hominū ſunt ad malū, ad iniuſtitiā, ad vindictā & huiuſmodi, igit̄ cogitatiōes Dei rectæ ſunt & æquæ, cogitationes pacis & nō afflictionis. Item Nō eſt talis De⁹ erga inimicos ſuos, qualis erga ſuos eſt homo. Homo autē perſequit̄ inimicos, & nia lefacere eis conat̄. De⁹ igit̄ beneficijs afficit ſuos inimicos atq̄ Eſa. 55.

micos,atq; ad ſe conaſ allicere vt pœniteāt.Itē Non ſic ſe exhibebit Deus in iudicio futuro vt modo ſe exhibet.Nūc autē ſemper parat⁹ eſt miſereri clamātib⁹ ad ſe & flecti poteſt precib⁹.Tūc igiſ null⁹ precibus flecti poterit nullis fletibus cōmoueti. ¶Sic
Luce.22. in Euāgelio Domin⁹ ait diſcipulis. Non ſic erit inter vos quātum ad eos qui alijs erūt prælati, quēadmodū inter reges gentiū. Reges autē gentiū dominanſ eorū imperio, & cū faſtu poteſtatē exercēt inter illos.Igiſ inter vos non ita erit,ſed per humilitatem debebit infra omnes ſe ſubmittere prelat⁹ alijs
Mathe.6 vt qui maior eſſe velit,ſit omniū ſeruus,& qui præceſſor ſicut miniſtrator.Itē.Non ſic vobis orandum eſt,quomō orant ethnici:confidunt autē illi in multiloquio;igitur nō vos in multiloquio orabitis,ſed
Mathe.5 corde attento.Itē.Non talis erit veſtra dilectio qualis eſt ethnicorū:hi autē ſolū diligunt ſibi benefaciētes & propinquos,vos igiſ non illos ſolū,ſed ōnes. amicos & inimicos.Maxima. De diſſimilibus non
» idē eſt iudiciū.¶A diſproportione. Nō ita ſe habet in homine aīa,quomō nauta in nauī.Nauta vero in naui eſt non ſicut pars nauis aut nauē viuificans, ſed tantū quaſi motor extrinſecus .Igitur aīa eſt in homine ſicut ei⁹ pars,& vita,& mouens intrinſecū Item.Nō ſic ſe habēt duodecim ad ſex quō octo ad ſex.Habent autem ſe duodecim ad ſex in proportione dupla.Igitur nō ſe habēt octo ad ſex in proportione dupla.Maxima.De iſs inter quæ nō eadem eſt
» proportio,non idem erit iudiciū. Itē & a cōmutata diſproportione(vt ita loquamur)argumentū ſumitur,hoc modo.Non ſic ſe habent duodecim ad ſex, quō ſe habent quatuor ad tria(Inter illa eīm eſt proportio dupla,inter hęc ſequitertia)ergo nō ſic ſe habent duodecim ad quatuor,quō ſex ad tria.Nam inter hæc eſt proportio dupla,inter illa vero tripla.
» Duodecim eīm ter continent quaternariū.Maxima.
» Si nō ita ſe habet primū ad ſcdm vt tertiū ad quar-
» tum,nec ita ſe habebit primū ad tertiū vt ſecūdum ad quartum. ¶CAPVT XXXIII.

¶De loco ab authoritate.

¶Intr-

INter locos extrinſecos,vnus ſupereſt tractand⁹ quem Boetius nominat a rei iudicio,quod in eo ſumatur argumentũ a iudicio ſapiẽtum atq; expertorum,quod de re illa tulerunt quæ in diſputationem vocat,Cicero vero ab authoritate eũ nominat,qua appellatione & vulgo vtuntur recentiores. Ex hoc autẽ loco probam⁹ aliquid ita eſſe vel non eſſe,eo quod vel õnes,vel plurimi,vel magis ſapientes magiſq; experti in qualibet profeſſione ita ſentiunt. ¶Valet autẽ ſolũ affirmatiue,hoc modo.Qui in Aſtronomia peritiores habentur,ſub firmamento aſſerunt ſeptem eſſe planetarũ orbes:igitur ſeptẽ ſunt ſub firmamẽto planetarum orbes.Phyſici aſſerunt,quatuor eſſe elementa ex quib⁹ mixta omnia componũtur:igitur ita eſt. Grãmatici tradunt,octo eſſe partes orationis,igitur ſic res habet, Dialecticorum princeps Ariſtoteles,ſyllogiſmũ dixit trib⁹ tantum conſtare terminis,igitur ſic res habet.Agriculturæ periti dicũt,tẽpus hoc aut illud eſſe aptũ ſationi,igitur ſic habet. Cementariæ artis periti aſſerunt nõ durabile eſſe opus quod hyemis tẽpore cõpingatur,ſic igit habet.Ita in omni profeſſione,ab õnium vel pluriũ vel paucorũ magis ſapientum.imo vni⁹ eximię ſapiẽtis & experti iudicio,licet argumẽtari, Maxima. Vnicuiq; experto in ſua ſcientia credendum eſt.Item.Quod omnib⁹ vel pluribus vel maxime ſapientib⁹ videtur:ita ſe habere probabile eſt ...c autẽ loco,illud eſt peculiare,quod non ſu... argumenta ex certa aliqua habitudine ad te... ũ in quæſtione poſitum, nec eſt hic inuenire term...ũ inferentem & terminũ illatũ cum in cæteris id fieri ſit manifeſtũ,etiã in locis extrinſecis omnibus.Vt verbi gratia : in loco ab oppoſitis ſemper valet illatio ratione habitudinis quæ eſt inter duo oppoſita,quorum vnũ infertur ex altero:ſic in locis a maiori,minori,ſimili,valet illatio ratione habitudinis quæ eſt inter maius & minus,aut inter duo ſimilia ſiue proportionalia.Hic vero nihil tale inuenitur.Atq; hoc illud eſſe puto,qđ Cicero in Topicis a.t.Græcos huiuſmodi argumẽtatiões appellare

Loc⁹ ab authoritate.

 ἀτέχυας

Ciceronē,aut alios antiquos tractatū non inueniūt velut vana & nugamēta reijciunt. Quaſi vero antiqui illi abyſſum naturæ ita penetrauerint ſicq; penitus exhauſerint,vt nihil ōnino relictū ſit poſteris, quod ipſorū poſſit ingenijs adijci:quaſi antiqui illi magni & præclari dij fuerint,poſteri vero bruta ratione iudicioq; carētia. Adde,quod & ex diuina authoritate poſteris generationib9 longe plura & potiora quā prioribus ſint patefacta myſteria:atq; etiā uum quo diuti9 perſtat ſancta Eccleſia,eo plura indies patefiunt fidelibus ſanctæ veritatis myſteria.

CAPVT XXXIIII.

Quibus potiſſimum diſciplinis conueniat locus iſte,& de authoritate duplici.

Est quoq; hic notandū, quod loc9 iſte licet ad omnes diſciplinas vſum ſuum præſtat,potiſſimum tamē ad duas:eā videlicet quę omniū infima eſt ac velut fundamentū,& eam quæ ſumma eſt ac velut regina cæterarū,i.Grammaticā & Theologiā Fære enim omnes grammaticæ regulæ,ex voluntate proceſſerunt eorū qui primit9 illā effinxerunt, tam etſi in nonnullis rationē conſuluerint, Vnde quicquid in grāmaticis probatꝰ,ex authoritate cōficitur, eorū qui vel regulas condiderunt loquēdi atq; ſcribendi,vel ex quibus regulæ iſtæ deſumptæ ſunt,vtpote ex vſu Oratorū atq; Poetarū & eorū qui emēdate loquuti exiſtimantꝰ. In Theologia autē quoniam res tractantꝰ arduiſſimæ,quæ ſupra captū ſunt hominum,& rationis acumine attingi nō poſſunt, ideo ratio,perparū in ea valet,authoritas ōnia. Atq; etiā,licet ratio nonnulla Diuinas res cōcernentia poſſit vtcūq; probabiliter ſiue veriſimiliter oſtendere(id quod nōnulli æditis de Theologia naturali libris pulchre ſatis monſtrarunt)non tamē poteſt ratio hominē eo perducere vt talē prębeat Diuinis rebus aſſenſum,qualis debetur ijſdem. Debetur namq; illis fides,qui eſt aſſenſus firm9 ſine formidine de oppoſito:cuiuſmodi proculdubio aſſenſum,nō poteſt humana ratio nimiū imbecillis & caligās, in animis noſtris generare. Authoritas vero ſola id po-

teſt,cū illi ſic mens humanā prorſus innitut,vt omni poſtpoſita dubitatione infallibiliter verꝶ eſſe credat,quod ex illa proponit,etiā ſi ratione id nequaq̄ poſſit cōprehendere vel intelligere. ¶Vbi rurſum notandū eſt,duplicē eſſe authoritatē, Diuinā,& humanā.Humana eſt,quæ ab homine naſcit: Diuina,quę a deo.Illa fallere poteſt,ſicut & falli:iſta nec falli poteſt nec fallere. Nemo eſt eīm hominū tāti ingenij aut tantæ exercitationis,cui non interdum aliquid exciderit non probandum. Nam Ciceroni Demoſthenes,& Horatio Homer⁹ ipſe interdum dormitaſſe videtur.Vnde eſt illud vulgatū in omnium ore prouerbiū.Quandoq̧ bon⁹ dormitat Homerus Solus autē Deus eſt,qui nunquā errat,nullibi labit nunquā decipitur.Propter quod,humana authoritas tametſi probabilis ſit ſemper tamen ſuſpecta eſt nec fidē plenā generare ſufficiens .Diuina autē certiſſima eſt,& abſq̧ periculo.fidemq̧ certiſſimam generat.¶Ineſt autē Diuina authoritas,non ijs ſolum quæ per ſemetipſum De⁹ loquit,ſed & quæ per miniſtros ſuos ſcribit aut loquitur ſpiritu ſuo inſpirante.Hinc omni Canonicæ ſcripturæ authoritas Diuina competit,quoniam(vt Apoſtolus Petrus ait)

2.Pet.1. ſpiritu ſancto inſpirati loquuti ſunt ſancti Dei homines:Vnde quicquid manifeſte aſſerit ſcriptura Canonica,id tanquā firmū & indubitatū haberi debet Iam quicquid docet Chriſti ſponſa,ſancta Eccleſia: id tanquam verū & indubitatū,ex authoritate ſpiritus ſancti,qui eam regit,ſuſcipi debet ſine formidine.Cætera vero dogmata patrū orthodoxorum licet eximia ſanctitate præfulgentium,non parem habent authoritatem,vt per omnia cogāt nos aſſentiri ipſorū ſententijs.Interdum eīm licet illoꝝ authoritati cum rationabili modeſtia refragari,interdum etiam corrigere errorem cum reuerentia.Quemadmodum de ſeipſo ingenue teſtatur beat⁹ pater Auguſtinus,de ſuis ſuiq̧ ſimilium ſcriptis ita ad Vincentiū ſcribens.Negare nō poſſum nec debeo,ſicut in noſtris maiorib⁹,ita multa eſſe in tā multis opuſculis meis,quę poſſunt iuſto iudicio & nulla teme-

ritate cul

titate culpari. Ac rurſum, Hoc genus literarum(de ſcriptis patrũ loquit̃)ab authoritate canonum diſtinguendum eſt. Non eñ ſic legũtur, tanq̃, ita teſtimonium ex eis proferatur, vt contra ſentire non liceat ſicubi forte aliter ſapuerint quam veritas poſtulat. ¶Veruntamen non temere nec ſine magna ratione, talium patrũ qui in Eccleſia magnæ eruditionis & ſanctitatis habentur dictis licet refragari, vt noſtra hac tempeſtate nimium impudenter faciunt pleriq; qui ſui ingenij & craſſi & tardi & peruerſi ſententiam nimia præſumptione clariſſimorũ quoq; patrũ exactiſſimo iudicio, nihil verentur vel æquare vel anteponere. Quæ tãta impudentia atq; præſumptio nõ modo candorem Chriſtianũ, verumetiã naturalem dedecet verecundiam atq; modeſtiam. Semper eñ & ab ethnicis magnus honor multaq; authoritas dari cõſueuit ijs, qui in profeſſione aliqua inſignes aut præcipui ſunt habiti. Tametſi eñ nemo hominũ ex ſuo ſpiritu loquens oĩa bñdixerit aut ſcripſerit, imo & ij qui ſpiritũ Dei habent orthodoxi patres, tametſi in aliquibus permiſſi ſunt cæcutire, aut labi: plurimi tamẽ illorũ vel plæraq; vel pene õnia recte dixerunt, vixq; in vno aut altero aut omnino in pauciſſimis aberrauerũt a ſcopo ita vt recte dicto cum multis milib⁹, vix vnum poſſit non recte dictũ opponi. ¶Propter quod, ab authoritate eorum merito probabile erit argumentum, potiſſimum quando de ea re agit̃, cui alius nemo poſterior, vel paris, vel maioris authoritatis, poſt plurima ſecula auſus eſt contradicere. Vt ſi hæc dixit Hieronymus, Auguſtinus, Gregorius, Cyprianus, Tertullian⁹, vel alius huiuſmodi, & nemo orthodoxorũ patrũ. Id tanquam falſum reprehendit, neq; Eccleſia vnquã cõtrarium declarauit, admodũ probabiliter colligim⁹ id verum eſſe. Secus vero, cum ea de re agitur, quæ poſtmodum ab alijs paris aut maioris authoritatis doctorib⁹, in contrariũ definita eſt. Quemadmodũ non valet argumẽtatio. Cyprianus cenſuit baptizatos ab hæreticis eſſe rebaptizandos in Eccleſia: igitur ſic res habet. Huic eñ ſententiæ aduerſatus eſt

 beatus

beatus Auguſtin9, & tota obluctatur Eccleſia, quæ plus habet authoritatis,q̄ vn9 ille cū paucis ſibi adhærentibus. Nec ſequit. Origenes(vt aſſeritur)finē poſuit dānationi malorū angelorū,igitur ſic res habet. Aduerſus hanc em̄ ſentētiā fortiſſime depugnarunt plurimi orthodoxi, Hieronym9, Auguſtin9 ac huiuſmodi plures, atq; tota Eccleſia. Deniq; & hoc aduertendū eſt, quantū ad humanas diſciplinas attinet, loci huius vſum maxime conducere apud eos, qui ad profeſſionē aut diſciplinā quālibet accedunt nouicij. Iuxta Ariſtotelis notatu dignā ſententiam, Credere oportet eū qui diſcit. Qui em̄ primū limina diſciplinæ cuiuſlibet ingreditur, nondum ſufficit per rationē de iјs quę proponūtur iudicare, cū nihil adhuc intelligat eorū quæ tradūtur. Verū vbi longius quis ꝓgreſſus fuerit, artemq; ipſam & diſciplinā penitius introierit, tū magis illū oblectabit ratio incipiet magna animi iucunditate ſingularū rerum quas prius diſcēdo tantū credidit, rationē inueſtigate & inuenire. ¶CAPVT XXXV

¶De loco a tranſſumptione.

De loco a trāſſūptione.

SOlent quoq; locis extrinſecis adijcere locū aliū dictū a tranſſumptione, cuius duplicē aſſignant vſum. Interdū em̄ quæſtione aliqua propoſita generali, ad aliquā ſpeciē nos tranſferim9, vt facili9 expeditiuſq; propoſitū mōſtremus: æſtimantes generale propoſitū ſufficiēter declaratum, ſi particulare illud ad quos nos trāſtulimus declarem9. Hui9 exemplū Boetius adducit ex Socrate, qui cum quæreret, quid in vnoquoq; poſſet iuſticia: ōnē tractatū trāſtulit ad reipublicę magnitudinē, atq; ex eo qđ illic efficeret in ſingulis etiā valere cōfirmauit. Interdū vero hæc trāſſumptio fit in nomine, cum propoſito nomine ignoto ad aliud nos trāſferimus noti9. Vt ſi diſputatio de philoſopho habeat, & ignoret forſitan qs philoſophi nomē, ad ſapiētis nomē trāſlatio fiet. Eſt em̄ ſapientis nomē notius quā philoſophi, q̄m illud Latinis domeſticū eſt, hoc peregrinū. Vero huius loci nō ita magna videtur eſſe vtilitas: propter quod de eo plixiorem tractatū non facim9, ad medios locos

properantes.

¶CAPVT XXXVI.

¶De locis medijs & primũ de loco a coniugatis.

INter locos medios prim⁹ eſt,qui appellat̃ a coniugatis,ſecũdus qui a caſibus.Inter coniugata & caſ⁹ hæc eſt differẽtia:qđ cõiugata dicant̃ terminis abſtractiuus & denominatiuus idẽ pricipaliter ſignificantes:caſus ṽo,plura dicunt̃ denominatiua, ſiue nominalia ſiue ṽbalia,ſiue aduerbialia ab eodẽ aliquo abſtracto ſcđm denominationẽ formata Vt iuſticia iuſtus & iuſte cõiugata:ſunt itẽ ſapiẽtia ſapiens & ſapiẽter.Idẽ em̃ habẽt ſignificatũ principale, ſed differũt tantũ in minuſprincipali ſignificato eo qđ termin⁹ abſtractiu⁹ nudã qualitatẽ ſignificet,termin⁹ autẽ cõcretiu⁹ ſimul ſubſtantiã. ¶Dicta ſunt autẽ coniugata,quia ſub eodẽ ſunt iugo ſignificationis,aut quia ad idẽ ſignificationis iugũ pertinẽt.Caſus vero ſũt,vt iuſtus & iuſte,ꝓbus ꝓbe.Ideo dicti caſus quoniã ambo per quandã deflexionẽ cadũt a principali noĩe,id eſt,ab abſtracto.Hoc em̃ dicit̃ nomẽ principale qm̃ formã ipſã nudã & p ſe ſignificat nihil ſimul aliud,nec ex principali nec ex minuſprĩcipali ſignificato importãs.Vnde licet forſitã interdũ contingat,ſecundũ Grãmaticoꝝ deriuationem,a cõcreto deriuari abſtractũ: ſcđm rem tamẽ & ſignificationẽ ac per ſe,abſtractũ eſt principalius concreto:qm̃ concretũ ſuã habet denominationẽ a forma per abſtractũ ſimpliciter ſignificata.¶Interdũ vero ſub nomine cõiugatoꝝ generaliter intelligunt̃ etiã caſus,vt apud Ciceronẽ,qui locũ a caſibus nõ diſtinguit ab hoc loco a cõiugatis,ſed illũ ſub hoc cõcludit.Quia em̃ plura cõcreta ab eodẽ abſtracto formata ſub eodẽ ſunt iugo primariæ & pręcipuæ ſignificationis,nõ immerito cõiugata dici poſſunt.¶Fiũt autẽ argumẽtationes,tã a cõiugatis quã a caſibus,& affirmatiue & negatiue.Interdũ quidem in prædicatis bonũ & malũ,interdũ in alijs.Primi exemplum eſt.Qui iuſtus eſt bonus eſt,igit̃ iuſticia eſt bona.& ecõtrario.Item in aduerbijs ſic.Quod iuſte fit bene fit,igit̃ iuſticia eſt bona,& econtrario.In verbis:ſic, Tẽperare bonũ eſt,igitur tẽperantia eſt bona. Obe-

Locus a coniugatis.

dientia

duloꝝ patrū exēplis poſteros monet non aſſimilari illis neq; in exemplū illud incredulitatis incidere
Hebr. 11. & 12. Alibi vero, poſitis ob oculos multis præclaris patrum exēplis, ad fidē tot exemplis probatā nos hortatur ſuſcipiendā. Plenæ ſunt huiuſmodi exemplis ōnes ſacræ literæ, nec ſolū ijs quæ a ſimili ſumūtur, ſed & a maiori atq; minori, quæ ad idem gen⁹ pertinent eandēq; habent efficaciā. Neq; ſolum literæ ſacræ, ſed & Philoſophoꝝ libri & maxime Poetarū carmina: id quod nō poteſt nō eſſe manifeſtiſſimū illi qui vel ſobrie in illorū fuerit lectione verſatus.

CAPVT XXX.

De loco a proportione.

Locus a proportione. SVb hoc autē loco a ſimili contineri videtur locus a proportione. Qui loc⁹, iuxta ſententiam Boetij, ita differt a priore: quoniā illic vna res vni cuilibet alij cōparatur, hic aūt nō eſt ſimilitudo rerū ſed quædā habitudinis cōparatio. Hæc em̄ vocatur proportio, habitudinis vni⁹ ad aliam cōparatio. Sit quęſtio. Num gubernatores communitatis ſint eligendi ſorte? ita a proportione ſumetur argumentū. Sicut ſe habet gubernator nauis ad nauē regendā, ita gubernator ciuitatis ad ciuitatē: at gubernator nauis nō ſorte eſt eligend⁹, ſed arte & cōſilio igitur nō ſunt eligendi ſorte aut per fortunā ciuitatis gubernatores, ſed magno iudicio & delectu ſunt ad id muneris aſſumēdi. Maxima, De proportionabilibus idē eſt iudiciū. Itē. Quod in vnaquaq; re euenit, id in ei⁹ proportionali euenire neceſſe eſt. Eſtq; hic loc⁹ ad moralē doctrinā valde accōmodus quādo ex naturalib⁹ vel cōmunibus reb⁹ ducta proportione ad mores quæ illic conſyderant̄ transferimus Quod nos quidē plurib⁹ adductis exēplis, nō grauate demonſtrabim⁹. Sic itaq; argumētamur. Quō ſe habet lumē oculi in corpore ſic rationis lumē in anīa; oculi autē lumen omnia corporis mēbra & vires debet in ſuis operib⁹ dirigere, neq; fœliciter vlla exercetur ſine directione oculi corporalis actio: igitur ratio in anīa omnib⁹ debet virib⁹ lumen præbere & in cunctis eā actionibus dirigere. Rurſum. Sicut ſe ha-

cui ſe habet ancilla ad herā in domo aut familia, ita ſenſualis affect⁹ ad rationē in anīa. Atqui turpe adē modū eſt in domo ancillā imperare heræ eāq; pro ſuo arbitrio trahere ad indigna miniſteria, ſed econtrario illa huic debet obtemperare: igitur fœda & intoleranda res eſt in hominē ſenſuale appetitū naturæ ſubiectū, rationi imperare eāq; trahere ad ſua deſyderia, ſed econtrario iuſtū eſt vt imperet ratio & ille obediat. Iterū. Sicut ſe habet lumen ſolis corporei ad mundū iſtū viſibilē, ita lumen cœleſtis gratiæ in anīa rationali: ſolis autē lumē neceſſariū eſt mūdo ad rerū generationē, nec poteſt niſi ei⁹ beneficio mund⁹ in ſua diſpoſitione & ordine ſubſiſtere: igit abſq; lumine cœleſtis gratiæ, in anima mortua ſunt omnia, nec poteſt boni quicq̄ fieri. Rurſum. Sicut ſe habet ars medicinæ ad ſanitatē corporis, ita ſcientia paſtoralis curæ ad ſanitatē animæ. Medic⁹ autē corporalis ſubinde amaris vtit̄ potionib⁹, & res duras ferre cogit ægrotū: igitur & qui ſcientiā habet officiumq; curæ paſtoralis, nō ſemper placētia, aut grata, ſuis ſubditis loqui aut agere debebit; ſed vbi res popoſcerit, duras quoq; increpationes adhibebit, & alia quæ oportuna ipſe iudicabit ad ſanandas anīas. ¶Cōuenit etiā peculiariter hic locus in æſtimatione mercedis operariorū, iuxta proportionē laboris Vt ſi is qui diē vnū in vinea aut agro eſt operatus: ex iuſto laboris precio quatuor nūmos accipiat, is qui duos dies operat⁹ eſt duplā accipiet mercedem & qui tres triplam, atq; ita deinceps. Qualis em̄ eſt proportio ſimplicis laboris & operæ ad mercedem ſimplicē, talis eſt proportio duplicati laboris ad mercedē duplā, atq; ita deinceps. Intelligendū autē hoc eſt de æſtimatione ſcd̄m iuſtitiæ debitū. Nō em̄ erit cōſequens ſi pro hui⁹ vnius diei labore ex liberalitate eius qui te cōduxerit acceperis .9. nūmos cum tantū tibi ex debito .4. cōpetebant, ob hoc pro duorum dieꝝ labore .12. nummos debere tibi perſolui. Ita ſane argumētabant̄ illi in vinea operarij conducti a patrefamilias, de quibus in Euangelica parabola loquit̄ Dn̄s qui cū viderent iis qui nouiſſimi ve- Mat.

nerant dari totũ denariũ diurnũ arbitrabantur plus illis ſe accepturos,ſecũdũ proportionẽ videlicet ſui laboris quẽ in colẽda vinea ampliorẽ impẽderãt ad ampliorẽ merced?.Propter quod & murmurabant æqualẽ accipiẽtes denariũ.Hi,inquiũt, nouiſſimi vna hora fecerũt:& pares illos nobis feciſti, qui portauim⁹ põdus diei & æſtus? Verũ domin⁹ rationabiliter eorũ paralogiſmũ diſſoluit & irrationabilem murmurationẽ confutat,ex ſua liberalitate dari ſibi licitũ quod voluiſſet. ¶Cõducit itẽ hic locus iudicibus quorũ eſt pœnas infligere delinquentibus, & præmia cõferre bene meritis quẽadmodũ ait ſanct⁹
Roma.13 Apoſtol⁹.Secundũ em̃ proportionẽ meriti aut demeriti conferẽda ſunt beneficia,vel irrogãda ſuppli
Æxo,21 cia.Huc pertinet illud veteris legis.Oculũ pro ocu
Matt.5. lo,dentem pro dente.Et illud Secundũ menſuram
Deut.25. delicti,erit & plagarum modus, & item alia multa quæ ibi ſecundũ proportionẽ ſtatuuntur. Huc pertinet & illud quod apud Eſaiam præuaricatrici gen
Eſaię.3. ti dicitur.Erit pro ſuaui odore fœtor, & pro zona funiculus,& pro criſpanti crine caluitiũ, & pro faſ
Apo.18 cia pectorali ciliciũ,Item & illud quod in Apocalypſi de damnata Babylone dicitur. Quantũ glorifica
Lucę.16. uit ſe & in delitijs fuit,tantũ date illi tormentum & luctũ.Nec diſſimile eſt,quod diuiti illi pater Abraham reſpondit.Fili recordare,quia recepiſti bona in vita tua & Lazarus ſimiliter mala:nunc autem hic conſolatur,tu vero cruciaris. ¶Videntur quoq; ad hunc locũ pertinere comparationes illę quarum ſunt Poetę ſtudioſiſſimi,item ſapientum apologi & fabulæ ad morum inſtructionem appoſitę confictæ quibus ſuum nomẽ poſteritati inſigniter notũ reddidit egregius ille e Phrygia fabulator Æſopus iuxta Auli Gellij teſtimoniũ haud imerito ſapiens eſtimatus, quod ea quæ monitu ſuaſuq; videbant vtilia,non ſæuere, non imperioſe præcepit & cenſuit, (Vt Philoſophis mos eſt)ſed feſtiuos delectabileſq; apologos cõment⁹,res ſalubriter ac proſpicienter animaduerſas,in mẽtes animoſq; hominũ cũ audiendi quadã illecebra induxit. ¶Pertinent itẽ ad hunc

locum

locū parabolæ illæ quæ in ſcripturis ſanctis frequēter occurrūt,quib⁹ etiā maxime omniū vſus fuiſſe cognoſcit Domin⁹ noſter Ieſus Chriſt⁹: qui cū ipſa eſſet patris æterna ſapientia,ac proinde ỽba grandia eloqui de plenitudine ſuæ ſapientiæ atq; ſciētiæ potuiſſet,noſtræ tamen infirmitati ſe contemperans quaſi mater aut nutrix cū paruulo balbutiens,paraſbolicis huiuſmodi ſermonib⁹ ſæpe & multū vti nō eſt dedignatus,pro ſimpliciū diſcipulorꝶ atq; turbarum eruditiōe.Adeoq; in his creber extitit. Vt per exceſſum quendā de illo ſcripſerit ſanctus Euāgeliſta Matthæus ſine parabolis non fuiſſe eū turbis loquutū.Hæc ōnia,inquit,loquutus eſt Ieſus in parabolis,ad turbas:& ſine parabolis nō loquebatur eis. Matt.13

¶ Has autē omnes,quantūlibet prolixas,inſtructiones Chriſti parabolicas,non difficile fuerit in argumēta hui⁹ loci reducere. Videlicet illa de ſemine & ſemināte admodū prolixa parabola,ſic poteſt in argumenti formā redigi.Quēadmodū ſe habet ſemen corporale ad terrā in qua ſeminat, ita ſe habet verbum Dei,ad eos quib⁹ prædicatur a doctore. Semē vero nō in ōni terra proficit,nec igit in ōnibus verbum Dei proficit qui audiūt ipſum.Quō autē in ſe habet ſemē ad terrā bonā in quā bene ſuſcipit & cōſeruat,ita verbū Dei ad cor bonū in quo ſuſcipit & cuſtodit;in tali autē terra bona profert fructū ſemē igit in corde tali verbū Dei fructū ſuū profert.Cōtra vero,vt ſe habet ſemen ad terrā malā, ita verbū Dei ad cor malū:in terra autē mala nō facit fructū ſemē tametſi in ſe bonū,nec igit in corde malo verbum Dei.Item.Quod ſunt viſibiles aues corporali ſemini,id ſunt inuiſibiles dæmones verbo Dei: ſed aues cū ſemē aliquod vidēt ſecus viā iacere, ſtatim illud diripiūt, prohibētes ne inde fruct⁹ conſurgat. Itaq; & dæmones dū vidēt hominē Dei verbū nō in profundo cordis recondere, ſed tātum in ſuperficie geſtare,ſtatim illud ſatagunt,ne fructum proferre poſſit,a corde eius abripere. Iterum. Quod ſunt ſpinæ naſcentibus frugib⁹.Hoc ſunt ſæculi curæ & diuitiarum fallaciæ bonis initijs ex Dei ỽbo exurgentibus

quatuor cõtinent tria,& inſuper vnitaté,quæ eſt tertia pars ternarij.Propter hoc,inter octo & ſex,item quatuor & tria,dicit eſſe proportio ſeſquitertia.Vocatur auté hic locus a cõmutata proportione,eo qđ ordo eorũ quæ cõparanť in cõcluſione cõmutetur. Nã in antecedente, primo numero cõparato ad ſecundũ & tertio ad quartũ:in cõcluſione ordine cõmutato cõparatur primus ad tertiũ,& ſecundus ad quartũ.Maxima.Sicut primũ ad ſecundũ,ita ſe habet tertiũ ad quartũ,& primum ad tertiũ ſe habebit vt ſecundũ ad quartũ. ¶CAPVT XXXII.

¶De loco a diſſimili & a diſproportione. — A diſſimili & diſproportione.

Qvemadmodũ auté a ſimili argumentũ ducitur & a proportione, & ab affirmatione, ad affirmationé,vel a negatione ad negationem quãdo ſimilia conſyderãtur ſecundũ id in quo ſunt ſimilia,aut proportionalia, ſcđm id in quo conſiſtit proportio,ita ſumi poteſt nõ inutile argumentum a diſſimili & diſproportione,cõſyderatione,eius in quo eſt diſſimilitudo aut diſproportio ab affirmatione vni9 ad alterius negationé,vel econtrario. ¶Vt cũ ſic argumẽtamur.Nõ ita eſt de anima rationali quõ de anima bruti.Ãia auté bruti ſimul cũ corpore perit,igiť anima rationalis nõ perit cũ corpore,ſed manet extra corpus ſeparatim per ſe ſubſiſtens.Itẽ.Non ſic ineſt homini rationale vt riſibile, ſed rationale ineſt homini vt differẽtia,igitur riſibile nõ ineſt homini vt differẽtia.Item.Nõ eſt Deus ſicut homo,ſed õnis homo eſt mẽdax & non verax igitur De9 verax eſt & nõ mẽdax.Itẽ.Non ſic ſunt cogitationes Dei vt hominũ,nec tales viæ eius vt hominũ(Nam,vt ait Eſaias,quantũ exaltanť cœli a terra,tantũ exaltanť cogitationes Dei a cogitationibus hominũ,& viæ Dei a vijs hominũ) Cogitationes auté hominũ ſunt ad malũ,ad iniuſtitiã,ad vindictã & huiuſmodi,igiť cogitatiões Dei rectæ ſunt & æquæ,cogitationes pacis & nõ afflictionis.Item Nõ eſt talis De9 erga inimicos ſuos,qualis erga ſuos eſt homo.Homo auté perſequiť inimicos,& malefacere eis conať.De9 igiť beneficijs afficit ſuos inimicos atq; — Eſa.55.

micos,atq; ad ſe conaſ allicere vt pœniteãt.Itẽ Non ſic ſe exhibebit Deus in iudicio futuro vt modo ſe exhibet.Nũc autẽ ſemper parat⁹ eſt miſereri clamãtib⁹ ad ſe & flecti poteſt precib⁹.Tũc igiſ null⁹ precibus flecti poterit nullis fletibus cõmoueri. ¶Sic

Lucę.22. in Euãgelio Domin⁹ ait diſcipulis. Non ſic erit inter vos quãtum ad eos qui alijs erũt prælati, quẽadmodũ inter reges gentiũ. Reges autẽ gentiũ dominanſ eorũ imperio, & cũ faſtu poteſtatẽ exercent inter illos.Igiſ inter vos non ita erit,ſed per humilitatem debebit infra omnes ſe ſubmittere prelat⁹ alijs

Mathę.6 vt qui maior eſſe velit,ſit omniũ ſeruus,& qui præceſſor ſicut miniſtrator.Itẽ.Non ſic vobis orandum eſt,quomõ orant ethnici:confidunt autẽ illi in multiloquio;igitur nõ vos in multiloquio orabitis,ſed

Mathę.5 corde attento.Itẽ.Non talis erit veſtra dilectio qualis eſt ethnicorꝫ:hi autẽ ſolũ diligunt ſibi benefaciẽtes & propinquos,vos igiſ non illos ſolũ,ſed õnes. amicos & inimicos.Maxima. De diſſimilibus non

» idẽ eſt iudiciũ.¶A diſproportione. Nõ ita ſe habet in homine anĩa,quomõ nauta in nauı.Nauta vero in naui eſt non ſicut pars nauis aut nauẽ viuificans, ſed tantũ quaſi motor extrinſecus .Igitur anĩa eſt in homine ſicut ei⁹ pars,& vita,& mouens intrinſecũ Item.Nõ ſic ſe habẽt duodecim ad ſex quõ octo ad ſex.Habent autem ſe duodecim ad ſex in proportione dupla.Igitur nõ ſe habẽt octo ad ſex in proportione dupla.Maxima.De ijs inter quæ nõ eadem eſt

» proportio,non idem erit iudiciũ. Itẽ & a cõmutata diſproportione(vt ita loquamur)argumentũ ſumitur,hoc modo.Non ſic ſe habent duodecim ad ſex, quõ ſe habent quatuor ad tria(Inter illa eñ eſt proportio dupla,inter hęc ſequitertia)ergo nõ ſic ſe habent duodecim ad quatuor,quõ ſex ad tria.Nam inter hæc eſt proportio dupla,inter illa vero tripla.

» Duodecim eñ ter continent quaternariũ.Maxima.

» Si nõ ita ſe habet primũ ad ſcđm vt tertiũ ad quar-

» tum,nec ita ſe habebit primũ ad tertiũ vt ſecũdum ad quartum. ¶CAPVT XXXIII.

¶De loco ab authoritate.

¶Inter-

INter locos extrinſecos, vnus ſupereſt tractand⁹ quem Boetius nominat a rei iudicio, quod in eo ſumatur argumentũ a iudicio ſapiẽtum atq; expertorum, quod de re illa tulerunt quæ in diſputationem vocaẽ, Cicero vero ab authoritate eũ nominat, qua appellatione & vulgo vtuntur recentiores. Ex hoc autẽ loco probam⁹ aliquid ita eſſe vel non eſſe, eo quod vel õnes, vel plurimi, vel magis ſapientes magiſq; experti in qualibet profeſſione ita ſentiunt. ¶Valet autẽ ſolũ affirmatiue, hoc modo. Qui in Aſtronomia peritiores habentur, ſub firmamento aſſerunt ſeptem eſſe planetarũ orbes: igitur ſeptẽ ſunt ſub firmamẽto planetarum orbes. Phyſici aſſerunt, quatuor eſſe elementa ex quib⁹ mixta omnia componũtur: igitur ita eſt. Grãmatici tradunt, octo eſſe partes orationis, igitur ſic res habet. Dialecticorum princeps Ariſtoteles, ſyllogiſmũ dixit trib⁹ tantum conſtare terminis, igitur ſic res habet. Agriculturæ periti dicũt, tẽpus hoc aut illud eſſe aptũ ſationi, igitur ſic habet. Cementariæ artis periti aſſerunt nõ durabile eſſe opus quod hyemis tẽpore cõpingetur, ſic igiẽ habet. Ita in omni profeſſione, ab õnium vel pluriũ vel paucorũ magis ſapientum. imo vni⁹ eximię ſapiẽtis & experti iudicio, licet argumẽtari.

Loc⁹ ab authoritate.

" Maxima. Vnicuiq; experto in ſua ſcientia credendum eſt. Item. Quod omnib⁹ vel pluribus vel maxime ſapientib⁹ videtur: ita ſe habere probabile eſt ¶In hoc autẽ loco, illud eſt peculiare, quod non ſumuntur argumenta ex certa aliqua habitudine ad terminũ in quæſtione poſitum, nec eſt hic inuenire terminũ inferentem & terminũ illatũ cum in cæteris id fieri ſit manifeſtũ, etiã in locis extrinſecis omnibus. Vt verbi gratia: in loco ab oppoſitis ſemper valet illatio ratione habitudinis quæ eſt inter duo oppoſita, quorum vnũ infertur ex altero: ſic in locis a maiori, minori, ſimili, valet illatio ratione habitudinis quæ eſt inter maius & minus, aut inter duo ſimilia ſiue proportionalia. Hic vero nihil tale inuenitur. Atq; hoc illud eſſe puto, qđ Cicero in Topicis ait. Græcos huiuſmodi argumẽtatiões appellare

 ἀτεχνας

Ciceronẽ,aut alios antiquos tractatũ non inueniũt velut vana & nugamẽta reijciunt. Quaſi vero anti qui illi abyſſum naturæ ita penetrauerint ſicq; peni tus exhauſerint,vt nihil õnino relictũ ſit poſteris, quod ipſorũ poſſit ingenijs adijci:quaſi antiqui illi magni & præclari dij fuerint,poſteri vero bruta ra tione iudicioq; carẽtia.Adde,quod & ex diuina au thoritate poſteris generationib9 longe plura & po tiora quã prioribus ſint patefacta myſteria:atq; etiã uum quo diuti9 perſtat ſancta Eccleſia,eo plura in dies patefiunt fidelibus ſanctæ veritatis myſteria.

¶CAPVT XXXIIII.

¶Quibus potiſſimum diſciplinis conueniat locus iſte,& de authoritate duplici.

EST quoq; hic notandũ, quod loc9 iſte licet ad omnes diſciplinas vſum ſuum præſtat,potiſſi mum tamẽ ad duas:eã videlicet quę omniũ infima eſt ac velut fundamentũ,& eam quæ ſumma eſt ac velut regina cæterarũ,i,Grammaticã & Theologiã Ferre em omnes grammaticæ regulæ,ex voluntate proceſſerunt eorũ qui primit9 illã effinxerunt, tam etſi in nonnullis rationẽ conſuluerint, Vnde quic quid in grãmaticis probat,ex authoritate cõficitur, eorũ qui vel regulas condiderunt loquẽdi atq; ſcri bendi,vel ex quibus regulæ iſtæ deſumptæ ſunt,vt pote ex vſu Oratorũ atq; Poetarũ & eorũ qui emẽ date loquuti exiſtimant. ¶In Theologia autẽ quo niam res tractant arduiſſimæ,quæ ſupra captũ ſunt hominum,& rationis acumine attingi nõ poſſunt, ideo ratio perparũ in ea valet,authoritas õnia. At q; etiã,licet ratio nonnulla Diuinas res cõcernentia poſſit vtcũq; probabiliter ſiue veriſimiliter oſtende re(id quod nõnulli æditis de Theologia naturali li bris pulchre ſatis monſtrarunt)non tamẽ poteſt ra tio hominẽ eo perducere vt talẽ prębeat Diuinis re bus aſſenſum,qualis debetur ijſdem. Debetur nam q; illis fides,qui eſt aſſenſus firm9 ſine formidine de oppoſito:cuiuſmodi proculdubio aſſenſum,nõ po teſt humana ratio nimiũ imbecillis,& caligãs, in a nimis noſtris generare. Authoritas vero ſola id po

 teſt,cum

teſt,cū illi ſic mens humanā prorſus innitit,vt omni poſtpoſita dubitatione infallibiliter verꝫ eſſe credat,quod ex illa proponit,etiā ſi ratione id nequaꝗ poſſit cōpræhendere vel intelligere. ¶Vbi rurſum notandū eſt,duplicē eſſe authoritatē, Diuinā,& humanā.Humana eſt,quæ ab homine naſcit: Diuina,quę a deo.Illa fallere poteſt,ſicut & falli:iſta nec falli poteſt nec fallere. Nemo eſt em̄ hominū tāti ingenij aut tantæ exercitationis,cui non interdum aliquid exciderit non probandum. Nam Ciceroni Demoſthenes,& Horatio Homer9 ipſe interdum dormitaſſe videtur.Vnde eſt illud vulgatū in omnium ore prouerbiū.Quandoqꝫ bon9 dormitat Homerus Solus autē Deus eſt,qui nunquā errat,nullibi labit nunquā decipitur.Propter quod,humana authoritas tametſi probabilis ſit ſemper tamen ſuſpecta eſt nec fidē plenā generare ſufficiens .Diuina autē certiſſima eſt,& abſqꝫ periculo.fidemqꝫ certiſſimam generat.¶Ineſt autē Diuina authoritas,non ijs ſolum quæ per ſemetipſum De9 loquit,ſed & quæ per miniſtros ſuos ſcribit aut loquitur ſpiritu ſuo inſpirante.Hinc omni Canonicæ ſcripturæ authoritas Diuina competit,quoniam(vt Apoſtolus Petrus ait)
2.Pet.1. ſpirituſancto inſpirati loquuti ſunt ſancti Dei homines.Vnde quicquid manifeſte aſſerit ſcriptura Canonica,id tanquā firmū & indubitatū haberi debet Iam quicquid docet Chriſti ſponſa,ſancta Eccleſia: id tanquam verū & indubitatū,ex authoritate ſpiritus ſancti,qui eam regit,ſuſcipi debet ſine formidine.Cætera vero dogmata patrū orthodoxorum licet eximia ſanctitate præfulgentium,non parem habent authoritatem,vt per omnia cogāt nos aſſentiri ipſorū ſententijs.Interdum em̄ licet illoꝝ authoritati cum rationabili modeſtia refragari,interdum etiam corrigere errorem cum reuerentia.Quemadmodum de ſeipſo ingenue teſtatur beat9 pater Auguſtinus,de ſuis ſuiqꝫ ſimilium ſcriptis ita ad Vincentiū ſcribens.Negare nō poſſum nec debeo,ſicut in noſtris maiorib9,ita multa eſſe in tā multis opuſculis meis,quę poſſunt iuſto iudicio & nulla temeritate cul

titate culpari. Ac rurſum, Hoc genus literarum(de ſcriptis patrũ loquit̃)ab authoritate canonum diſtinguendum eſt. Non eñ ſic legũtur, tanq̃, ita teſtimonium ex eis proferatur, vt contra ſentire non liceat ſicubi forte aliter ſapuerint quam veritas poſtulat. ¶Veruntamen non temere nec ſine magna ratione, talium patrũ qui in Eccleſia magnæ eruditionis & ſanctitatis habentur dictis licet refragari, vt noſtra hac tempeſtate nimium impudenter faciunt pleriq; qui ſui ingenij & craſſi & tardi & peruerſi ſententiam, nimia præſumptione clariſſimorũ quoq; patrũ exactiſſimo iudicio, nihil verentur vel æquare vel anteponere. Quæ tãta impudentia atq; præſumptio nõ modo candorem Chriſtianũ, verumetiã naturalem dedecet verecundiam atq; modeſtiam. Semper eñ & ab ethnicis magnus honor multaq; authoritas dari cõſueuit iis, qui in profeſſione aliqua inſignes aut præcipui ſunt habiti. Tametſi eñ nemo hominũ ex ſuo ſpiritu loquens oĩa bñdixerit aut ſcripſerit, imo & ij qui ſpiritũ Dei habent orthodoxi patres, tametſi in aliquibus permiſſi ſunt cæcutiri, aut labi: plurimi tamẽ illorũ vel plæraq; vel pene õnia recte dixerunt, vixq; in vno aut altero aut omnino in pauciſſimis aberrauerũt a ſcopo ita vt recte dicto cum multis milib9, vix vnum poſſit non recte dictũ opponi. ¶Propter quod, ab authoritate eorum merito probabile erit argumentum, potiſſimum quando de ea re agit̃, cui alius nemo poſterior, vel paris, vel maioris authoritatis, poſt plurima ſecula auſus eſt contradicere. Vt ſi hæc dixit Hieronymus, Auguſtinus, Gregorius, Cyprianus, Tertullian9, vel alius huiuſmodi, & nemo orthodoxorũ patrũ. Id tanquam falſum repræhendit, neq; Eccleſia vnquã cõtrarium declarauit, admodũ probabiliter colligim9 id verum eſſe. Secus vero, cum ea de re agitur, quæ poſtmodum ab aliis paris aut maioris authoritatis doctorib9, in contrariũ definita eſt. Quemadmodũ non valet argumẽtatio. Cyprianus cenſuit baptizatos ab hæreticis eſſe rebaptizandos in Eccleſia: igitur ſic res habet. Huic eñ ſententiæ aduerſatus eſt

beatus Auguſtin9, & tota obluctatur Eccleſia, quæ plus habet authoritatis, q̃ vn9 ille cũ paucis ſibi adhærentibus. Nec ſequit. Origenes (vt aſſeritur) finẽ poſuit dãnationi malorũ angelorũ, igitur ſic res habet. Aduerſus hanc em̃ ſentẽtiã fortiſſime depugnarunt plurimi orthodoxi, Hieronym9, Auguſtin9 ac huiuſmodi plures, atq; tota Eccleſia. Deniq; & hoc aduertendũ eſt, quantũ ad humanas diſciplinas attinet, loci huius vſum maxime conducere apud eos, qui ad profeſſionẽ aut diſciplinã quãlibet accedunt nouicij. Iuxta Ariſtotelis notatu dignã ſententiam, Credere oportet eũ qui diſcit. Qui em̃ primũ limina diſciplinæ cuiuſlibet ingreditur, nondum ſufficit per rationẽ de ijs quę proponũtur iudicare, cũ nihil adhuc intelligat eorũ quæ tradũtur. Verũ vbi longius quis ꝓgreſſus fuerit, artemq; ipſam & diſciplinã penitius introierit, tũ magis illũ oblectabit ratio incipiet magna animi iucunditate ſingulaꝝ rerum quas prius diſcẽdo tantũ credidit, rationẽ inueſtigate & inuenire. ¶CAPVT XXXV

¶De loco a tranſſumptione.

De loco a trãſſũptione.

SOlent quoq; locis extrinſecis adijcere locũ aliũ dictũ a tranſſumptione, cuius duplicẽ aſſignant vſum. Interdũ em̃ quæſtione aliqua propoſita generali, ad aliquã ſpeciẽ nos transferim9, vt facili9 expeditiuſq; propoſitũ mõſtremus: æſtimantes generale propoſitũ ſufficiẽter declaratum, ſi particulare illud ad quos nos trãſtulimus declarem9. Hui9 exemplũ Boetius adducit ex Socrate, qui cum quæreret, quid in vnoquoq; poſſet iuſticia: õnẽ tractatũ trãſtulit ad reipublicę magnitudinẽ, atq; ex eo q̃d illic efficeret in ſingulis etiã valere cõfirmauit. Interdũ vero hæc trãſſumptio fit in nomine, cum propoſito nomine ignoto ad aliud nos trãſferimus noti9. Vt ſi diſputatio de philoſopho habeat, & ignoret forſitan qs philoſophi nomẽ, ad ſapiẽtis nomẽ trãſlatio fiet. Eſt em̃ ſapientis nomẽ notius quã philoſophi, q̃m illud Latinis domeſticũ eſt, hoc peregrinũ. Vero huius loci nõ ita magna videtur eſſe vtilitas: propter quod de eo ꝓlixiorem tractatũ non facim9, ad medios locos

prope-

properantes. ¶CAPVT XXXVI.

¶De locis medijs & primũ de loco a coniugatis.

INter locos medios prim⁹ eſt,qui appellaẽ a coniugatis,ſecũdus qui a caſibus.Inter coniũgata & caſ⁹ hæc eſt differẽtia:qđ cõiugata dicanẽ termi nus abſtractiuus & denominatiuus idẽ pricipaliter ſignificantes:caſus ꝟo,plura dicunẽ denominatiua, ſiue nominalia ſiue ꝟbalia,ſiue aduerbialia ab eodẽ aliquo abſtracto ſcđm denominationẽ formatã Vt iuſticia iuſtus & iuſte cõiugata:ſunt itẽ ſapiẽtia ſapi ens & ſapiẽter.Idẽ em̃ habẽt ſignificatũ principale, ſed differũt tantũ in minuſprincipali ſignificato eo qđ termin⁹ abſtractiu⁹ nudã qualitatẽ ſignificet,termin⁹ autẽ cõcretiu⁹ ſimul ſubſtantiã. ¶Dicta ſunt autẽ coniugata,quia ſub eodẽ ſunt iugo ſignificationis,aut quia ad idẽ ſignificationis iugũ pertinẽt.Caſus vero ſũt,vt iuſtus & iuſte,ꝓbus ꝓbe.Ideo dicti caſus·quoniã ambo per quandã deflexionẽ cadũt a principali noĩe,id eſt,ab abſtracto.Hoc em̃ diciẽ nomẽ principale·q̃m formã ipſã nudã & ꝑ ſe ſignificat nihil ſimul aliud,nec ex principali· nec ex minuſprĩcipali ſignificato importãs.Vnde licet forſitã inter dũ contingat,ſecundũ Grãmaticoꝶ deriuationem,a cõcreto deriuari abſtractũ: ſcđm rem tamẽ & ſignificationẽ ac per ſe,abſtractũ eſt principalius concreto:q̃m concretũ ſuã habet denominationẽ a forma per abſtractũ ſimpliciter ſignificata.¶Interdũ vero ſub nomine cõiugatoꝶ generaliter intelligunẽ etiã caſus,vt apud Ciceronẽ,qui locũ a caſibus nõ diſtinguit ab hoc loco a cõiugatis,ſed illũ ſub hoc cõcludit.Quia em̃ plura cõcreta ab eodẽ abſtracto formata ſub eodẽ ſunt iugo primariæ & pręcipuæ ſignificationis,nõ immerito cõiugata dici poſſunt.¶Fiũt autẽ argumẽtationes,tã a cõiugatis quã a caſibus,& affirmatiue & negatiue.Interdũ quidem in prædica tis bonũ & malũ,interdũ in alijs.Primi exemplum eſt.Qui iuſtus eſt bonus eſt,igiẽ iuſticia eſt bona.& ecõtrario.Item in aduerbijs ſic.Quod iuſte fit bene fit,igiẽ iuſticia eſt bona,& econtrario.In verbis:ſic, Tẽperare bonũ eſt,igitur tẽperantia eſt bona. Obedientia

Locus a coniugatis.

dientia ſancta eſt,ſanctũ igitur eſt obedire. Maxima
Quod vni conuenit cõiugatorũ,& alteri conuenit,
" Itẽ.Cõiugatorũ in eo qđ coniugata ſunt,vna eſt ea»
" demq; natura. ¶Interdũ vero fit in prædicatis alijs
q̃ bonũ & malũ,hoc modo. Qui currit mouet,igit
curſus eſt motus. Percuſſum patit,igitur percuſſio
eſt paſſio. Albũ eſt coloratũ, igitur albedo eſt color
Quod dulce eſt ſapidũ eſt,igitur dulcedo eſt ſapor.
Qui iuſtus eſt probus eſt,igitur iuſtitia eſt probitas
aut ꝟtus.Maxima.Si coniugatoꝝ vnũ vni conue»
" nit,& alterũ alteri cõueniet. ¶Vt autẽ vniuerſali»
ter ex hoc loco deſumpta argumẽta valeant, primũ
quidẽ obſeruandũ eſt,vt propoſitiones ſumantur in
quibus prædicatũ per ſe cõueniat ſubiecto,non per
accidẽs.Nõ eñ neceſſe eſt,ſi duo concreta per acci»
dens de ſeinuicẽ dicãtur,ob hoc illorũ quoq; abſtra
cta de ſeinuicẽ ſimiliter prædicari. Queadmodũ vi»
delicet albũ & dulce,duo hæc concreta de ſeinuicẽ
prædicant,dicẽdo. Albũ eſt dulce & dulce eſt albũ:
eo quod vnũ idemq; lac ſimul & album ſit & dulce.
Non tamẽ hinc poteſt inferri,albedinẽ eſſe dulcedi»
nem.Per accidẽs eñ non per ſe,illa concreta de ſein
uicem prædicantur.¶Tunc autẽ dicũtur duo con»
creta de ſeinuicẽ per accidẽs prædicari,quãde res ſi»
gnificata per vnũ nõ eſt in re per alterũ ſignificata,
nec eadẽ eſt vtriuſq; ſignificati natura,ſed ambo ſi»
mul in eodẽ ſubiecto reperiunt. Vt albedo nõ eſt in
ipſa dulcedine,neq; dulcedo in ipſa albedine,nec am
bæ eiuſdẽ ſunt naturæ.Veꝝ,quia ſimul ambæ inue
niũtur in eodẽ ſubiecto tertio,nẽpe in lacte,hinc eſt
quod de ſeinuicẽ prædicant::idq; per accidens,ratio
nẽ ſubiecti tertij in quo cõueniunt nõ autem per ſe,
nõ eo quod vnius eſſent naturę aut alterũ in altero
Ita dicendum & de iſtis propoſitionibus.Sciens eſt
probus vel ſtudioſus.Humilis eſt iuſt⁹. Grammari»
cus eſt Dialecticus. Videns eſt audiẽs. Sapidum eſt
coloratum,atq; huiuſmodi.Ex quibus non licet in
ferre, igitur ſcientia eſt virtus, humilitas eſt iuſtitia,
grammatica eſt dialectica, viſus eſt audit⁹,ſapor eſt
color.Cum autẽ dico,albũ eſt coloratũ, prædicatio
eſt per ſe,

eſt per ſe,non ſecundũ accidẽs.Albedo em̃ quæ per ſubiectũ ſignificat,& color qui per prædicatũ.eiuſdem ſunt naturæ,ſicut ſpecies & gen⁹ & coloris natura eſt in albedine,ſicut natura generica in natura ſpecifica.Ob hoc per ſe iſta cõueniunt.Simile eſt de iſtis propoſitionib⁹.Humilis eſt probus. Grammaticus eſt ſciens. Dulce eſt ſapidũ. Suaue eſt odoriferum.Triangulare eſt figuratũ Purum eſt naturaliter potens.Molle eſt naturaliter impotens. Percutiens eſt agens.Percuſſum eſt paſſum,atq; ita in cæteris prædicamẽtis.Ex quorũ ſingulis apte inferri poteſt prædicatio abſtracti de abſtracto. ¶Deinde & hoc obſeruandũ eſt,vt aſſignentur vere coniugata, non tantũ ſecundum voce,ſed ſecundũ rem & ſignificationẽ.In iis em̃ quæ tantũ ſecundum ſpeciẽ & vocis ſonũ coniugata videntur,non valet.Non em̃ ſequitur. Somnolentus vicioſus eſt,igitur ſomnus malus.Nec ſequitur:ſomn⁹ bon⁹ eſt,igitur ſomnolentum eſſe bonũ eſt.Somnolent⁹ em̃ non proprie eſt ſomni denominatiuũ ſecundũ ſignificationẽ rei correſpondẽs.Somni em̃ denominatiuũ proprium eſt,dormire vel dormiẽs. Somnolentus autẽ,denominatiuũ eſt a ſomnolentia.Vnde ſic eſt argumentãdum.Somnolẽtus vitioſus eſt,igitur ſomnolẽtia vitium. Somnus autẽ bonus eſt,igitur dormire bonũ eſt.& dormire bonũ eſt,igitur ſomn⁹ bonus eſt? Nihil autẽ refert,ſiue denominatiuũ ſit ſignificatione tantũ,ſiue voce & ſignificatione ſimul. Precipuum em̃ quod hic quæritur,ſignificatio eſt. Verũ denominatiuum voce tantũ,huic loco minime cõuenit.

¶CAPVT XXXVII.

¶De loco a caſibus.

Locus a caſibus

EAdem quoq; hęc obſeruanda ſunt,cum a caſibus argumentũ ſumitur.Sic em̃ eſt argumentandum.Quod iuſte fit bene fit,igitur qui iuſtus eſt bonus eſt:& econtrario. Quæ humilia ſunt honeſta ſunt,igitur quæ humiliter fiunt honeſte fiunt.Qui grammatice loquitur ſciẽter loquitur,igitur grammatic⁹ eſt ſciens,& econtrario.Qui ſophiſtice loquitur odibilis eſt,igitur eſt ſophiſta odibilis

Iniuſte

Iniuſte agere malũ eſt, igiť iniuſt⁹ mal⁹ eſt. Percuti eſt pati & percutere eſt agere, igiť percuſſum eſt paſſum & percutiens agens. Maxima. Caſuũ in eo qđ caſus ſunt, eadẽ eſt natura. ¶ Cicero vero tale propo nit præſentis loci exemplum. Si ager eſt cõpaſcuus ius eſt cõpaſcere: iuxta quã formã ita licebit ex hoc loco argumẽtari. Si religioſus eſt, religioſe debet viuere, ſi Chriſtianus, chriſtiane. Si chriſtiane aut religioſe nõ viuit nõ eſt chriſtianus aut religioſus. Cœnobitarũ ſi õnia ſunt cõmunia, iuſtũ eſt vt cõmuniter õnibus vtantur. Si proprie vtanť & peculiaria ſibi ac propria faciãt: & ipſi (vt vulgo appellanť) proprietarij cẽſendi erũt. Si hæc res nõ eſt mihi ꝓpria, non ea licet mihi vti proprie. Itẽ ſi quis fortiter agit aut prudẽter, is fortis aut prudens diceť: ſi impudice loquať vel agat, impudic⁹ erit. Itẽ. Spirit⁹ eſt Deus ſpiritualiter ergo colendus. Magnus eſt Deus, magnifice igitur eſt colẽdus. Itẽ ſi nobilis quiſpiã eſt aut ingenuus, nobiliter & ingenue debet agere. Si non agat ingenue, nec ingenuus erit. Huc illud pertinet qđ ille apud Terentium ait. Homo ſum, humani nihil a me alienũ eſſe puto. Et illud qđ per ſapientem

Sapi.n. in cõfeſſionẽ laudis. Dño dicitur. Cũ ſis iuſtus, iuſte õnia diſponis. ¶ In propoſitionib⁹ autẽ per accidẽs nõ valet argumentũ. Non eñ ſequiť. Percutiens eſt percuſſum, igiť percutere eſt percuti. Nec ſequitur. Grãmaticus eſt prob⁹, igiť grammatice loqui eſt probe loqui. Itẽ, cum nõ aſſignanť propria denominatiua non valet argumẽtatio, hoc pacto. Potare aut bibere bonũ eſt (cum ſit ad naturæ ſuſtẽtationẽ neceſſarium) igitur potor aut bibulus bonus eſt, ſed inferri debet, igitur potans aut bibens benefacit.

¶ CAPVT XXXVIII.

¶ De loco a diuiſione.

Tertius inter locos medios eſt, qui appellatur a diuiſione. Pro cuius loci pleniori intellectu præmittendum eſt, quid ſit diuiſio, & quæ ad

Quid diuiſio bonã diuiſionẽ requiranť conditiones, & quot modis fiat. Eſt aũt diuiſio, partitio aut ſectio, ſiue diſtractio alicuius totius in plures partes. Vnde in õni diuiſione

uiſione ſpectandū eſt aliquid quod diuiditur,& alia qua in quæ fit diuiſio,& quædā ſigna per quæ fit diuiſio.Quod diuidiť appellam⁹ diuiſum ,illa in quæ fit diuiſio,mēbra diuidētia aut mēbra diuiſionis,qđ in ea tanq̄ in mēbra vel partes fiat totius diuiſio.Illa autē ſigna per quæ fit diuiſio,ſigna diuidentia aut nota diuiſionis appellanť.Vt cū ita dicim⁹.Animalium aliud eſt homo aliud eſt brutum,tota illa oratio eſt diuiſio:anĩal,diuiſum,homo & brutū membra diuidentia ſiue partes diuiſionis,aliud vero,eſt ſignū diuiſionis.Aliter efficiť diuiſio per coniunctionem diſiunctiuam.hoc modo.Omne anĩal vel eſt homo vel brutū,vbi nota diuiſionis eſt coniunctio diſiūctiua.¶Ad hoc autē vt diuiſio propria ſit & abſolute bona primo exigiť ne diuiſum excedat mēbra diuidentia ōnia ſimul ſumpta.i.ne diuiſum latius pateat q̄ ſimul ōnia mēbra ita vt aliquid poſſet ſub diuiſo contentū inueniri,quod ſub nullo mēbrorum diuidentiū contineť.Hoc em̄ eſt excedere diuiſum mēbra diuidētia.Huius defectu,nō eſt bona iſta diuiſio,Animaliū quoddā eſt greſſibile,quoddā volatile.Sunt em̄ animalia,quæ nec greſſibilia ſunt,nec volatilia vt piſces natantes & ſerpentes,qui repunt ſuper terrā.¶Viciſſim requiriť ad bonā diuiſionem vt mēbra diuidētia non excedant diuiſum:hoc eſt, vt nō contineať quicq̄ ſub membrorū aliquo,quod nō item ſub diuiſo.In proprie dicta em̄ diuiſione,illa in quæ fit diuiſio,debēt eſſe partes,& quaſi membra ipſi⁹ quod diuidiť.Si autē aliquid ſub membris cōtineatur quod nō ſub diuiſo,iam non partes ſunt aut mēbra,quoniā quicquid eſt in parte,eſt & in toto cuius illa eſt pars.Huius defectu,iſta non eſt diuiſio bona.Brutorū aliud eſt ſanū aliud ægrū. Multa em̄ ſunt ſana & ægra,quæ nō ſunt bruta,nimirꝫ homines vniuerſi.Niſi ad nomina illa ſanū & ægrum intelligať repeti ipſum diuiſum,hoc ſenſu. Brutorū aliud eſt brutū ſanū,aliud eſt brutū ęgrum. Hic em̄ diuidentia mēbra,quæ ſunt partes in modo reſpectu diuiſi,ipſum nequaq̄ excedunt. ¶Atqꝫ ita in ōni diuiſione ſubiecti in accidentia,ſi propria eſſe debeat,

Intelligendũ eſt diuiſum repeti ad ſingula mẽbra di uidentia, vt ſint ipſa partes in modo reſpectu ipſius Vt cũ dico. Hominũ, alius eſt calidus, alius frigid⁹ alius tepid⁹. Hominũ, alius eſt alb⁹, alius eſt niger, ali⁹ medio colore colorat⁹, atq; ita in cæteris. ¶Requiritur tertio, vt mẽbra diuidẽtia non coincidant, ſed pugnent adinuicẽ, ſic vt de eodẽ non poſſint vere prædicari. Illa em̃ in quę fit diuiſio, debẽt eſſe partes diuerſæ ipſi⁹ quod diuidit. Partes autẽ ſi diuerſę ſint, de ſeinuicẽ non dicũtur, ſed pugnãt, alioqui nõ ſunt diuerſæ. Hui⁹ defectu, iſta non eſt bona diuiſio Hominũ, alius eſt riſibilis, ali⁹ flebilis. Neq; iſta valet. Animaliũ, aliud eſt homo, aliud brutum, aliud auis. Nã auis & brutũ non pugnãt: cum ſint gen⁹ & ſpecies. Simili modo iſta nõ valet, Propoſitionum, alia eſt vera, alia falſa, alia neceſſaria, alia impoſſibilis. Nã propoſitio necaſſaria & vera coincidũt, ſimiliter propoſitio falſa & impoſſibilis. ¶Præterea notandum eſt, diuiſionẽ fieri dupliciter. Primo per negationẽ. Vt animaliũ aliud eſt homo, aliud non eſt homo, vel aliud eſt non homo. Omne quod eſt, aut viuit aut nõ viuit. Huiuſmodi diuiſio nunq̃ habet niſi duo mẽbra: quomã inter affirmationẽ & negationem, quæ ſunt cõtradictorie oppoſita, nullũ eſt dare mediũ. i. nihil poteſt inueniri de quo nõ alterũ illorum vere prædicet. Vnde duob⁹ eiuſmodi membris diuiſio completa ſit, neceſſe eſt, nec poteſt adijci tertiũ, niſi fiat coincidentia cũ altero duorũ, vtpote vel cũ affirmatiõe vel cũ negatiõe. Et quidẽ ad hoc vt eiuſmodi ſit diuiſio proprie dicta, repetendum eſt diuiſum ad negationẽ Alioqui membrũ illud quod ſcd̃m negationẽ effert, ſuperabit diuiſum. Vt cũ dico. Animaliũ, aliud eſt homo, aliud eſt nõ homo, niſi repetat animal, in hunc ſenſum. Inter animalia, aliud eſt anial homo, aliud anial non homo: niſi(inq̃) talis fiat vel explicite vel implicite repetitio, membrum ſcd̃m nõ homo, longe ſuperabit diuiſum, animal: quoniã de infinitis dicit non homo, de quibus nõ dicit animal. ¶Alia eſt diuiſio, quæ fit per membra poſitiua, abſq; negatione. Atq; hæc interdũ duo tantum

tantum habet mēbra. Vt. Anialium, aliud eſt homo aliud brutū. Omne vitiū, aut eſt ſecundū exceſſum aut ſcd̄m defectū. Omne corpuſaniatum, aut eſt ſenſibile, aut inſenſibile. Et huiuſmodi diuiſio plura poteſt habere mēbra q̄ duo, vtpote vel tria, vel quatuor, vel plura. Vt cū diuiditur propoſitio in propoſitionem vniuerſalē, particularē, indefinitā & ſingularem. Item cū oppoſita diuidūtur, in oppoſita relatiue, contrarie priuatiue, & cōtradictorie. Et a mēbrorum iſto numero ſolet vocari quælibet diuiſio; aut bimēbris, aut trimēbris, aut quadrimēbris. ¶ Omnis autē diuiſio, vt minimum duo mēbra habere debet Vnde ſi dicas. Quoddā anīal eſt homo, nulla fit diuiſio. Queadmodū eīn in corporali diuiſione videmus nō poſſe lignū diuidi, niſi vt minimū in duas partes, poſſe tamē diuidi in tres aut quatuor aut plures immediata diuiſiōe: ſic & diuiſio logica fieri nō poteſt, niſi per duo vt minimū mēbra, per plura aūt fieri poteſt. ¶ Frequēter autē cōtingit, eā quæ trimembris eſt aut quadrimēbris, poſſe redigi ad bimēbrem Vt hæc trimēbris diuiſio. Rerū aliæ ſunt ſimpliciter bonæ. vt virtutes: aliæ malæ, vt vitia. aliæ mediæ ſiue indifferentes, cuiuſmodi ſunt bona fortunæ, redigi poteſt in hanc immediatā & bimembrē diuiſionē Rerū aliæ ſunt differētes, aliæ indifferētes. Ac deinde membrū alterū noua diuiſione ſubdiuiditur hoc pacto. Rerū differentiū, aliæ ſunt bonæ, aliæ malæ. Sic itē iſta diuiſio. Figurarū quæ ſunt trilateræ, aliæ ſunt æquilateræ, aliæ ex trib9 duo tantū latera æqualia habēt aliæ ſunt totæ inæquales, ita vt nullum latus alteri ſit æquale, trimēbris quidē eſt, ſed ad bimēbrem redigi poteſt, ſi ita dicam9. Figurarū quæ ſunt trilateræ, aliæ ſunt æquales, aliæ inæquales: ac deinde. Earū quæ ſunt inæquales, aliæ tantū duo habent latera inæqualia, aliæ tria. i. omnia ſimul, ¶ Quod autē ſubinde cogimur diuiſiones facere pluriū quā duorū membrorū, ex inopia procedit vocabulorū videlicet quoniā non habemus apta vocabula quibus nominem9 duo immediata genera aut ſpecies in quæ foret res diuidenda bimembri diuiſione.

CAPVT

¶CAPVT XXXIX.

¶De multiplici diuiſione.

Diſtinguit̃ autẽ ab authoribus ſextuplex diuiſio. Prima eſt diuiſio generis in ſpecies. Vt, Aĩalium, aliud eſt homo, aliud brutũ. Qualitatũ, alia eſt habitus & diſpoſitio, alia naturalis potentia vel impotẽtia, alia paſſio & paſſibilis qualitas alia forma & figura. Atq; hæc eſt diuiſio propriiſſima. Sub hac cõtinetur diuiſio generis in ſuas differentias. Vt, Aĩalium, aliud rationale, aliud irrationale. Verũ ſi proprietatẽ & naturã rerũ conſyderemus, poti⁹ genus dicendũ videt̃ per differẽtias: quã in differẽtias diuidi. Per differentias em̃ genus diuiditur in ſpecies. Siquidẽ differẽtiæ gen⁹ ipſum contrahunt & diſtrahũt diuidũtq; in ſpecies. Nã hęc eſt differentiarũ natura, diuidere inter ſpecies diuerſas ſub eodẽ genere poſitas, eaſq; abinuicem diſiungere vt ex libro primo maniſeſtũ relinquimus. Huc etiã pertinet diuiſio toti⁹ in modo in partes ſuas. Nã totum in modo, cõparatione ad ſuas partes quaſi genus quoddã cenſetur & vniuerſale. ¶Secunda eſt diuiſio toti⁹ integri ſiue integralis, in ſuas partes integrales ſiue integrãtes, Vt cũ domus diuidit̃ in tectum, parietes, & fundamentũ. Verũ hæc potius enumeratio partiũ q̃ diuiſio, dicenda eſt, & ſi diuiſio eſt, magis realis q̃ logica videt̃. Vnde modus dialecticæ diuiſionis (vt ſupra diximus) eſt per ſigna, aliud & aliud, aut per diſiunctiuã coniunctionem. Iſta autẽ enumeratio partiũ, neutro horũ modorũ fieri poteſt. Inepte em̃ dixeris. Domorum alia eſt tectum alia fundamentũ, alia paries. Vel ſic, Omnis domus vel eſt paries, vel rectũ, vel fundamentum. Propter quod, diſtincto nomine hanc partiũ enumerationẽ. Cicero ac poſt eũ Boetius, partitionẽ appellauerunt riorẽ vero diuiſionẽ. Ad hanc quoq; formam non ulliredigunt ſectionẽ ſpeciei in indiuidua. Vt cum ominẽ diuidim⁹ in Petrũ, Paulũ, Socratẽ, Platonẽ idetur em̃ potius enumeratio quædã eſſe ſingula im multorũ, q̃ vnius communis diuiſio. Et poti⁹ ecies in indiuidua multiplicari, q̃ diuidi, videtur.

¶Tertia

¶Tertia eſt diuiſio vocis in ſignificata. Vt cū diuiditur canis in piſcē marinū, & domeſticū, & ſydus cœleſte: cū polypus in piſcē, & morbum. Verū hæc rurſus nō eſt proprie appellanda diuiſio, ſed enumeratio potius ſignificationū pluriū eiuſdem termini. ¶Quarta eſt diuiſio ſubiecti in accidētia. vt Animalium, aliud eſt ſanū, aliud ægrū. Animaliū, aliud eſt ferū, aliud manſuetū, aliud mediç inter vtrūq; naturæ. Huc videt̃ pertinere diuiſio ſubiecti in propria. Vt. Animalium, aliud eſt riſibile, aliud hinnibile, aliud rudibile, &c. Niſi forte malim⁹ huiuſmodi diuiſiones reducere ad primam ſpeciē, eo quod pro differentijs ſubinde vti ſoleamus proprijs. ¶Quinta eſt diuiſio accidentis in ſubiecta. Vt, Sanorum, aliud eſt homo, aliud brutū. Coloratorū, aliud eſt corpuſaniatum, aliud corpuſinanimatū. Itē eorū quæ fera ſunt aliud eſt ſerpēs, aliud volucris, aliud aliqua reliquarum beſtiarū. ¶Sexta eſt accidētis in accidentia. Vt Sanorū, alia ſunt alba, alia nigra, alia medio colore colorata. Ægrorū: aliud eſt calidū aliud frigidū. Candidorum, aliud durū, aliud molle. Durorū aliud eſt albū, aliud nigrum.

¶CAPVT XL.

¶De modis argumentandi per locum a diuiſione.

HIs præmiſſis, dicēdū eſt, quomodo ex hoc loco ſumi debeant argumēta. Fiunt autē dupliciter. Primo, cū de aliquo prædicat̃ diuiſum & mēbra diuidētia in antecedente ōnia præter vnū de eo negant̃, id quod reſiduū eſt in cōcluſione affirmabitur de eodē, Exempli gratia. Omne anīal eſt ſanum vel ægrū. Petrus eſt aīal, & nō eſt æger, eſt igitur ſanus. Vel ſic. Aīalium, aliud ſanū, aliud ægrum Petrus eſt aīal, & nō eſt eger, igitur eſt ſanus. Et quidem ſi duo tantū mēbra fuerint diuidētia, vnū tantum negatur in antecedēte. Si autē plura q̃ duo fuerint, curandū eſt, vt ōnia præter vnū illud quod in cōcluſione ſcdm affirmationē inferre volumus in antecedente negent̃. Vt in hac argumentatione. Propoſitionum alia eſt vniuerſalis, alia particularis, alia indefinita, alia ſingularis. Hęc autē propoſitio. Petr⁹ ſtudet, eſt propoſitio: & nō eſt vniuerſalis neq; particularis

ticularis,neq; indefinita igitur eſt ſingularis Quòd ſi vel vnũ membrũ omiſeris,præter id quod in cõcluſione infertur,nõ valebit illatio. Non eñ ſequit Hæc eſt propoſitio.Petrus ſtudet:& non eſt vniuerſalis neq; particularis,igitur indefinita. Veruntamẽ ſi in cõcluſione plura illa mẽbra quæ in antecedente negata nõ ſunt,ſimul cõiungãtur ſecundũ diſiunctionem,valebit illatio. Vt ſi ita dixerim9.Hæc eſt ꝓpoſitio,& nõ eſt vniuerſalis neq; particularis igitut eſt indefinita vel ſingularis:vtiq; valet illatio.
Maxima.Cũ quo conuenit diuiſum,cũ illo neceſſe eſt aliquod membrorũ diuidentiũ conuenire, ¶ Secundo valet argumentatio a diuiſione procedendo ab affirmatione vnius membrorũ diuidentiũ de aliquo,ad negationẽ alterius vel omniũ aliorũ de eodem.Vt animaliũ aliud eſt ſanũ,aliud ęgrum. Hoc autẽ animal eſt ſanũ,igitur nõ eſt ægrũ.Propoſitionum alia eſt vniuerſalis,alia particularis,alia indefinita,alia ſingularis. Hæc autẽ propoſitio.Petr9 ſtudet,eſt ſingularis,non igit eſt vniuerſalis,neq; particularis,neq; indefinita.Maxima.Cui cõuenit vnum membrorũ diuidentiũ,de eodẽ reliqua omnia negari neceſſe eſt. ¶Fundat autẽ horũ modorꝫ ratio in cõditionib9 quas ſupra dixim9 requiri ad bonã diuiſionem.Prior nãq; modus in hac fundatur;quod diuiſum nõ poteſt excedere membra diuidẽtia.Fieret eñ hoc,ſi diuiſum de aliquo diceret de quo nullum membrorꝫ diuidentium.Atq; ob hoc neceſſariũ eſt, vbi diuiſum de aliquo prædicat,& mẽbra diuidẽtia õnia præter vnũ de illo negãtur,illud vnũ de eodẽ ſecundum affirmationẽ prędicari.Poſterior modus in hac fundatur,quod mẽbra diuidentia non poſſunt coincidere,ſed pugnare debẽt adinuicẽ.Si eñ ambo de eodẽ ſecundũ affirmationẽ dicerent,iam non pugnarent ſed coinciderẽt. ¶Quantũ vero ad illas diuiſiones quæ dãtur per negationẽ, id eſt,quarũ alterum membrũ eſt negatio,dicimus , poſſe fieri argumentationes modis etiam illis quos ſupra dixim9.

¶CAPVT XLI.

¶ De alijs quibuſdam locis ſignatis ab Ariſtotele.

¶Præter

PRæter prædictos notari poſſunt ex Ariſtotele alij aliquot loci, qui ad argumēta inueniendū ſunt vtiles. Quorum vnus dicitur a magis ad ſimpliciter. Hic eſt, cū ex comparatiuo infert poſitiuum. Vt ſi quid eſt magis bonū, vt etiā bonū ſit neceſſe eſt: ſi quid meli⁹, & bonū, ſi quis doctior & doctus. Vbi tamen oportet cōparatiuū proprie accipi. Interdū em̄ cōparatio fit impropria, quando neutri in eo gradu competit forma a qua poſitiuus denominatiue dicitur, vt ſimpliciter tale poſſit denominari: plus tamē illius habet vnū quā alter. Vt cū duo fuerint, quorū neuter plene aſſequutus eſt grāmaticæ ſcientiā, vt poſſet dici ſimpliciter grāmaticus, alter tamen altero magis propinquus eſt ad aſſequendum ſcientiā, dicim⁹ interdū hunc illo magis grammaticū, non tamē ex hoc recte inferet, eum eſſe grāmaticū. ¶Verū hic loc⁹ reduci poteſt ad locū a parte in modo ad totū: quēadmodū ecōtrario, a ſimpliciter ad magis negatiue, reducit ad locum a toto in modo. Siquidē magis bonum in cōparatione ad bonum, quædam pars eſt in modo: & tale ſimpliciter, quoddā totū in cōparatione ad magis tale. ¶Aliter quoq; licet argumentari a poſitiuo ad comparatiuū & ſuperlatiuū, hoc modo. Quod bonū eſt diligibile eſt: quod igit magis bonū magis diligibile, & quod maxime bonū maxime diligibile erit. Oportet autē hic aſſumi propoſitiones in quib⁹, prædicatū ſubiecto per ſe cōueniat. Alioqui non valebit in propoſitionib⁹ per accidēs. Nō em̄ ſequit. Qui ſciēs eſt probus eſt igit qui magis ſciēs, magis prob⁹, & qui maxime ſciēs maxime prob⁹. Ecōtrario quoq; a ſuperlatiuis & cōparatiuis ad poſitiuos argumētationem valere eſt manifeſtū. ¶Item ex appoſitione ſumit argumentum, hoc modo. Calx parieti admota facit ipſum albū, igit calx eſt alba. Attamētū quia papyrum facit nigrā cui ſuperfundit, ideo ipſū eſſe nigrū cōſequit. Ignis quia calidā facit aquā admotā, ipſe quoq; calid⁹ eſſe arguit. Maxima. Si alterū appoſitū alteri facit ipſū eſſe aliquale, ipſum quoq; tale eſt. Ad hunc quoq; modū argumētari poſſumus. Hic adoleſcens ex con

Locus a magis ad ſimpliciter

Loc⁹ ab appoſitione.

ex cōſuetudine & cōuictu cū ſene illo doct⁹ & pro
bus fact⁹ eſt, igiť ipſe ſenex doctus & probus eſt. Itē
hic adoleſcēs ex talis hominis cōmercio mal⁹ fact⁹
eſt, ille igiť malus eſt per quē alter mal⁹ fact⁹ eſt, Sic
iuſtū arguim⁹ fuiſſe Abrahā & hoſpitalē Deiq; cul
torē fidelē: quoniā nepos Loth ex eius conuictu ta
lis effectus fuerat. Malas quoq; mulieres fuiſſe illas
idolatras & alienigenas, ex quarū cōuictu Salomon
Eccle.13, ipſe factus eſt cultor idolorū. Huc videť pertinere,
Pſal.17, qđ per ſapientē diciť. Qui tangit picē inquinať ab ea
Et itē illud. Cū ſancto ſanct⁹ eris, & cū peruerſo per
uerſus eris. Poſſent quoq; & alij ſignari loci, quorū
in præcedentib⁹ nō eſt facta mētio. Verū qui nūc e
numerati ſunt, præcipui ſunt, & fere ōnes qui à The
miſtio, Boetio, & Cicerone ſunt enūerati. Quoprop
ter Dialecticis nūc & probabilib⁹ locis abſolutis, ad
Sophiſticos ex oppoſito deſignandos procedamus.

¶DEO ſemper & vbiq; GLORIA.

¶LIBRI SEXTI CONSYDERATIONIS DIALECTICĘ q de elēchis ſophiſticis īſcribiť.

¶PREFATIO.

Quemadmodū in iis quæ ad mores attinent, difficile eſt malū a bono ſecernere, neq; raro cōtingit vt pro virtute vitiū amplectamur, decepti ſpecie & ſimilitudine boni: ſic & ī veritate falſitateq; refutanda, facilis eſt & frequēs deceptio, vt quæ falſa ſunt (iuxta Horatij verbum) decepti ſpecie recti vera exiſtimem⁹. Nimirū vt cæcutientibus oculis facile eſt imponere, & alia pro aliis demonſtrare, efficta & adumbratā paululū exteriorū figura ac ſpecie: ita humanę menti ſi non ōnimoda cæcitate, certe lippitudine grauī, ex colligatione corruptę carnis huius laborati, facile nimis illuditur

illuditur,vt ei pro veris falſa,pro certis incerta,pro probabilib⁹ improbabilia obtrudãtur, Quod quidẽ maxime per ſophiſticas & vitioſas ſolet euenire ratiocinationes.Cũ eñ per ratiocinationem homo,vtpote rationale animal,veritates ſibi nõ congenitas debeat inueſtigare,& quaſi venando perquirere,illã vbi a tramite recto deflexerit.i. a forma bona defecerit,neceſſe eſt in cognitiõe veri ratio periclitetur atq; deficiat.Queadmodũ deuiãte itineris duce,cæcus ipſe qui ducitur aberrare cogitur , aut regula incuruata,qui ea vtitur artifex, in metiẽdo decipitur. Eã ob rem,dialectico(cui⁹ eſt officiũ ratiocinando verũ a falſo diſtinguere)nõ ſolũ loca noſſe eſt opus ex quibus argumẽta ad ratiocinandũ depromat ſibi accõmoda:ſed in ſuper iudiciũ illi adeſſe debet,quo ratiocinationes cõtextas diſcutere,& vitioſas a probis acute:expediteq; diſcernere nouerit. Ad hanc ſane rem,nõ mediocriter adiuuat liber ille,cui Ariſtoteles de ſophiſticis elenchis titulũ fecit,alij de locis ſophiſticis eũ inſcribũt.In quo quidẽ libro,locos ſiue modos aliquot digeſſit,ex quibus facile argumẽtationum vitioſarũ quarumlibet defectus poſſit depræhendi. Nos proinde etiã hanc partẽ de locis ſophiſticis aut captioſis elenchis præterire õnino non voluimus,ne inabſolutũ & incompletũ eſſet noſtri laboris opuſculum.Breuitati tamẽ ita ſtudium⁹,vt non niſi ea quę ad propoſitum maxime facere videbantur ſumus proſequuti.

¶CAPVT I.

¶In quem vſum hic liber ſeruire debeat.

ET primũ quidem hoc eſt admonẽdum ,nõ in hunc vſum iſtã tradi ſophiſticorũ locorũ ſciẽtiam,vt ea paſſim & ex propoſito vtamur ad aliorũ deceptionem,aut falſitatis defenſionẽ,veritatiſq; oppugnationẽ.Abſit eñ ab animis omniũ qui veritatẽ amant iſta perſuaſio,procul ſit a pijs & ſimplicibus mentibus peruerſa iſta exiſtimatio.Eſt eñ iſte artis hui⁹ abuſus peſſim⁹. & pernicioſus, ex intẽtione argumenta adferre quę ſcias eſſe ſophiſtica & deceptoria. Eorũ is mos eſt,quib⁹(vt ait Ariſtote.) operęprecium magis eſt videri,eſſe ſapientes quã eſſe

& non videri:quibus proinde neceſſariū eſt videre
facere opus ſapientis, magis q̄ facere & non videri.
Hoc em̄ pacto facile conſequētur, vt ſapiētes videā
tur,quod vehemēter deſyderant.Cuiuſmodi homi-
nes,tanq̄ ſophi aut philoſophi noīe indigni probro
ſo vocabulo , ſcd̄m vocē quidē non ita diſſimili,ſed
re ipſa & ſignificatiōe multū diſtāti,a Græcis appel-
lant ſophiſtæ.i.impoſtores ſiue deceptores,a verbo
græco σοφίζομαι ſophizomæ,quod ſiguificat im-
ponere ſiue decipere.Et licet forſitan adoleſcētulus
in cōcertationibus ſcholaſticis,exercitationis gr̄a id
poſſet cōcedi,vt ad locos huiuſmodi interdū cōfu-
giāt maxime ad auferēdū ſilētij ruborē,vbi alia pro
babilia nō occurrūt argumēta;nequaq̄ tamen in vi-
ris id permitti debet, vt vnq̄ ex propoſito ab his lo-
cis ſumāt argumenta. Virilem nāq; grauitatē decet
magis verecūde ſilere,q̄ arrogāter garrire aut ſophi
ſtice loqui.Qui em̄ ſophiſtice loquit(iuxta ſapiētis
verbū)odibilis erit.Imo & adoleſcentes a præcepto
ribus ſedulo admonēdos ego cēſeo,ne pro adferēdis
argumētis ad locos iſtos facile ſe cōferāt,ſed quātū
fieri poteſt.pbabilia magis ſemper ſectent malintq;
probabilib9 & veriſimilib9 ſodalē nō vincere,imo
videre vinci,q̄ per ſophiſtica vincere . Neq; em̄ pa-
rū refert(iuxta Ariſto.digniſſimā ſententia)iuuenē
ſic vel ſic aſſueſcere.Et iuxta illud Poetæ. Quo ſe-
mel eſt imbuta recens,ſeruabit odorē,Teſta diu.Vn-
de & experiētia quotidiana diſcim9,eos qui a puero
huiuſmodi ſophiſticis captionib9 gloriolas captare
ſunt ſoliti,difficile etiā in ætate gradiori ab illis po-
ſſe abſtinere, facillimeq; in illas ineptias relabi:tunc
maxīe cū ſe probabilib9 viderit deſtitui,& vinci ve
ritatis pōdere metuūt. Tūc(inq̄)veritatem quærunt,
vt ſolent, eludere mendacio,& verecundū ſilentiū
mēdaci loquacitate ſatagūt declīare. Atq; ita fit per
aſſuefactionē vitioſā.vt per omnē vitam ad capiēdā
veritatis ſolidæ diſciplinā eiuſmodi hoīes inueniā-
tur inepti.Et plane hi ipſi ſunt,qui diuinas ōnes &
humanas perturbāt,defœdāt,ac tantū nō ſubuertūt,
diſciplinas.Quib9 referri debet acceptū,qđ ſic ōnia

ſophiſma

ſophiſmatis & ineptijs,& meris deliramentis ante- actis ſeculis plena fuerint. Nõ igitur ad hoc ars iſta tradit, vt ad locos qui hic ſignant, paſſim recurratur ad illuſionẽ veritatis; ſed vt per eorũ cõſyderationẽ latẽtia in argumẽtis contra veritatẽ obiectis aut pro ea inueſtigãda propoſitis vitia, facili⁹ deprehenda- mus, & expediti⁹ diſſoluam⁹. Qui em̃ ad poſitionẽ aliquã argumẽtat, eo qđ ad multa conſyderat facile in aſſumpto argumẽto defectũ aliquẽ cõmittit: qui a reſpondẽte facili⁹ deprehendit & pandit, ſi locos iſtos in numerato habuerit, eorumq́ꝫ modos exacte calluerit. Sicq́ꝫ per horũ locorũ rectũ vſum, ſanctæ veritati impenditur patrociniũ dum nõ ex illis iſta ſubuertitur ſed aſtruitur. ¶CAPVT II.

¶Ponitur definitio elenchi.

Quoniã autẽ de ſophiſticis elẽchis liber iſte inſcribit, ſcire oportet imprimis, quid per elenchi nomen ſignificetur. Definitur aũt ab Ariſtotele, hoc modo.

Elenchus eſt ſyllogiſmus, cum conclu ſionis contradictione. Definiti o elẽchi.

¶Cuius definitionis hic eſt ſenſus. Elẽchus eſt ſyllo giſmus cõcludens propoſitionẽ contradicentẽ & re pugnantẽ alteri propoſitioni aſſertę. Vt cum quis aſ ſerit poſitionẽ aliquã, ſi fiat ſyllogiſm⁹ ab opponen- te inferẽs contradictoriã illius aſſertæ poſitionis, hu- iuſmodi ſyllogiſm⁹ elenchus vocat. Vnde elenchus omnis ſyllogiſmus eſt, non autẽ econtrario. Propter quod, elenchus definitur per ſyllogiſmũ, vt ſpecies per genus, vel minus cõmune per magis cõmune. Cum autẽ dicitur elenchus ſophyſticus, per additio nem illius determinationis efficitur dictũ ſecundũ quid. Elenchus enim ſophiſticus vere non eſt elen- chus, ſicut nec ſyllogiſmus ſophiſtic⁹ vere eſt ſyllo- giſmus, ſed videtur tantũ & non eſt, queadmodum aperte teſtatur Ariſtoteles. ¶Eſt autẽ in vnoquo- q́ꝫ ſophiſtico elencho aliqua cauſa apparentiæ, quæ ſyllogiſmum illum facit videri bonum aut probati uum, cum talis non ſit. Quę ſane cauſa in omnibus

generalis eſt,cōuenientia ſyllogiſmi ſophiſtici, cum alio bono & probatiuo,ſcd͂m aliquā ſimilitudinem eaq̨ ſimilitudine decipiunt imperiti:quoniā imperiti(vt Ariſtoteles ait)a longe diſtantes ſpeculantur. Vnde in quocunq̨ ſyllogiſmo malo nulla poteſt inueniri apparētiæ cauſa,nō dicit ille ſophiſtic9 ſyllogiſmus,cū eiuſmodi nō ſit ad decipiendum idoneus Eſt aūt ex aduerſo in ſingulis etiā cauſa defect9,plærumq̨ latēs, ſic vt nō paſſim a quibuſlibet poſſit videri,nec niſi ab expertis & peritis in arte ſyllogiſtica deprræhēdi.Que cū manifeſtat ſyllogiſmi ſophiſtici robur infringit, ne quicq̄ poſſit aduerſus veritatem.Neq̨ em̄ eſt aliud parologiſmum diſſoluere. quam latentem defectus cauſam aperire.

¶CAPVT TERTIVM.

¶De quatuor generibus diſputationum.

ANte vero quā ad deſignandos particulari ſophiſticarū captionū modos accēdat Ariſtoteles,quatuor præmittit diſputationū gn͂a ſiue ſpecies.Diſputationū em̄ aliæ ſunt doctrinales,aliæ dialecticæ,aliæ temtatiuæ,aliæ litigioſæ.Doctrinales diſputationes primo loco ſic ab eo definiuntur.

Diſputatiōes doctrinales Doctrinales diſputatiōes ſunt,quæ ex proprijs cuiuſq̨ diſciplinę principijs & non ex his quæ videntur reſpondenti, ſyllogizant.

¶Quā definitionem ita intellige.Illæ ſunt doctrinales diſputationes,quæ ſyllogizāt ſiue procedunt ex ijs quę in qualibet diſciplina ſunt propria principia, prima & vera,queq̨ indubitatam & certiſſimā,habent veritatē,non ex ijs quæ tantū ipſi reſpondenti ſic habere videant. Hac diſputatione vtit magiſter erga diſcipulū,qui ex proprijs principijs diſciplinæ in qua eſt inſtituend9,& quantū fieri poteſt certiſſimis cū illo agit.Habetq̨ hęc diſputatio doctrinalis pro ſuo inſtrumento ſyllogiſmū demonſtratiuū ſiue doctrinalē,cuius definitio ſuprapoſita eſt circiter

finem

finem libri de ſyllogiſmis.❡Diſputationes dialecticæ ab eodem his verbis definiuntur.

Dialecticæ diſputatiões,ſunt,quę ex,pbabilib⁹ collectiuæ ſūt cōtradictionū. Diſputatiões dialecticę.

❡Quæ ſic eſt intelligēda.Illæ ſunt diſputationes dialecticæ,quibus colligi poteſt ſiue inferri probabiliter vtraq; pars contradictionis. Verſantur em̄. Dialecticæ diſputationes circa propoſitiones dubiā habentes veritatem,ad quam veritatē inueſtigandam opus eſt argumēta quantū fieri poteſt probabilia adduci,ad vtrāq; partē contradictionis, vt ſic ex vi argumentorum eluceat,vtra plus habeat veritatis aut probabilitatis.Vtit autē diſputatio dialectica ſyllogiſmo Dialectico,tanq̄ inſtrumēto de quo dictū eſt circiter finē libri ſyllogiſmorū.❡Diſputationes alię ſunt tentatiuæ,quæ definiuntur ad hunc modum.

Tētatiuæ diſputationes ſunt,quæ ex his ſunt quæ videntur reſpondenti, & quæ neceſſe eſt eū ſcire qui ſe ſimulat habere ſcientiam. Diſputationes tētatiuæ.

❡Hanc definitionē ita intelliges.Ille ſunt diſputationes tentatiuæ quæ procedunt ex cōmunibus & vt plurimū notis , quæ merito etiā ipſi reſpondenti cū quo diſputat̃ nota eſſe debeāt, & quæ merito ſcire debet quiſquis videri velit ſciens.Ex talibus em̄ debet hæc diſputatio procedere,vt eo melius poſſit tētare & experimentū ſumere de ſciētia reſpondētis cū quo diſputat̃.Si em̄ cōmunia & quæ paſſim ſciūtur ille ignoret,aut quæ ex eis conſequunt̃,nō videat,argumentū eſt quod non admodum in diſciplina promouerit.Falli autem facile poſſet qui tentat,ſi ex peculiarib⁹ & abſtruſiorib⁹ procederet,quæ vix ſapientiſſimi & cōſummatiſſimi nouerint.Nō.em̄ eſt cōſequens cū qui hęc ignoret etiā reliqua cōmunia artis ignorare. Vtit autē hæc diſputatio ſyllogiſmo

tẽtatiuo,qui ſcḋm rẽ ipſam plærũq; idẽ eſſe uidetur cũ litigioſo ſed quantũ ad finem differt. Sophiſticus enĩ dicit̃ ſyllogiſm⁹,quaten⁹ ad decipiendũ ordinatur. Tẽtariuus vero,quaten⁹ ad ſumendũ de ſcientia alicui⁹ experimentũ Tentatiua diſputatione videt̃ vſus Saluator apud inuidos Scribas atq; Phariſæos cũ eis quæſtionẽ proponeret de Chriſto,cuius eſſet filius:ac deinde reſpondentib⁹ qđ eſſet fili⁹ Dauid. ita ex aduerſo obiecit. Quomodo ergo Dauid ĩ ſpiritu vocat eũ Dominũ dicens. Dixit Dñs domino meo &c? Si ergo Dauid eũ Dominum vocat,quomodo filius eius eſt? Proceſſit aũt in hac diſputatione Saluator ex cõmunibus in ſcientia legis. quoniã ea quæ de Meſſia in ſcripturis dicta erant, maxime omnium debuerãt illis eſſe perſpecta & cognita: & quæ tam aperte in lege & Prophetis dicta ac ſcripta fuerant;merito intelligere illi debebant,qui ſe magiſtros populi & legis doctores profitebãtur. ¶Porro litigioſæ diſputationes definiuntur his verbis.

Mat.22.

Diſputationes litigioſæ.

Litigioſæ diſputationes ſunt quæ ex his quæ videntur probabilia,non ſũt autem,ſyllogizant.

¶Cui⁹ definitiõis plenior intellect⁹ pẽdet ex definitione ſyllogiſmi litigioſi ſupra poſita in libro de ſyllogiſmis,& ex ijs quæ ibi plen:⁹ dicta ſunt ſuppleri debẽt quæ hic dicũtur cõtractius. Eſt igitur hic ſenſus propoſitę definitionis. Illæ ſunt litigioſę diſputationes,que procedũt vere vel apparẽter,ex his quę videtur eſſe probabilia & nõ ſunt, ſubaudi,vel quæ ex ijs quæ ſunt in ſe probabilia,apparẽter procedũt. Fit enĩ huiuſmodi diſputatio per ſophiſticos & litigioſos ſyllogiſmos,ſiue in materia tantũ,ſiue in forma tantũ,ſiue in materia ſimul & forma peccantes.

¶CAPVT IIII.

¶De quinq; ſophiſtarum finibus.

POnit quoq; Ariſtoteles fines aliquot ſophiſtarum,quos in ſuis diſputationib⁹ decertãtes & cõcertantes intendunt quos vulgo etiã metas appel

ſāt,propterea quod vbi aliquā illarū aſſequi cōtige-
rit,diſputatione quieſcunt,quaſi iam parta victoria
& vltimo fine intētionis ſuę adepto. Hoc em̄ primū
quærit ſophiſta,vt reſpondentē ſiue vere ſiue appa-
rēter deuincat,ſicq; vt ſapiens & doctus videat,ha-
beaturq; in precio apud indoctam multitudinem.
¶Hæc autem quinq; ſic enumerantur. Redargutio — Quinq; ſophiſta-
Falſum,Inopinabile. Solœciſmus,Negatio. Redar- — rū fines,
gutio eſt,quando,reſpondēs cogitur vi argumentati
onis affirmare quod prius negauit,vel econtrario,
negare quod prius affirmauit. Signanter dicitur vi
argumētationis aut diſputationis:quoniā ſi reſpon-
dens vltro id faciat, vt quod prius affirmauit iā ne-
get,vel econtrario, vtpote ſi in hoc velit ſcientiam
oſtēdere,aut ingeniū exercitare cōtradictoria in ea-
dem diſputatione defendēdo aut partis vtriuſq; pro
babilitatē ſeparatim experiri,nō ob hoc dicet ille re
darguens. ¶Meta falſi eſt,quādo reſpondens cogit
vi argumentorum aliquid aſſerere quod eſt manife — Meta fal ſi
ſtæ & cognitæ falſitatis. Meta inopinabilis eſt,quan
do reſpondēs cogitur vi argumentorum aliquid affir- — Meta in-
mare,quod licet non ſit manifeſte falſum, apud eos — opiabil.
tamē qui diſputationi interſunt habet pro falſo aut
pro nō probabili. Meta ſolœciſmi eſt,quādo reſpon- — Meta ſo-
dens cogit admittere propoſitionē aliquā in qua eſt — lœciſmi.
vitiū ſermonis,vel quando ad huiuſmodi orationē
proloquendā cogitur. Solœciſmus autē,hic genera-
liter capit,vt cōtra barbariſmū non diſtinguat. Me- — Meta nu
ta deniq; nugationis eſt,quādo cogitur reſpondens — gationis
admittere vnius & eiuſdē in eadem oratione inuti-
lem repetitionē. Vt ſi dicatur,Ioannes eſt homo ho
mo. Vbi aduertendum eſt,non quamlibet repetiti-
onem eiuſdem verbi,in eadem etiam oratione, eſſe
negationem,ſed eam tantum quæ fit ſine vtilitate.
Qui em̄ idē replicat cū aliqua vtilitate,nugari non
dicitur,vtpote cū ad maiorē expreſſionē,vel prop-
ter emphaſim,fit repetitio. Veluti ſi dicā. O homo
homo,quid ſuperbis? Terra terra,quid ſine modo ti
bi opes congeris? ¶Horū autē ſingulū (vt ait Ari
ſtoteles) aut vere aut apparēter ſophiſtæ intendunt.

Nam

Nā maxime redarguere videri volūt. Proxime autē, falſum aliquid mōſtrare. Deinde, ad id qđ præter opinionem eſt ducere. Quarto, ſolœciſmū a reſpondente committi. Poſtremo, idem frequenter dici.

¶CAPVT QVINTVM.

¶Quid ſit fallacia & quomodo diuidatur.

SVpereſt, nūc ſigillatim modos iſtos enumerare ſcđm quos ſit deceptio ſophiſtica. Et primū quidem hoc aduertendum eſt, quod ab Ariſtotele dicit modus ſophiſtic⁹, aut ab alijs locus ſophiſticus, a recentiorib⁹ quibuſdā fallaciā nominari, quā & ſic definiunt. Fallacia eſt idoneitas decipiēdi, faciens credere de nō ente quod ens, & de ente quod ſit non ens medıante phantaſtica viſione. Quæ definitio ſic exponitur. Fallacia vocat modus aliquis vel loc⁹ idoneus ad decipiendū reſpondentē, per argumentū ſophiſticū efficiēs, vt id quod falſum eſt & nō probabile videat apparēter verū & probabile, & econtrario id quod eſt verū & probabile vt videat falſum & nō probabile: idq; mediāte aliqua phantaſtica apparētiæ cauſa, quæ videt in illo argumēto eſſe, cum non ſit, & probabilitatē ei dare videtur cū non det. Huiuſmodi igitur modos vel locos ſophiſticos, etiam nos iuxta vulgatā appellationem vbiq; fallacias nominabimus.

Definitio fallaciæ

¶In vniuerſum autē huiuſmodi fallaciæ, ab Ariſtotele enumerantur tredecim, ſex appellat propter dictionē, ſeptē extra dictionem. Fallaciæ propter dictionem ſiue in dictione ſunt, fallaciæ æquiuocationis, amphibologiæ, cōpoſitionis, diuiſionis, accent⁹, & figure dictionis. Fallaciē extra dictionem ſunt, accidētis, a dicto ſcđm quid, ignorantiæ elēchi cōſequētis, petitionis principij, ſcđm nō cauſam vt cauſam, ſcđm plures interrogationes vt vnā.

Fallaciæ in dictione ſex.

Fallaciē extra dictionē ſeptē.

¶Dicunt autē fallaciæ in dictione, quæ cauſam ſuē apparētiæ ſumunt & decipiendi habet idoneitatē, ex parte alicui⁹ dictionis vel orationis in argumentatione poſitæ. Vt fallacia æquiuocationis, ex termino plura ſignificāte ſumit ſuæ apparētiæ cauſam: & fallacia amphibologiæ, ex oratione plura ſignificante. Fallacia cōpoſitionis & diuiſionis, ex determinatione & de

õne & determinabili diuerſimode cõpoſitis vel diuiſis.Fallacia accentus ex parte alicuiꝰ dictionis vel orationis,quæ ſcd̃m accentus diuerſitatẽ diuerſum reddit ſenſum Fallacia figurę dictionis, ex parte alicuius dictionis vel orationis cuiꝰ conſyderatẽ ſimilitudo cũ alia ſimili dictione.❡Fallacię aũt extra dictionẽ dicunt̃,quæ cauſam apparẽtiæ nõ ſumũt,nec decipiẽdi idoneitatem habent ex aliqua dictionẽ,ſed aliunde ex aliqua phãtaſia circa rẽ ipſam.De quibus poſteriꝰ ſuo loco dicendũ eſt. ❡CAPVT VI

❡De fallacia æquiuocationis.

Fallacię ęquiuocationis

INter fallacias ꝓpter dictionẽ,prima eſt illa quæ ſumitur ſcd̃m æquiuocationẽ alicuiꝰ dictionis. Quid aũt ſit æquiuocũ,ſatis notũ ex prædicamẽtis relinquimus. Fære eñ illic eo modo quo hic accipitur,niſi quod hic etiã quãtitas cadẽ ciuſdẽ dictionis ſolet requiri,cuiꝰ ibi nõ ſit mentio.Qua de re operæ preciũ nõ videtur prolixiꝰ agere.Fallacia igit̃ ęquiuocationis eſt,ſecundũ quã contingit fieri deceptionẽ,ex parte alicuius termini plura habẽtis ſignificata.Cuius tres modos ponit Ariſtoteles. ❡Primꝰ eſt quãdo terminꝰ pluta habet ſignificata æquæ principalia. Vt in hoc paralogiſmo. Omnis canis eſt aĩal. cœleſte ſydus eſt canis, igitur cœleſte ſydus eſt aĩal Idem eſt & de terminis cõſignificãtibus diuerſimode acceptis Vt in hoc paralogiſmo.Omne quod eſt in vaſe eſt vinũ,& color eſt in vaſe,igitur color eſt vinũ.Vbi,in,vel eſſe in, capitur ſecundum diuerſos modos.Huiuſmodi æquiuocationis cauillo(vt author eſt Herodotus)Apollo diuinus vates vſus eſt, Creſum Lydorũ regẽ inducẽs ad inferendũ bellum Cyro Perſarũ regi.Perdet Creſus Halyn trãſgreſſus plurima regna.Verbũ enim perdo,ſignificat,amitto & deſtruo.❡Secũdus eſt,quãdo terminꝰ habet plura ſignificata non ęque principalia,ſed vnũ propter alterũ.Vt ſi ita quis argumentetur. Omne quod eſt ſanũ eſt animal,vrina eſt ſana, igitur vrina eſt aĩal Omne quod eſt Deus eſt õnipotens,homo poteſtatem habens vitæ ac mortis eſt Deus(Iudices eñ in ſcripturis dij appellant̃)igit̃ eiuſmodi homo eſt omnipotens

nipotens

nipotens.Itē.Omnis homo comedit & bibit,homo eſt pictura quædam in pariete,aut ſtatua,igit̃ pictura aut ſtatua hoīs comedit & bibit.In his ōnibus,cauſa defectus eſt,ex parte terminorum plura nō æque principaliter ſignificātiū.Sanū em̄ principaliter ſignificat habentē ſanitatē,minuſpricipaliter id quod ſignificat ſanitatē.Deus principaliter ſignificat habētē Diuinā naturā,analogice id quod participationē aliquā diuinitatis habet.Hoc modo ſeipſos paralogizabāt miſeri Iudæi,& ſimul iudicē ſuū Pilatū,cū aduerſus Chriſtū apud illiꝰ tribunal magnis vocibꝰ clamarēt ac dicerēt.Omnis qui ſe regē facit,contra
Ioan.19 dicit Cęſari.Regis em̄ nomē principaliter ſignificat eū,qui ex natura & ex ſeipſo omniū rerū habet imperiū cuiuſmodi regē ſe eſſe dicebat Chriſtus,& ſecūdario reges iſtos terrenos,qui tātū ſecundū participationē accep: æ poteſtatis imperāt. ¶Tertius modꝰ eſt,quādo dictio aliqua acquirit plura ſignificata ex parte cōpoſitionis. Vt immortale ſignificat potēs nō mori,& non potes mori.Inueſtigabile,ſignificat,non veſtigabile,vel quod inueſtigari poteſt Inuiſum,ſignificat nō viſum vel odioſum.Sicq̧ ex his fiūt paralogiſmi. Omne quod eſt immortale nō poteſt mori,homo ſecundū ſtatū naturę primū erat immortalis(quia poterat nō mori)igit̃ non poterat mori.Itē.Omne quod eſt inueſtigabile poteſt inueſtigari,viæ Dei(iuxta Pauli dictū)ſunt inueſtigabi-
Roma.11 les,igitur poſſunt inueſtigari.Itē.Omne quod eſt inuiſum eſt exoſum,Deꝰ omnibꝰ eſt inuiſus,qm̄ Deū (vt ait Ioannes)nemo vidit vnq̄,igitur Deus omni
Ioan.1. bus eſt exoſus.¶In ōībus autē his paralogiſmis eſt eadē cauſa apparētiæ,& eadē cauſa defectꝰ.Cauſa apparentiæ eſt,idētitas termini æquiuoci ſecundū vocem.Cauſa autem defectus eſt,diuerſa ſignificatio latēs ſub eodem vocabulo. Soluunt q̧ hi paralogiſmi per diſtinctionē termini æquiuoci.Si em̄ terminus æquiuocꝰ accipiat̃ aliter in vna præmiſſarū quā in altera,negatur cōſequentia, & eſt manifeſta fallacia Si autē con ēdat forte opponens,ſimiſitet ſe velle vtrobiq̧ accipere terminū æquiuocū,admittēda erit
conſequē

conſequentia,& altera præmiſſarū falſa inuenietur Diſtinguēdę em̄ ſunt plures ſignificationes,ac deinde interrogandū ab opponente,quā eligat,ac ſecundū hoc aſſignāda eſt illi vel maior vel minor falſa.

CAPVT VII.

¶De fallacia amphibologiæ.

Fallacia amphibologię eſt, modus idoneus decipiēdi per orationē amphibologicā. Sicut em̄ æquiuocatio eſt in ſimplicib⁹ vocabulis,ita amphibologia cōſyderatur in orationib⁹ plures ſenſus habentibus,& ſicut æquiuocatio eſt multiplicitas ſignificationū in vna ſimplici dictione,ſic amphibologia eſt multiplicitas ſenſuum in compoſita oratiōe. ¶Vnde & hinc euenit pluribus modis fallacia. Primo em̄ fit ex oratione amphibologica,plures ſenſus eque principaliter habēte. Vt hęc oratio. Liber Ariſtotelis ſignificat librū ab Ariſtotele poſſeſſum,vel ab Ariſtotele cōpoſitū. Pecunia Cæſaris, ſignificat, pecuniā ipſi⁹ imagine inſignitā,& ſimul nois ei⁹ ferentē inſcriptionē, vel pecuniā cuius eſt ipſe poſſeſſor & domin⁹. Vnde ex his ita cōtexitur paralogiſmus,ſcd̄m primū hūc modū. Omnis liber Ariſtotelis poſſidet ab Ariſtotele.hic tuus liber eſt Ariſtotelis,igit poſſidet ab Ariſtotele. Oīs pecunia Cæſaris in ipſi⁹ eſt propria poteſtate,hęc tua pecunia eſt Cæſaris,igitur in Cæſaris eſt propria poteſtate ¶Aſſignat Ariſtoteles alias orōnes amphibologicas,ex diuerſa cōſtructiōe aut vario regimine variū ſenſū habentes. Prima hæc eſt. Vellē me accipere pugnantes In qua,ſi me regat a parte anteriori,pugnātes a poſteriori,ſenſus eſt. Vellē qd̄ ego acciperē pugnantes Si ecōtrario,ſenſus eſt,vellē qd̄ pugnātes me acciperēt. Altera eſt. Qd̄ quis ſcit,hoc ſcit vbi,ſi,hoc,accipiatur in caſu accuſatiuo,eſt ſenſus. Quod quis ſcit illi⁹ habet ſcientiā,ſi aūt in caſu nominatiuo,eſt ſenſus. Quod quis ſcit,illud habet ſcientiam. Simile eſt tertiū exemplū. Quod quis videt,hoc videt. Ex his igitur ſic fieri poſſunt paralogiſmi. Quoſcūq̧ vellē me accipere,vellē ab illis me appræhendi:inimicos aūt meos vellē me accipere,igitur ab inimicis vellē

me ap

me appræhẽdi. Quod quis ſcit, hoc ſcit; lapidẽ quis ſcit, igitur lapis ſcit. Quod quis videt, hoc videt: columnã quis videt, igitur colũna videt. Sic & de illo Appollinis oraculo dicendũ quod cõſultus Pyrrho Epirotarũ regi ſuper euẽtu belli quod cõtra Roma nos habebat in animo reſpõdiſſe legitur, aio te Æacida Romanos vincere poſſe. Quod ambiguũ habet ſenſum, nẽpe quod ipſe Pyrrhus poſſet vincere Romanos, vel qđ Romani poſſent vincere ipſum Pyrrhum. ¶ Alter mod⁹ eſt, quãdo fallacia fit ex parte oratiõis amphibologicæ nõ æque principaliter plura ſignificãtis, ſed alterum principali⁹, alterũ minus principaliter. Vt ſi quis ita argumentetur. Quiſquis arat littus, curuo terrã proſcindit aratro. Hic homo fruſtra laborans arat littus, igit̃ curuo terrã proſcindit aratro. Littus enim arare, principaliter ſignificat terrã quæ iuxta flumen eſt vomere proſcindere, vt apta fiat ſuſcipiẽdo ſemini. Secũdario aũt & minus principaliter ſignificat operam ludere, vel fruſtra laborare, propter quandam ſimilitudinẽ: eo quod fruſtra fiat labor ille, qui impenditur arando littori.

¶ CAPVT. VIII.

¶ De fallacia compoſitionis & diuiſionis.

Fallacia cõpoſitionis & diuiſionis.

Fit etiã propter dictionẽ ſiue in dictione fallacia alia, quæ vocatur compoſitionis aut diuiſionis. Tunc em̃ dicitur fallacia cõpoſitionis, quãdo a ſenſu diuiſo vero, procedit̃ ad ſenſum cõpoſitũ falſum. Ex aduerſo fallacia diuiſionis dicit̃, quando a ſenſu cõpoſito vero procedit̃ ad ſenſum diuiſũ falſum. Exemplũ primi. Sedentẽ poſſibile eſt ſtare, igit̃ poſſibile eſt ſedentẽ ſtare, ſiue quod ſedẽs ſtet. Antecedens quod in ſenſu diuiſo ponit̃ eſt verũ, cum nõ aliud ſignificet niſi quod is qui modo ſtat, poteſtatẽ habeat aliquãdo ſedẽdi, Conſequẽs autẽ quod ſecundum compoſitũ ſenſum profert̃, nõ eſt verũ: cũ ſignificet hoc eſſe poſſibile. vt ſimul quis ſtet & ſedeat. Simile eſt de hoc argumẽto. Humilis poteſt eſſe ſuperbus; igit̃ poteſt humilis eſſe ſuperb⁹. Secundi exemplũ eſt iſtud. Impoſſibile eſt ſtantẽ ſedere aut humilem eſſe ſuperbũ, igitur ſtãtem impoſſibile eſt ſedere, aut

dere, aut humilē impoſſibile eſt eſſe ſuperbum. ¶Et hic quidē modus fallaciarū cōpoſitionis & diuiſionis, quantū ad huiuſmodi propoſitiones modales, quæ ſcd̄m vnū ſenſum ſunt veræ, ſcd̄m alterū falſæ ſatis facilis eſt, nec ita multa indiget declaratiōe: cū ea quæ ad hanc rem pertinēt, ſupra lib. 3. in tractatu de modalib9 ſufficienter dicta ſint. Verū & in alijs hæ fallaciæ locū habēt. Quādo videlicet aliqua determinatio ſcd̄m quod diuerſis cōiungiẗ determinabilibus, varios ſenſus facit, alterū verū, alterum falſum, vel idē determinabile diuerſis determinationibus. Vt in hac oratione. Quicūq; ſcit literas nūc didicit eas, ſi aduerbiū nūc conſtruatẗ cū verbo præcedenti, habet hūc ſenſum verū. Quicūq; nūc ſcit literas, aliquādo eas didicit. Si vero cū verbo ſequenti habet ſenſū falſū. Quicūq; ſcit literas, is nunc eas didicit, pro hoc videlicet articulo temporis. Vnde ex hac orōne ita poteſt paralogizari. Quicūq; ſcit literas nūc didicit eas, & hic homo ſcit literas, igiẗ nūc didicit eas. Itē hæc oratio. Ego poſui te ſeruū exiſtētem liberū. ſi participiū exiſtentē cū nomine ſeruū iungaẗ, eſt ſenſus. Ego te exiſtentē ſeruū feci liberū Si cū ſequēti accuſatiuo liberū, eſt alter ſenſ9. Ego te feci eſſe ſeruum ex libero. Sicq; poteſt fieri paralogiſmus ex hac oratione. Quēcunq; ego poſui liberū exiſtētē ſeruū, hūc ego libertate donaui. Hūc hominē (quē videlicet cū liber eſſet ſeruituti ſubieci) ego poſui liberū exiſtentē ſeruū, igitur eū libertate donaui, ¶Generaliter vero in his cōpoſitio & diuiſio cōſyderātur; ſcd̄m ſitū partiū magis debitū vel minus debitū: vt ſenſus qui ſumiẗ ſecundū ſitū partium magis debitū, dicatur ſenſus cōpoſit9, qui aūt ſcd̄m ſenſum minus debitū, dicatur diuiſus. Tuncq; diciẗ fieri cōpoſitiōis fallacia, quādo fit fallacia propter ſenſum diuiſum verū & compoſitū falſum: & e cōtrario fallacia dicitur diuiſiōis, quādo fit fallacia propter ſenſum cōpoſitum ſiue magis debitū verū & diuiſum ſiue minus debitū falſum. Exēpli grā, in propoſitione illa ſuprapoſita. Quicunq; ſcit literas nūc didicit eas, ſenſus magis debit9 & cōpoſitus eſt

iſte.Quicunq; literas nouit,is eas nūc didicit,& hic eſt falſus.Sēſus aūt diuiſus ſiue min9 debit9 eſt verus nēpe iſte.Quicūq; nūc ſcit litteras, aliquādo eas didicit.Videt em̄ determinatio aduerbialis magis recte & debite determiare p̄dicatū didicit, q̄ verbū p̄cedens ſcit intra ſubiectū incluſum:qm̄ prædicatū ex ſe eſt magis determinabile.Ideo qui ex ea cōtexitur paralogiſm9,eſt fallacia compoſitiōis,Simile eſt de hoc paralogiſmo.Quicquid viuit ſēper eſt, brutū viuit,ergo brutū ſēper eſt.Maior em̄ duplicē habet ſenſū.Prior eſt hic,magis debit9 & falſus. Quicquid habet vitā,eſt ſempiternæ duratiōis.Poſterior eſt hic diuiſ9.Quicquid habet ſēpiternā vitā,id ſubſiſtit in rerū natura,& hic indubie ver9 eſt.Ob hoc paralogiſm9 ille dicitur ſecūdū fallaciā cōpoſitiōis. ¶Quis aūt ſit ſenſus magis aut min9 debit9, accipere oportet ex iudicio eorū qui in rōne ſermōis ſiue in arte loquēdi habētur petitiores.Quē em̄ ī ſermone periti iudicāt eſſe magis vel min9 debitū ſēſum, ille habend9 eſt magis debit9 vl̄ min9. Ad cui9 pleniorē & exactiorē notitiā ſolent hoc in loco plures cōſtitui regulæ,quas nos hic nō ponim9,tum quod nō tāta in eis videatur vtilitas quāta perplexitas;tū quod nō eædem ab oibus,ſed a diuerſis diuerſæ ponantur.

¶CAPVT NONVM.

¶De fallacia accentus.

Fallacia accentus

AD accentū pertinēt aſpiratio vel nō aſpiratio,ſyllabarū quātitas,modus pronunciādi ſcd̄m aſſertionē vel interrogationē vel admirationem,itē pauſatio & quaſi interruptio vocis in pronunciādo,ſicut punctatio in ſcriptura.Contingit ita q; interdū eādem vocē aut orationē,ſecundū quod varijs profertur aut ſcribitur accentibus, diuerſum efficere ſenſū,& aliā habere ſignificationē. Vt malum cū primū habet longā, ſignificat pomū:cū aūt breuem habet primā,idem valet quod prauū.Quæ diſtinctio ex his duobus Virgilij v̾ſibus patet.Aurea mala decem miſi cras altera mittā. Fama malū quo nō aliud velocius vllum.Quantū ad aſpirationem & nō aſpirationem,exemplū ſunt,ara & hara.

Sine aſpi

Sine aſpiratiõe em̃ ſignificat altare.in quo offertur ſacrificiũ:cum aſpiratione,porcorũ ſtabulum. Præterea dictio iſta inuite,ſi abſq; diſtinctioné proferat aut ſcribat,eſt vna dictio aduerbialis,idẽ valens qđ coacte. Si aũt cũ diſtinctione,eſt oratio ex prępõne & noĩe cõpoſita,ſignificãs in ipſa vite. Sic iſta orõ. Rex es tu,ſi ꝓferatur per modũ aſſertiõis, ſignificat ita rẽ habere,ſi vero per modũ quæſtiõis ſiue interrogationis,ſignificat tãtum dubitatio. Idẽ eſt & de his quæ ſcđm ironiã proferũtur. ¶Vnde quoties ex huiuſmodi accentuũ mutatione cõtingit deceptio,ſcđm fallaciã accent⁹,id fieri dicit. Exẽpli grã, ſi quis ita argumentetur, Omnia mala ſunt deteſtãda poma ſunt mala,igitur ſunt deteſtãda. Omnis pplꝰs eſt arbor,hominũ collectio eſt popul⁹, igitur hominum collectio eſt arbor. Hic ſecundũ diuerſã quãtitatẽ ſyllabarũ,vocabulorũ malum & pplꝰs,fit deceptio. ¶Ex parte aſpirationis aut nõ aſpirationis,ſic fit paralogiſm⁹. Omnis ara eſt in tẽplo,porcorũ ſtabulũ eſt hara,igitur porcorũ ſtabulũ eſt in templo. Vel ſic. Si dignũ eſt in aris fumũ euaporari idolis, iuſtũ eſt in tẽplis thura eis offerri,eſt aũt iuſtũ & dignum vt in haris euaporet idolis fum⁹ (nimirꝫ improbis dæmonib⁹ & figmẽtis dignũ eſt ad ignominiam,e porcorꝫ ſtercoribus fumũ euaporari) igitur dignũ eſt vt idolis in tẽplis thura offerantur. Itẽ. Si abeo,recedo,argentum habeo,ergo recedo. Vel ſic. Quiſquis dicit,abeo, ſignificat ſe recedere: qui aurum habet dicit habeo,igitur ſignificat ſe recedere. ¶Ex parte vocis prolatæ cõiunctim & diuiſim,ſic paralogiſmus texitur. Si quid De⁹ fecit inuite,id fecit coacte. De⁹ aũt vinũ fecit inuite,vinũ igitur fecit coacte. Itẽ. Omnis terra quæ eſt in via,frequẽter pedib⁹ teritur. terra deſerta aut aquiſplena eſt inuia igitur frequẽter pedibus teritur. Itẽ. Quiſquis dicit Me tuo lõgas pereũte noctes Lidia dormis, dicit ſe timere. Amator aũt nihil metuẽs id, dicit,igit nihil metuẽs dicit ſe timere. Verſus em̃ ille. Metuo longas.&c. qui ex Horatianis odis ſumpt⁹ eſt,ſic intelligit,vt hic ſit ſenſus. Interim dũ ego tuus pereo,tu

cameti,ꝑpter ſimilitudinē terminatiōis. Vt ſi quis putet lineatū eſſe prædicamēti qualitatis, ſicut colo ratū aut figuratū. Cōtingit aūt hoc maxime in prædicamēto actionis. Quidā em̄ termini qui de prædicamēto ſūt paſſionis, ob terminationē ſimilē terminationi ꝟborū ſignificantiū actionē, videnẽ eſſe de prædicamēto actionis, cū nō ſint, & ecōtrario. Exē pli grã, ſentire, videre, audire, & huiuſmodi, quia habēt terminationē in e, vt ſolēt terminari actiua verba, videri poſſint ad prædicamētū pertinere actiōis cū ecōtrario paſſionē ſignificēt, aut ſimplices qualitates. Qui em̄ videt, nō ſecūdū quod agit videt, ſed ſecūdū quod patiẽ. Sēſus em̄ eſt potentia paſſiua, & ſenſatio actu fit per hoc quod ab obiecto ſenſus patiẽ. Cōtra vero, ſentiri, videri, audiri, poti⁹ actionē ſignificat, nō (vt videẽ) paſſionē. Sic ꝟbū operor, quoniā terminationē habet ꝟbi paſſiui, exiſtimari poſſit eſſe gñis paſſiui, cū ſit deponētalis, & paſſionē ſignificare, cū idem ſit quod agere. Similiter valere, ꝑpter ſimilē terminationē cū verbo docere, videri poſſit ſignificare, actionē, cū poti⁹ ſignificet qualitatem, ipſam videlicet diſpoſitionē valetudinis. Vnde qui ex huiuſmodi ſimilitudinib⁹ vnius termini cū altero cōtexunẽ deceptorij ſyllogiſmi, dicenẽ fieri ſecūdū figurā dictionis. Hos autē modos & huiuſmodi exempla aperte indicare videẽ Ariſtoteles cū ait. Quæ autē ſecundū figurā dictionis ſunt accidunt, quādo nō idem vt idem interpretaẽ: vt maſculinū, fœmininū, vel ecōtrario, vel neutrum gen⁹ alterū horū, vel rurſus quale tantū, aut quantū quale, vel faciens, patiens aut econtrario & ſic de alijs prædicamētis. Cōtingit em̄ aliquid eoꝝ quæ nō ſignificant facere vt eorū quæ ſignificāt facere, aliqua dictione ſignificare, Vt valere, ſcd̄m figurā dictiōis videẽ ſignificare agere, queādmodū ſecare vel ædificare: quāuis illud quidē qualitatē aut effectum quodāmodo ſignificet hęc vero facere. Scd̄m dictiones igiẽ huiuſmodi fiunt redargutiones. Hactenus Ariſtotelis verba. ¶Poſteriores vero alios etiā ponunt modos, quorū præcipuus ille videtur ſecundū quē

ſub termino diſtributiuo vnius prædicamenti, ſubſumitur terminus alterius prædicamenti,aut ſub diſtributiuo vnius ſpeciei terminus alteri⁹ Exemplū primi.Quicquid heri emiſti hodie comedes: carnē crudā heri emiſti,hodie igitur comedes carnē crudam.Item.Quicquid fuiſti heri es hodie:calid⁹ heri fuiſti,igitur calidus es hodie.Exemplum ſecundi Quantoſcūq; digitos heri habuiſti,habes & hodie: quinq; digitos habuiſti heri,igitur & hodie quinq; habes digitos. ¶Inſuper & hoc adijciunt,locum iſtum generale eſſe receptaculū & quaſi diuerſoriū publicū omniū ſophiſticarū argumentationū qualeſcunq; tandem fuerint:propterea quod ōnis argumentatio ſophiſtica apparētiam ſuę bonitatis habet ex ſimilitudine cū alia aliqua ſimili argumentatiōe bona,vtpote ſyllogiſm⁹ malus cum ſyllogiſmo bono,inductio mala cū inductione bona & ita in cęteris.Quæ nos quidē ſicut nō approbam⁹ ita nec improbare cōtendim⁹.Hoc tantū dicimus ex ijs quæ habet Ariſtoteles, ſi ſimpliciter abſq; torſione verba exponantur nō alios inueniri hui⁹ fallaciæ modos præter eos quorū exempla ſupra propoſuimus.Sed nec inter poſteriores ipſos ſcriptores,his de rebus ſatis conuenit.Quamobrem his de fallacijs in dictione vtcunq; tractatis,ād fallacias extra dictionē tranſeamus.

¶CAPVT XI.

¶De fallacia accidentis.

Fallacia accidentis.

FAllacia accidētis tūc cōmittitur quādo deceptio prouenit ex eo quod in argumētatiōe qualibet termini videnē adinuicē cōiungi ſyllogiſtice & non recte cōiunguntur:id eſt,quando videtē eſſe bona forma ſyllogiſtica & non eſt.Hęc fallacia admodum late patet Omnis em̄ argumentatio mala quæ videtur habere formā ſyllogiſticā & nō habet,huc pertinet. Vnde omnes illi mali ſyllogiſmi qui peccāt contra regulas,ſiue generales ſiue ſpeciales ſuprapoſitas in libro ſyllogiſmorū dicūtur fieri ſecundū fallaciā accidentis.Vt cū procedit ex puris negatiuis,aut ex puris particularibus,cū altera præmiſſarū exiſtente particulari infertur cōcluſio vniuerſalis

uerſalis,cũ in prima figura proceditur miore nega-
tiua aut maiore particulari, & huiuſmodi. Exépla
patét ex libro ſyllogiſmoꝝ. ¶Peccát etiã ſcdm hãc
fallaciã illi ſyllogiſmi in quibus mutatur genus ſup
poſitiõis.Vt cũ dico Animal eſt gen⁹ & homo eſt
animal igitur homo eſt gen⁹. Petrus eſt diſſyllabũ.
Petrus eſt animal,igitur animal eſt diſſyllabum, In
priori eñ paralogiſmo:animal in prima propoſitio
ne pro ipſa voce accipiebať,aut pro natura ipſa aïa-
lis in cõmuni ſiue in gñe,nõ pro perſona aut indiui
duo.In ſecunda autẽ nec pro voce nec pro animali
in cõmuni ſed pro ſingulari & idiuidua perſona ac
cipiť.Primã vocãt ſuppoſitionẽ ſiue acceptionẽ ma
terialẽ aut ſimplicẽ ,alterã perſonalẽ. Sicq́ȝ gen⁹ mu
tať ſuppoſitionis.Idẽ cõſtat & in ſcdo paralogiſmo
vbi Petrus in altera pro voce in altera pro perſona
ipſa reali accipiť.Scdm hãc fallaciã videnť fieri etiã
illi paralogiſmi,qui fiũt a duob⁹ in antecedẽte diui-
ſis ad eadẽ in cõſequente male cõiuncta. Vt hic hõ
eſt bon⁹,& eſt artifex:igitur eſt bon⁹ artifex:eſt bo-
nus & eſt muſic⁹ vel grãmatic⁹,igiť eſt bonus muſi
cus,vel bon⁹ grãmaticus. ¶Ad hũc locũ pertinet
ſophiſma illud,qđ ab Aulo Gellio narrať propoſitũ
Diogeni,in hæc ṽba.Quod ego ſũ tu nõ es,homo
ſum ego igitur tu nõ es homo.In quo paralogiſmo
manifeſt⁹ eſt defect⁹,qm̃ proceditť a termino in an-
tecedẽte nõ vniuerſaliter poſito ad eundẽ in cõclu-
ſione ſumptũ vniuerſaliter,nẽpe vocabulũ hõ.Vn
de ſi hic defect⁹ caueať valebit ſyllogiſm⁹. Qđ ego
ſum nõ es tu,homo ſum ego igitur nõ omnis hõ es
tu.Admodũ autẽ facete Diogenes ſophiſtæ illi hu-
iuſmodi ſophiſma cõtexenti ſcribiť illuſiſſe, verius
quam reſpondiſſe.Quod infers me nõ eſſe hominẽ
inquiens falſum eſt.Quod ſi verum velis fieri inci
pe a me & tu eris beſtia.Videlicet indicare volens
tam facile ſe huiuſmodi paralogiſmo aduerſus illũ
poſſe concludere quã ille aduerſus ſe cõcluſerat.Cu
iuſmodi mod⁹ refutãdi argumẽtationes ſophiſticas
potius retorſio quædã eſt aut illuſio quã diſſolutio.
Poſteriores reſpõſionẽ ad hominẽ dicũt quã videli-

cet homini ſatiſfit dū ipſe repellit & ſilentiū ei im̄ponitur, quis tamē ſit in re defectus nondū exprimitur nec quę latet difficultas explicat. Et ſunt huiuſmodi reſpōſione maxime digni ſophiſtæ vt qui nō ad rē argumētantur, nō ad rē accipiāt reſponſionem iuxta vulgatū illud. Cōtra vulpē vulpizabis & contra Cretenſem cretizabis. ¶CAPVT XII.

¶De fallacia a dicto ſecundum quid.

Fallacia a dicto ſcđm qd

DIctū ſecundū quid in propoſito dicimus determinabile ſumptū cū tali aliqua determinatione quę ipſum diſtrahat aut diminuat aut quoquo modo alienū reddat ſic nimirū vt cū addita huiuſmodi determinatione vere poſſit prędicari de eo de quo abſq; ea nō poſſet. Exēpli gratia terminus homo per ſe ſumptus nō poteſt dici de pictura quæ eſt in pariete aut de ſtatua fuſili ſiue ſculptili. His em̄ demonſtratis, nō poteris dicere quod vere & ſimpliciter ſint homines cū non ſint animalia rationalia. Adiectis tamē determinationib9 vere tibi dicere licebit. Hæc imago eſt hō pictus. Hæc ſtatua eſt hō æne9 aut homo ſculptilis ſiue fuſilis. Ideo hę ōnes faciūt dicūt ſcđm quid. Itē de mortuo cadauere vnde iam abſceſſit anima ſiue canis ſiue hoīs nō potes dicere qđ ſit homo, dices tamē qđ ſit hō mortuus. Sic ethiops nō ſimpliciter albus dicit, attamē ſecundū dentes albus vere dicit. ¶Cū igitur ad hūc modū argumētamur. Æthiops eſt alb9 ſcđm dentes igitur eſt alb9. Hic hō ſanct9 eſt ſcđm externā apparentiā igitur ſanct9 eſt. Hæc ſtatua eſt hō ſculpt9 ex marmore igit eſt homo. Hoc cadauer exanime eſt homo mortuus aut aīal mortuū, igit eſt homo aut aīal. Antichriſt9 eſt homo futurus igitur eſt homo. Hæ & his ſimiles ōnes argumētationes ſophiſticæ, a dicto ſcđm quid procedūt ad dictum ſimpliciter. Ariſtot. in topicis obiter hęc tractās huiuſmodi ponit exēpla. Hic eſt naturaliter ſtudioſus (vt naturæ liberalis aut caſt9) igit eſt ſimpliciter talis. In aliquo loco (vtpote morboſo) expedit vti tali dieta, igitur ſimpliciter expedit. Alicubi bonū eſt mactare patrē nēpe apud Triballos igitur ſimpliciter bonū eſt. Aliquando

quãdo expedit medicari vtpote ægritudinis tẽpore igitur ſimpliciter expedit. Nõ ens eſt opinabile igitur nõ ens eſt. ¶Cõuenit aũt ſecundũ apparentiam dictũ ſecundũ quid cũ parte in modo & dictũ ſimpliciter cum toto in modo: qm̃ ſicut pars in modo determinabile ſumit cũ determinatione aliqua, ita & dictũ ſecũdũ quid. Atq; hinc cauſam apparentiæ habẽt argumẽtationes quæ ſecundũ hũc locũ fiunt ſophiſticæ. Verũ in hoc nõ cõueniunt quod pars in modo ſumit determinabile cũ determinatione tantũ reſtringẽte, nõ autẽ vel diminuẽte vel diſtrahẽte vel alienãte vel ampliãte ipſum determinabile; ita vt ſimpliciter & vniuerſaliter dici poſſit & debeat totum in modo, de eo de quo pars in modo dicitur In dicto aũt ſecundũ quid, nõ determinatio reſtringens adijcitur determinabili, ſed vel diminuẽs vt ſecundũ dentes reſpectu albi: vel diſtrahens, vt pictus aut ſculpt⁹ reſpectu hominis: vel alienans, vt mortuum (nominaliter) reſpectu hominis vel aĩalis, vel ampliãs. vt preterit⁹ futur⁹, poſſibilis, reſpectu hoĩs Atq; in hoc latet cauſa defect⁹. Ad hãc etiã fallaciã pertinẽt paralogiſmi qui fiunt ecõuerſo, a negatiõe dicti ſimpliciter ad negationem dicti ſecundũ quid hoc modo. Æthiops nõ eſt alb⁹, igitur nõ eſt ſecundum dentes alb⁹. Antichriſt⁹ non eſt homo, igitur nõ eſt homo futur⁹ aut poſſibilis. Videntur etiã hic pertinere argumẽtationes malæ a cõiunctis ad diuiſa. Vt cũ ſic argumẽtamur. Hic homo eſt bon⁹ muſicus, igitur eſt bon⁹, & muſic⁹. Eſt laudatiſſim⁹ artifex, igitur eſt laudatiſſim⁹, & eſt artifex. Eſt bon⁹ latro aut bon⁹ fur, igitur eſt bon⁹, & eſt latro. Et ecõuerſo. Nõ eſt bon⁹, aut nõ eſt latro, igitur non eſt bonus latro.

¶CAPVT XIII.

¶De fallacia ignorantiæ elenchi.

Fallacia ignorantiæ elenchi tunc dicitur committi, quando deceptio fit, ex eo quod ignoratur aliqua earum particularum quę ponuntur in definitione elenchi, ſiue ex eo quod non penitus natura pernoſcitur ipſius elenchi, & cõditiones omnes ad verũ elenchũ requiſitæ. Quanquam autem ſupra

Fallacia ignorantiæ elenchi.

ſupra in principio libri huius breuiuſculã quãdam definitionẽ elenchi Ariſtoteles aſſignauerit dicens elenchum eſſe ſyllogiſmum cum concluſionis con tradictione. Hic tamen eundem lõge prolixiori de ſcriptione iterum definit, his verbis.

Definitio elẽchi. Elẽchus eſt cõtradictio vni⁹ & eiuſdẽ nõ nomis, ſed rei & nomis: non ſynonomi, ſed eiuſdẽ: ex his q̃ data ſunt ex neceſſitate, nõ connumerato eo quod erat in principio, ſecundum idem, ad idẽ ſimiliter, & in eodem tempore.

¶Quę definitio ſic eſt intelligẽda. Elench⁹ eſt ſyllogiſmus cõcludẽs propoſitionẽ cõtradictoriã vel cõ trariam, quæ cũ altera cui opponitur debet eſſe vnius & eiuſdẽ tam ſubiecti quã prædicati, id eſt, eorũ dem extremorũ, non ſolũ ſecũdum vocẽ, neq; etiã ſolũ ſecundũ ſignificationẽ, ſed ſecundũ vocẽ & ſignificationẽ ſimul: debet q; ſuã cõcluſionẽ ex premiſis in modo & figura diſpoſitis & cõceſſis, ſecundũ neceſſariã inferre cõſequentiã: nec debet admitti in eiuſmodi ſyllogiſmo vitium petitionis principij. Debent poſtremo obſeruari quatuor iſtæ particulæ ſecũdum idẽ, ad idem, ſimiliter, & in eodẽ tempore. ¶In qua definitione manifeſtũ eſt quędam poni ex parte oppoſitionis, ad indicãdum quæ ad oppoſitio nem verã requirantur, nẽpe quod dicitur, vnius & eiuſdẽ, non nominis ſed rei, non ſynonomi ſed eiuſ dem. Quod ſequitur, ex his quæ data ſunt ex neceſſitate, quid ad ſyllogiſmũ requiratur explicat. Sub ſequẽs, nõ connumerato eo quod erat in principio pertinet ad ſyllogiſmũ probatiuũ, cuiuſmodi debet eſſe elenchus verus. Quatuor aũt illæ particulę vltimo loco poſitæ, ad idem, ſecũdum idẽ, ſimiliter & in eodẽ tempore, ad vtrumq; videntur pertinere, id eſt, & ad rationẽ oppoſitionis, & ad modũ cõcluſionis. Cum

nis.Cum igitur cōtingit decipi aliquē apparēti ſiue ſophiſtico elēcho,exiſtimās elenchū eſſe qui proponitur,& vere cōcludi oppoſitū,cū non ita fiat,propter omiſſionē alicui⁹ horū quæ ad verū elenchū definita ſunt requiri,locum dicitur habere iſta fallacia ignorantiæ elenchi.¶Propter nō obſeruationē particulę ad idem,fit fallacia in hoc paralogiſmo. Quatuor ſunt duplū ad duo,& non ſunt duplum ad tria igitur quatuor ſunt duplum & nō duplum. Itē Iſte eſt pater huius,& non eſt pater illius,ergo eſt pater & non pater. ¶Propter nō obſeruationē particulæ ſecundū idem,hi ſunt paralogiſmi.Hoc lignū ſecūdum longitudinē eſt duplū ad iſtud,& ſecundū latitudinem non eſt duplū ad iſtud,igitur hoc lignū ad idē ſimul eſt duplū & non duplū. Hic manifeſtum eſt obſeruari quidē particulā ad idem,ſed nō ſecundum idem.Simile eſt in hoc paralogiſmo. Chriſtus ſcđm humanitatem eſt fili⁹ Mariæ matris & patris Dauid,& ſecūdum Diuinitatē nō eſt eorundē fili⁹, igitur eorundē eſt filius & non eſt filius.Itē hic homo ſecundū quod pater eſt iſto filio ſuo dignior, & ſecundum quod ſubiect⁹ filio ſuo in præfectura aut prælatione qualibet poſito nō eſt dignior, igitur eſt eodem dignior & non eſt dignior. ¶Propter non obſeruationem particulæ,ſimiliter, hic eſt fallacia. Ioannes velociter currit, & non neceſſario currit, igitur Ioannes currit & nō currit. Hic princeps potenter imperat,& nō clementer imperat, igitur imperat & non imperat.Itē Chriſtus tēporaliter eſt natus de virgine,& nō eſt æternaliter de ea natus, igitur eſt nat⁹ de ꝟgine & nō natus de eadē. Chriſtus cum in hoc mūdo eſſet regnabat in eo inuiſibiliter & non regnabat in eo viſibiliter,igitur regnabat in eo & nō regnabat.Manifeſtū eſt hic ſeruari particulas,ad idē ſecundū idem,ſed nō ſimiliter. ¶Propter nō obſeruationē particulæ,in eodē tempore,hi ſunt paralogiſmi.Man⁹ mea clauſa eſt pro hoc tempore & pro illo tēpore alio non eſt clauſa,igitur eſt clauſa & non eſt clauſa.hic homo fuit grammatic⁹ annum vnū aut alterum ; & ante vnum aut alterum annum

⁊ bonæ cōſequētiæ,& validiſſime cōcludētes ſyllogiſmi,aut enthymemata optia.Sed quia in materia defect⁹ eſt,eo quod nō probēt cū videant̄ probare,icciroo ſophiſticę dicunt̄.Et hi ſunt ſyllogiſmi illi litigioſi peccātes in materia,de quib⁹ dictū eſt i fine libri ſyllogiſmorū.

¶CAPVT XV.

¶ De fallacia conſequentis.

Fallacia coſequētis.

FAllacia cōſequentis eſt,quādo euenit deceptio ex eo ꝙ putat̄ cōſequētia cōuerti, cū nō cōuertatur.i.quādo credit̄ quod ſicut antecedens infert cōſequens,ſic viciſſim cōſequēs inferat antecedens.Vt ſi quis credat hāc cōſequentiā valere.Hoc eſt anial igitur eſt homo,eo ꝙ econtrario ſequatur. Hoc eſt homo ergo eſt aīal.Aut ſi quis credat hāc valere cōſequentiā.Nō eſt homo ergo nō eſt anial, eo ꝙ ſequatur contrario ordine.Non eſt anial, ergo nō eſt homo.Sic decipit̄ qui ita argumentatur.Hoc eſt flauū,ergo eſt mel,eo ꝙ econuerſo valeat conſequentia.Eſt mel,ergo eſt flauum. ¶Huius fallaciæ duos ponūt modos.Primus eſt,quando quis vt ad antecedēs ſequitur cōſequens,ita ad cōſequens ecōtrario putat ſequi antecedens. Vt ſi homo eſt anial eſt,igitur ſi anial eſt,homo eſt.Si nō eſt anīal,nō eſt homo,igitur ſi nō eſt homo,nō eſt animal. ¶Secūdus eſt:quādo ſicut ex antecedente ſequitur conſequens,ita ex oppoſito antecedētis putatur ſequi oppoſitū conſequentis.Vt ſi homo eſt,anīal eſt,igitur ſi homo nō eſt,animal nō eſt. Si nō eſt anīal non eſt homo,igitur ſi eſt āial eſt homo.¶Ad hanc fallaciā cōſequentis pertinet, quoties quis fallitur argumentādo a toto vniuerſali nō vniuerſaliter accepto,ad partē ipſi ſubiectā aut a parte ad totū vniuerſaliter ſumptū.Item à toto ī modo nō vniuerſaliter ſumpto ad partē,vel a parte ad totū vniuerſaliter ſumptum.Itē a parte vna vel nō omnib⁹ in quātitate, ad totū in quātitate.Itē quādo negatiue argumentatur à toto integrali ad ſingulas partēs copulatim,vel ad aliquā partiū ſigillatim, aut econtrario affirmatiue ab aliqua partiū affirmatiue ad totū.Itē quando in cōmuniter accidentib⁹ a priori ad poſteri⁹ procedi tur affir

De fallacia ſecũdũ plures interrogatiões vt vnã

Poſtrema fallaciarum extra dictionẽ, poſitarum ab Ariſtotele, eſt, ſecũdum plures interrogationes vt vnã. Quæ tunc fieri dicitur, quãdo propoſita in terrogatione ſimul de pluribus, & ad eã reſponſione data ſine diſtinctione, perinde ac ſi de vno ſolo interrogaretur, contingit ex huiuſmodi reſpõſione vere vel apparẽter ipſum qui ſic reſpondit, ab opponẽte paralogizari aut decipi, Vt, exẽpli gratia, ſi quis demõſtratis duobus quorũ alter eſt vidẽs, & alter cęcus, interroget. Sunt iſti vidẽtes aut nõ vidẽtes? dicat aũt reſpondẽs indiſtincte, eos nõ eſſe vidẽtes, argumẽtabitur interrogãs. Igitur iſte nõ videt, demõſtrato cæco, & iſte nõ videt demõſtrato vidente. Vtrumlibet enim dixerit, ſiue vidẽtes eſſe ſiue nõ vidẽtes, non euadet. Si aũt reſponderit diſtincte. Hic videt, ille non videt, iã euaſit calumniã. ¶ Cauſã apparentiæ ſumit hæc fallacia, ex apparẽti ſimilitudie interrogationes de vno, cũ ea quæ de pluribus, propter quã putatur ſimiliter eſſe reſpondendũ vtrique. Cauſa autẽ defectus in hoc eſt, quod non adhibetur diſtinctio quæ deberet adhiberi in reſpõſione ad plures interrogationes. Deberet enim reſpõderi diſtincte, perinde ac ſi plures interrogationes eſſent propoſitæ. ¶ Poſt hos autẽ locos ita ſigillatim enumeratos & pertractatos, Ariſtoteles deinde oſtẽdere conatur, quẽadmodum õnes hi loci ad vnũ illũ qui appellatur ignorantiæ elẽchi poſſent reduci, adijciẽs & alia quædã, quę ad paralogiſmorum rectã ſolutionẽ nun ſunt inutilia. Verũ nos ea quæ iã dicta ſunt pro qualicũque introductione ſufficere exiſtimãtes illis ſigillatim pertractandis ſuperſedemus, finẽque hic Dialecticis noſtris tractatibus imponimus, ad laudẽ & gloriã ſummæ primæque veritatis: quæ omnem auerſatur falſitatem, quæ in vnitate & trinitate viuit & regnat per omnia ſæcula. A M E N.

Fallacia ſecundũ plures interrogatiões vt vnam.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

¶ Finit liber ſextus conſyderationis Dialecticæ

¶ DEO ſemper & vbique GLORIA.

FINE

SYMON COCVS ANTVERPIANVS
MORANS IN VICO VVLGARI-
TER NVNCVPATO (DIE LOM
BAERDE VESTE) E REGIO-
NE MANVS DEAVRATÆ,
EXCVDEBAT ANNO
A CHRISTO NATO
M. CCCCC. XL. MENSE
AVGVSTO.